res reuerſionis ex ægypto:quo patres noſtri huiuſmodi cã morati ſunt. Cap̃.ii.

Oſeph ex Rachel filium ſuſcipiēs Iacob:& ꝓpter honeſtatē corporis & animi
i uirtutem: cū utiq; aliis ſapientia præcelleret: cū amplius aliis filiis diligebat.
Huic ſiue paterna dilectio odiū cōcitauit fratrū: ſiue ſomnia: quæ cū uidiſſet:
patri & eis ꝓtinus indicauit: eo ꝙ profectū eius annunciarent: cū ſepius celentur hoies:
etiā ſuoꝝ fœlicitates. Viſiones quæ apparuerunt Ioſeph erant huiuſmodi. Miſſus a pa-
tre cum fratribus ut colligerēt meſſes:& maturas fruges: uidit nimis præcipuā uiſionē:
& ultra ea quæ ſolent per ſomnia ꝓuenire. Quā uiſionem dum ſurrexit fratribus ſuis tā
quā ſibi ſomniū diſcernentibus enarrauit: dicens uidiſſe ſe tranſacta nocte manipulum
ſuum de tritico ſtantem in quo eum poſuerat loco: illorum uero cōcurrentes adorare eū:
ſicut dominū ſerui. Illi intelligētes uirtutem eius:& rerum magnitudinem prædicere ui-
ſionem:& cōtra ſe poteſtatem eius futurā: Ioſeph quidem tanquā ignorātes ſomnia ni-
hil explanauerūt: conſiliū uero fecerūt: ne ad profectū ea quæ arbitrabant̄ acciderent:&
circa eū graues amplius exiſtebāt. Impugnās aūt diuinitas eoꝝ inuidiā: ſecūdā præſtitit
Ioſeph uiſionē multo mirabiliorē quā primā. Vidit eni ſolem ſimul & lunam & cæteras
ſtellas in terrā deſcendere:& ſe adorare: quā uiſionē patri nihil de fratribus mali formi-
dans: ēt his præſentibus indicauit:& īterpretari ſibi quid hoc ſignificare uelit: poſcebat.
Ille uero ſomnio gaudēs: cū expoſitionē mēte cōſpiceret:& cum ſapientia nō ſine conſi
deratione coniiceret lętabatur: magniſq; ſignificationibus fœlicitatē filio nunciabat: tē
puſq; largiente deo futurū: quo a parentibus & fratribus eſſet honorandus:& adorari di-
gnus: lunam quidē & ſolem patri & matri cōparans: eo ꝙ illa augeat & nutriat uniuer-
ſa: ille uero formet:& aliam fortitudinē præſtet: ſtellas uero fratrib⁹: cū & ipſi .xi. eſſent:
ſicut & ſtellæ uigorē a ſole & luna percipiētes. Et Iacob quidē huiuſmodi nō inſipiēter
diſcretionē protulit uiſionis: fratres uero Ioſeph uęhemēter ea quæ ſunt predicta contri-
ſtauerūt:& incitati aduerſus eum: uelut extraneū bona quæ ſignificata fuerant illis ſom
niis habiturum:& non quaſi de fratre gaudentes: dum etiā cū eo potuiſſent: his adipiſci
bonis: nempe qui cognatiōe cōmunicarēt:& fœlicitatis ſocii forēt: interimere adoleſcen
tulū ſunt aggreſſi. Cūq; hoc ſtatuiſſent conſilium ad perficiendū illud tendebant: in ſi-
cimis abeuntes. Hæc autem prouīcia paſtoꝝ eſt ouium optima:& grægū alimētis ual
de copioſa. Quo dum grægū curā haberent:& patrem ſcire non fecerūt: quia ibidem re
moti eſſent. Ille ignorans hæc: eo ꝙ nullus ad eū a grægibus aduēiret: qui quod eſſet ue
rum de filiis nunciaret: triſtemq; pro illis animū gerens:& in formidine cōſtitutus miſit
Ioſeph ad græges ut de fratribus ſuis agnoſceret:& quid agerent indicaret. Illi autē fra
trem uidentes ad ſe uenire: gauiſi quidem ſunt: ſed non quaſi familiaris ſui præſentia:& a
patre directi: ſed quaſi ſuper inimico:& manib⁹ eorū diuina uoluntate contradito. Ad
internitionem ergo eius nolentes differre præſens tēpus protin⁹ acceſſerūt. Quos dum
ruben ſenior eoꝝ inſpiceret ita conſpirare:& ad actum iam uideret unanimes: eos retine
re tentabat magnitudinē præſumptionis:& ſcelus eis oſtendens: quia malignū quidem
deo & hominibus eſſet abhominabile etiam non conſanguineum hominem perimere:
multo magis autem ſceleſtius cedem in fratrem ita perficere: quo .ſ. interfecto pater una
perimeretur:& mater in luctu ex filii non humana lege facta priuatione conſumeretur.
Etiam eis hoc dicebat ut uno animo perciperent quid ipſi paterentur mortuo ſibi filio:
& iuuēculo:& recederent a tali præſumptione deum timentes: qui inſpector ſimul & te
ſtis eſſet:& ab huiuſmodi actione recederent: pœnitētiāq; diligerēt:& potius tēperantię
deſeruirent: nam accedentes ad hoc opus: omnem pœnā ꝓ fratris nece pſoluerent: uidē
tes utiq; dei ꝓuidentiā ubiq; pſentem: cui neq; quod in deſerto: neq; quod in ciuitatibus
agitur eſt abſconſum: ubicūq; enim homo eſt: oportet ſcire illic eſſe deū: ſed ēt cōſciētiā

ſuã eos habiturã inimicã in his præſumptiõibus edicebat:quã neq; bonã habẽtes aliq;
neq; talẽ qualis in eis tunc habitaret poſt mortem fratris effugerent. Adiiciebat dictis
etiã hæc:quia fratrẽ neq; iniuſtũ aliquid facientẽ ſanctũ eſſet occidere : bonũ eſſe uero
etiã inimicis obliuiſci:ſi qd ſorte peccauerint:Ioſeph aũt in nullo malignũ circa eos ex-
titiſſe:cur cum occiderent:cuius ætatis iſirmitatẽ mẽſurare deberẽt:quãdo ipſe eoꝝ tu
telã potius expectaret. Cauſa uero huius iteritus multo peiorẽ eorũ actionẽ faceret: eo
ꝙ propter inuidiã futurorũ bonorum cũ uita priuare niterentur:quibus bonis ſimul cũ
illo uterẽtur:eius cõmunioni pariter participantes:cum non extraneus ſed domeſticus
eorum exiſteret:unde deberent ſua putare : quæcũq; Ioſeph largitas diuina conferret:
ſed & iracundiam ſupernam propterea ſeueriorem ſibimet futuram:ſi eum qui a deo iu
dicatus fuerat dignus:occiderent:& auferrent deo eum cui eſſet talia donaturus . Et ru
ben quidem hęc dicens & his potiora ſupplicans:eos a fratricidio conabatur auertere.
Cum uero in nullo eos mitiores uideret:ſed feſtinantes ad necem ſuadebat ut malũ ſce
leris aliquatenus leuigarent. Nam ulciſci ſe uolentes prius credebat flectere. Cum ue-
ro pręualuiſſent ut fratrem occiderent:dicebat nõ eſſe ualde futuros malos:ſi in his quę
nunc hortaretur obedirent in his enim eſſet & opus quo feſtinarent:non tamen huiuſ-
modi:ſed leuius in comparatione mali. Petebat eos manus quidem in fratrem non inii
cere:ſed proiectum in lacum uicinum eum illic deſinerent mori:& ſcelus manuum ſua
rum uel ita leuigari. Illis autem conſentientibus:ſumens Ruben adoleſcentulũ & cau
te ligans eum in lacũ cum quiete depoſuit:erat enim ſine aqua . Et ille quidem dũ hoc
feciſſet abſceſſit quærens loca oportuna paſturæ. CAPI. III.

i Vdas autẽ qui & ipſe filius erat Iacob uidẽs negociatores arabes ex iſmabeli
tarũ genere aromata:& onera ſyria portantes ęgyptiis de Galaath poſt di-
ſceſſum Rubẽ fratribus perſuaſit ut extrahẽtes Ioſeph uẽderẽt arabis quo lõ
gius cõſtituto:uel ſi moreretᷣ apud peregrinos:ipſi forent a ſcelere liberi. Hoc dum pla
cuiſſet:Ioſeph extrahẽtes negociatoribus uendiderunt : precio nũmorũ.xxx.cũ decem
& ſex eſſet annorũ. Ruben aũt nocte ad lacũ ueniens:latens fratres ut liberaret Ioſeph:
dum clamante eo non reſpõderet:metuens ne poſt abſceſſum eius intercĩſſent eum cul
pabat fratres. Illis quod geſtũ fuerat edicentibus:ceſſauit a luctu Rubẽ. Cũq; hæc cir
ca Ioſeph geſta uiderentᷣ a fratribus quid agerent poſtea ut extra ſuſpitionẽ patris fierẽt
exquirebant:tunicamq; qua uenerat idutus ad eos Ioſeph quã abſtulerãt dum eũ in la
cũ deponerẽt:placuit eis diſcerpere:& hirci ſanguine maculatã portare: patriq; mon-
ſtrare ut ei uideretur quaſi a beſtiis deuoratus. Quod facientes uenerunt ad ſenẽ. Et cũ
ab eis de filii cognitione inquireret:dicebant ſe quidem Ioſeph neq; uidiſſe neq; ſi qua
calamitas ei accidiſſet nouiſſe:illam uero tunicam inueniſſe ſe ſanguine maculatam at
q; diruptam & arbitrari ſe ꝙ incidens in beſtias iteriſſet:ſi tamen ex tũica agnoſceretᷣ:
& ſi hac indutus fuiſſet de domo proficiſcens. Iacob autem cũ prius in leuiori ſpe fuiſſet
tãquã forte prędato ſuo filio:hanc ſpem deſeruit:cum tunica eius mortis indicium ei fa
ceret manifeſtum:Cognouerat enĩ eum ipſa ueſtitũ cũ properaret ad fratres : & uelut
ſuper mortuũ decætero uidebatur afflictus adoleſcentẽ lugens:& tanquã ſi unius filii
pater eſſet:aliorumq; conſolatiõe priuaretur:ſic erat apud ſemetipſum male:prius fra
tribus eum ęſtimans comparatum qui a beſtiis credebatur eſſe conſumptus . Sedebat
ſacco ueſtitus:triſtitia grauiſſimus:ut neq; a filiis cõſolationẽ ſumẽs leuior fuiſſet:neq;
laborando doloribꝰ iterdicere præualeret . Ioſeph aũt uenditũ a negociatoribus cõpa
rans Putiphares uir ęgyptius qui erat ſup coquos regis pharaõis:habebat in omni ho
nore:doctrinamq; liberalium edocebat:& ali eum meliori cibo quam cõueniret : ſerui

li fortũæ iubebat:cõmiſitq; ei domeſticam curam. Ille uero cum his frueretur: uirtutem
humilitatis quę circa eum erat:neq; hac mutatione dereliquit:ſed oſtendit prudentiam
cum certiſſime affuerit præualere poſſe rebus in uita difficillimis:nec fœlicitatibꝰ ſolũ
modo tꝑalibus inhęrere. Itaq; dum uxor eius domini propter pulchritudinẽ & opor-
tunitatem actuũ eius:eſſet illius amore cõfecta:& putaret qa ſi hoc ei faceret manifeſtũ,
facile eũ ſuaderet uenire ad ſuũ concubitũ:quaſi ille iudicaret fœlicitatem eo ꝙ ei domi
na ſupplicaret:& ad figurã illius tunc ſeruitu:& non ad modũ reſpiceret caſtitatis: deſi
derium ſuum ei prodit:& uerba de permixtione fecit. Cuiꝰ reſpuebat ille preces: dicen
do non eſſe iuſtum huiuſmodi ſibi imponi ſeruitiũ: unde emptorem a quo tanta digni
tate fuerat honoratus:iniquitatis contingeret iniuriam ſuſtinere:ſed rogabat eam com
primere paſſionẽ:deſpationẽ qppe ei huius deſiderii ꝓponẽs:qa ſi nõ eſſet ſpes:hoc ei fa
cile poſſit auferri: ſe uero omnia potius ferre dicebat quam in hoc quodammodo con-
ſentire. Nam ſi ſeruum inquit dominæ ſuæ nihil facere oportet aduerſum: contra hæc
pręcepta maxime conuenit reſultare. Illius autem amor potius augebatur:eo ꝙ nõ ſpe
raret omnino deuiare Ioſeph. Et dum uęhemẽter obſideretur a paſſione: ſecundum rur
ſus fecit experimentum. Igitur dum feſtiuitas publicę celebrationis inſtaret: in qua ad
cerimonias etiam mulieres intereſſent:ęgritudinem marito ſimulauit: captans ob hoc
ſolitudinem atq; ſilentium:ut exoraret Ioſeph. Qui dum acceſſiſſet uberiores prioribus
obtulit ei ſermones:quia bonum quidem fuiſſet ut precibꝰ priſcis flecteretur:nec in ali
quo contradiceret propter reuerentiam dominę depoſcentis:& excellentiam paſſionis:
qua cogeretur domina de ſua dignitate deſcendere:ſed nunc melius ageret: ſi quę pri-
dem contempſerat emendaret. Nam ſi ſecundas preces expectaret:hoc illa etiam ſtu-
dio maiore ſe feciſſe referebat:ægritudinem ſimulaſſe:& feſtiuitati uel cerimoniis præ-
poſuiſſe eius amplexum:ſibi autem ꝙ primis ſermonibus non credendo reſultauerat:
nulla factum fuiſſe malicia iudicaret:ſignumq; crederet utilitatis bonorum præſentiũ:
ꝙ ipſa in ea uoluntate perſiſteret:quæ bona iam quaſi poſſideret ſi eius amore flectere
tur:& maioribus frueretur obediens:uindictam uero & odium cum aſſerens ſuſceptu-
rum:ſi eius contemneret dignitatem:ſed etiam dominę caſtitatem conferre uideretur.
Neq; enim hoc illum iuuare poſſe dicebat:ſed ipſa ad accuſationem accederet illius:&
tentatam ſe ab illo marito ꝓprio mentiretur: magiſq; crediturum uxoris ſermonibus
quam illius:licet eos ex ueritate proferret. Hæc dicente muliere:ſimul & flente:nec mi
ſericordia eum recedere a caſtitate ſuaſit:nec metus coegit: ſed & preces reſpuit:& mi
nis non ceſſit:metuens iniuſtitiam ſuſtinere:& pati magis quodlibet ſeuiꝰ elegit:quã
lętus uti pręſentibus:in quibus etiam cõſcius eſſet perditionis ſuę. Cõmemorabat au
tem eam nuptias:& uiri ſocietatem:& his potiora diſtribuẽda:quã tẽporalis ardoris li
bidini ſupplicabat:nam talibus perpetratis:quę pœnitentiam magis augerent:dolorẽ
ſumeret & nequaq̃ quod deliquerat emẽdaret:& timorem nimiũ eſſet habitura:quãdo
cauſa huius mali nullatenus poſſit abſcondi:uiri autem ſuę ſocietatis adeptionẽ habi
tura ſine periculo:inſuper magnã conſcientiæ apud deum fiduciã ſimul & apud homi
nes:tãquã in eius manẽs amplexibus munda & apud eum dominę poteſtatẽ: nõ pro
peccato habitura confuſionẽ:multoq; melius eſſe habere fiduciam in bõis quæ cogno
ſcunt:quã in malis quæ timore cęlãtur. Hęc dicens:& his multo maiora:ardorẽ mulie
ris retinere:eiuſq; paſſionẽ cõuertere ratione nitebatur. Illa uero ſtudio ſuo uęhemẽtius
incitata immittens manus:cũ uerbis ſuadere deſpaſſet:cũ cogere tentabat. Cumq; fu
giſſet iratus Ioſeph:illa eius tenẽte ueſtẽ qua ſe exuerat:exiliuit domo. Quæ in formi
dine cõſtituta:ne uiro ſuo hoc diceret:iniuriãq; uolẽs pręuenire:q̃tenus aduerſus Ioſeph

mentiretur:excogitauit:ut hoc modo ulciſcereť iniuriã:quæ fuerat ita ſuperbe cõtẽpta.
Præcedere uero in accuſatione ſapientiſſimũ fore ſimul & mulicbre credens: ſedebat q
dem deiecta atq; confuſa ob triſtitiam qua cupiditate ſua fuerat decepta: tẽptamẽtum
corruptionis ſuæ cum ira frangens alias iungẽs. Veniente aũt uiro:uultu turbato cau
ſamq; conſulenti fecit Ioſeph accuſationis initiũ:& uelut mortua dixit marito. Seruum
nequã cubile tuũ uiolare uolẽtem caſtiga:qui neq; qualis in domũ noſtram uenerit re
cordatus timuit:neq; quantũ ex tua bõitate ꝓmeruit:mente pcepit:ſed pro his cum re
bus oĩbus bonũ ſe præbere debuiſſet:inſidiatus nobis eſt:ut lectũ tuum contumeliis aſ
ficeret:& hęc in ſolliuitate captãs abſentiam tuã. Qui licet hũilis primitus uideretur:
propter tuũ quieſcebat metum nõ quia eſſet natura benignus. Hoc aũt factũ eſt:eo q
idigne:& pręter ſpem ad honorẽ acceſſerit. Qui dũ fidẽ totius poſſeſſionis tuæ & di
ſpenſationẽ obtinere pręualuiſſet:& ſenioribus famulis prępoſitus eſſet:tuã quoq; uio
lare tẽtauit uxorẽ. Dũ uero quieuiſſet in uerbis:oſtẽdebat ei ueſtẽ quaſi dũ tentaſſet ei
uim facere reliqſſet eã. Putiphares neq; lachrymis uxoris:neq; his quæ dicebat illa: uel
uidebat ipſe diſcredẽs:& ei⁹ amori cũcta diſtribuẽs:examiationẽ qdẽ ueritatis fieri nõ
permiſit:uxori tribuens caſtitatem Ioſeph uero nequam eſſe decernens: & illum quidẽ
malignorum miſit in carcerem:uxori uero potius caſtitatis ornamentum ineſſe teſtifica
tus eſt. Ioſeph itaque deo omnia ſua committens:neque ad ſatiſfactionem:neque ad in
tegram factorum manifeſtationem conuerſus eſt:ſed uinculis & neceſſitate tacitus mã
ſuetuſq; ſuccubuit:meliorẽ eſſe confidens deum:cauſam calamitatis:& ueritatem ſcien
tem:quã illos:qui eũ iniuſte poene cõtraderent:cuius prouidentiæ experimenta repente
ſuſcepit. Cuſtos nanq; carceris diligentiam fidemque eius conſiderans: & uidens digni
tatem eius formę ſubſtraxit uincula:& quod erat peſſimum leuius ei fecit:ciboque cum
uti quam uinctis conueniebat:meliore pręcepit. His uero qui in eiſdem calamitatibus
erant:dum ab erumnarum onere ceſſarent, ad colloquium ut aſſolet cõmunionis & ſi
milis calamitatis uenientibus:& adinuicem cauſas pro quibus condemnati fuerant re
quirentibus:pincerna regis & ab eo uehementer honoratus:eiuſq; effectu deui[n]ctus &
cum Ioſeph habens compedes, familiarior ei magis effectus ẽ. Sapiẽtia nãq; ei uideba
tur excellere: ſomniũ quod uidiſſet expoſuit:petens:ut quid ſignificaret:iſinuaret:accu
ſans quia ſupra mala regis adhuc ei diuinitas ſollicitudinem appõeret ſomniorum. Dice
bat ergo ſe uidiſſe trium palmitũ natos botros ex uno quoq; pendere:grandes iam: &
ad uindemiandũ ſpecioſos:eoſq; ſe cõprimere in poculo regis muſtumq; offerre bibitu
ro: & illum grate ſuſcipere. Quod ergo uiderat:hoc eſſe dicebat:poſcebatq; ut quẽcũq;
Ioſeph in his ſortireť intellectũ:ei ſuo manifeſtaret eloquio. Ille uero exhortabatur eum
confidere:& ſperare in diebus ſe tribus a uinculo abſoluendũ:rege deſiderante miniſte
rium eius:& rurſum in eo eſſe conſtituendũ. Fructũ enim uineæ ſignificauit in bonum
deum hominibus prębuiſſe:quod etiam ipſi libatur: & fidem hominibus amiciciamq;
paſcitur. Soluit ergo lites paſſioneſq; & triſticiam aufert his quibus offertur:& ad dele
ctationes ſpe conuertit. Hoc ergo quod dicis inquit ex tribus compreſſum botris ma
nibus ſuſcepiſſe regem tuis, bonam uiſionem ſcito tibi futuram & præſentis neceſſita
tis indulgentiam in tot diebus prænunciantem de quantis palmitibus fructum uiſus
es per ſomnium uindemiaſſe. Sed memor eſto mei cũ fueris hæc expertus: qui tibi pro
nunciaui bona:& in poteſtate conſtitutus: non obliuiſcaris in quibus nos derelinquis.
Nihil enim peccantes ad uincula uenimus:ſed pro cauſa ueritatis: & caſtitatis, ea quæ
reorum ſunt ſuſtinere damnati ſumus: quando nec in propria delatione cum qui
nobis hæc intulit iniuriam ſuſtinere uoluimus. Et pincernæ quidem ut aſſolet

audiente huiuſmodi expoſitionẽ ſomnii gaudiũ erat: expectabatq; interpretatiõis finẽ.
Seruus aũt quidã ſupra piſtores conſtitutus:cum pincerna uinctus in carcere:cũ talem
Ioſeph ꝓtuliſſet de illius uiſione ſententiã:in ſpe bona cõſtitutus:cũ & ipſe ſomniũ ui-
diſſet:petit Ioſeph:ut & illi quę præterita nocte uiderat : quid uellent ſignificarę depro
meret. Erat enim ĩquit huiuſmodi. Caniſtra tria ſuper caput meũ ferre me uidi: duo qui
dem panibus plena:tertiũ obſonio:uariiſq; cibis:& q̃lia ſolẽt regibus miniſtrari:ſupuo
lantes autẽ alites omnia conſumpſiſſe. Et ille quidẽ credebat ſibi ſimilẽ expoſitionẽ fu
turã:quã pincernę dixerat. Ioſeph autẽ concipiẽs animo ſomniũ:dixit ad eũ:uelle qui-
dem ſe interpretẽ ei fore bonoꝝ:& nõ taliũ:qualiũ uiſio demonſtraret:duas inquit ei ui
tę ſupereſſe dies:hoc dicens caniſtra ſignificare:tertia uero eũ crucifigendũ:cibũq; uo-
latilium eſſe futurum:nihilq; fore:quod ei auxiliũ poſſet ferre. Hæc ergo ſimilem termi
num in ambobus ut Ioſeph dixerat ſuſceperunt. Prædicto nanq; die cum natalis eſſet
regis:non ſicut rex agens:piſtorem quidem crucifixit:pincernam uero uinculis abſol-
uens:in proprium miniſterium reuocauit. Ioſeph uero cum duobus annis uinculorum
mala ſuſtineret:nihilq; a pincerna prędictorum memoraretur:deus eripere eum uolẽs
de carcere:huiuſmodi ei machinatꝰ eſt libertatem. Rex Pharo una nocte uiſiones ſom
niorum duas uidens:& cum his utriuſq; expoſitionẽ: ĩterpretationẽ quidem oblitus ui
ſiones recoluit:afflictuſq; in his quæ uiderat:nempe cum ei triſtia uiderentur:die facto
conuocauit ſapientes ægyptiorum:uolens agnoſcere ſomnioꝝ diſcretionem. Heſitan
tibus autem illis rex potius turbabatur. Pincerna uero regis uidente confuſionem: me
moria reddita eſt Ioſeph:eiuſq; circa ſomnia ſapientiæ:& accedens ad regem:indicauit
ei de Ioſeph:& uiſionem quam ipſe uidiſſet in carcere:pariter & euentum : & quia ipſe
dixerit crucifigendũ ea die piſtorem:& ſibi omnia ſecundũ interpretationẽ ſomnii eue
niſſe prędicente Ioſeph:uinctumq; eum aſſerens a putiphare pricipe quocorum ut ſer-
uum:cum diceret ſemetipſum non humilis hębreorum eſſe generis : nec glorię patris,
Hunc inquit euocans:nec propter modernam culpã eum calumnians:quæ tuis ſom-
niis indicantur agnoſces. Iubente rege Ioſeph ad ſuum uultum adduci:obediunt famu
li diligentia ei præcepto regis adhibita. Rex uero eius dextram appræhendens : o iuue
nis inquit:tu mihi nunc optimus:& prudentia digniſſimus teſtimonio mei famuli nun
ciatus es. His ergo bonis quibus iſte participatus eſt:etiam fac me eſſe conſortem:pan
dens quæcunq; mihi ſomniorum pręnunciant uiſiones. Nolo autem te ullo terrore cõ
ſtrictum:blandiri ſermone fallaci:& delectationem facere:ſi re uera ſit triſte quod uidi.
Putabam circa fluuium ambulans uidere me boues pinguiſſimas:ſimul & magnitudi
ne pręcipuas numero ſeptem gradiẽtes de paſcuis ad paludem:alias uero tantas nume
ro perſpexi maximas de palude concurrere ualde tenuiſſimas & ad uidendũ deformes.
Quę dum deuoraſſent pingues & magnas:nihil adiutę ſunt:crudeli fame detentę. Et
poſt hanc uiſionẽ de ſomnis ſurgẽs:& turbatus q͞d eſſet hæc uiſio apud me cõſiderans:
rurſus in ſoporẽ ſolutus ſum:& uidi ſecundũ ſomniũ multo mirabilius priori:quę etiam
me terrẽt potius atq; conturbant. Spicas .vii. uidi ex una radice natas capite grauatas
& reclinatas a fructu:& aptas ad meſſem:& ad hæc alias ſeptem ſpicas inanes: & infir
mas nimia ſiccitate. Quæ conuerſæ:ut conſumerent & comederent ſpicas ſpecioſas, ſtu
porem mihi fecerunt. Ioſeph autem reſpondens ait. Viſio quidem iſta rex licet duabus
formis apparuit unum terminũ tamen eundẽq; ſignificat futurorum. Quod enim bo-
ues uidiſti animal in aratri labore fortiſſimũ a peioribus deuoratas : & ſpicas a minori
bus fuiſſe cõſumptas, famẽ & ſterilitatẽ ægypto totidẽ annis prænũciat:e quibus ſcili-
cet primo tẽporibus fœlicitatem ferentibus, quorum ubertas totidem poſteriorum an-

norum ſterilitate conſumit. Erit ergo rerũ difficultas neceſſariaꝝ: quę inemendabilis
uehementer exiſtat. Signum autem hoc eſt: cum exhauſtę boues meliores conſumpſe
runt: ſpicariq; minime ualuerũt. Deus tamen nõ ut triſtificet: futura prędicit hominib9:
ſed ut prę ſcientibus leuiora faciat experimẽta prænunciatarũ rerum. Tu ſiquidem con
gregans bona tẽpore priꝰ futura facias: ut calamitatẽ uenturã ęgyptiorũ terra nõ ſen
tiat. Mirante itaq; rege prudentiam ſapientiamq; Ioſeph: & conſulente quẽadmodum
ubertatis tempora diſpẽſarẽtur: ut poſterior ſterilitas leuior eſſe uideretur huiuſmodi cõ
ſilium dedit: ut frugum parcitas hẽretur: & nõ affluenter ęgyptios his uti permitteret:
ſed quãtum ſufficeret ad pabulum erogaret: qua uero ſupereſſent ſterilitatis in tẽporę
ſeruati: recõdiq; monebat triticũ ab agricolis perceptũ: ut ad ſata tantũmodo miniſtra
rentur expenſa alimentoꝝ. Pharo utrunq; in Ioſeph miratur: & diſcretionẽ ſomnii pari
ter & conſilium diſpenſationẽq; eius rei ipſi cõmiſit: quatenus ageret ea: quę populo
ægyptiorum & regi ſciret utilia: inuentorem ſcilicet huiuſmodi: uitę etiam diſpenſato-
rem optimum eſſe confidens. Ille uero poteſtate ſibi a rege collata: ita ut eius frueretᷣ ſi
gnaculo: & purpura ueſtiretur: per uniuerſam terram ductus in curru uehebatur: frumẽ
tumq; agricolis ſufficiens ad ſemen: & pabulum ſingulis metiẽs: nulli ſignificabat cau
ſam: pro qua talia peragebat. Triginta ſiquidem ętatis iam annos tranſierat: & omni
honore fruebatur ſibimet a rege collato: quem appellauit Pſonpthõ panicos: uidens ei9
intellectum inopinabilem. Significat autem hoc nomen inuentorem abſconditorũ. Du
xit autẽ uxorem ualde digniſſimam: filiam Petefres: qui unus fuit heliopolitanorum ſa
cerdos: adhuc uirginem: nomine Aſeneth: cooperante ſibimet rege. Ex hac fuerunt ei fi
lii duo: ante ſterilitatis tempus: Manaſſes quidem ſenior: quod nomen ſignificat obli
uionẽ eo quod per fœlicitatẽ obliuio ei infœlicitatis acceſſerit: iunior uero Effraim: quod
reſtitutionẽ ſignificat: eo ꝙ eſſet redditus libertati maiori. In ęgypto ſiquidem ſecun-
dum ſomnioꝝ expoſitionẽ Ioſeph ſeptẽ annis beatiſſime tranſeunte: fames annum iam
tangebat octauũ & ex eo quod nõ præſenſiſſent caſurum ſuper ſe malum laborantes
in eo crudeliter omnes ad regis ianuas confluebant. Ille uero Ioſeph uocabat: qui eis fru
mentum uendidit: factus multitudinis ſine dubitatione ſaluator: & mercedem omni-
um non cõprouincialibus tantũmodo faciens: ſed etiã paratus uẽdere peregrinis: om-
neſq; homines ſecundũ cognationes ſuas ſolatium merebantur Ioſeph fœlicitate eius
utentes. His ita geſtis dum Chananea fame crudeliter uexaretur (omnẽ deniq; terram
hæc peſtis inuaſerat) miſit etiã Iacob filios uniuerſos in ęgyptum cõparaturos frumen
tũ: cõfidens licere tritici cõmertium fieri peregrinis: Beniamin tantũmodo retinens qui
ei ex Rachel fuerat generatus: & erat Ioſeph conſanguineus. Illi in ęgyptum uenientes
adierunt Ioſeph: frumentũ emere ſupplicantes. Nihil enim erat: quod non illius conſi-
lio gereretur: nam miniſtratio regia tunc utilis erat hoĩbus: quando Ioſeph exhiberetur
honor. Qui dũ cognouiſſet fratres nihil de ſe cogitantes: eo ꝙ adoleſcens quidẽ ab eis
abſceſſerit: ad hanc uero ætatẽ ita peruenerat: ut figura etiã eis ignotus eſſe uideretur:
cũ magnitudine quoq; dignitatis eis neq; ſuſpectio proueniret, tentabat eos ut dicerẽt:
quã haberent de rebus omnibus uoluntatem. Quibus frumenta quidem non uenunda
bat: exploratores uero rerum principis eſſe dicebat: & ex multis quidem locis eos eſſe
congregatos: excuſationis uero cauſa ſe cognatos aſſerere: impoſſibile dicens eſſe uiro
idiotę tales filios: & forma ita clariſſimos enutrire: cum regibus tot filiorum copia eſſet
ualde difficilis: ut per hęc etiam de patre quę proueniſſent latenter agnoſceret: ſimili-
ter & ut de fratre ſuo Beniamin audiret. Metuebat enim ne forſitan & in illum, ut in ſe
peccauerũt, aliquid deliquiſſent. Illi nãq; erãt in tumultu pariter & timore maximo cõ-

ſtituri:periculum putantes ſibimet iminere:nihilq; de fratre mēte ſua percipientes : &
aſtantes reddebant de ſingulis rationem:ruben ita concionāte primit⁹:qui eorū ſenior
exiſtebat. Nos inquit non pro leſione uenimus huc:neq; regis negociis aliqua mala fa
cturi:ſed egentes ſalute & negocio:& malorum refugio:quę noſtram regionē obtine-
re noſcuntur:ueſtram utiq; ſcientes clementiā:quos non ſolum ſubuēire ciuib⁹ ꝓpriis:
ſed etiam peregrinis mercimoniū audiuimus propoſuiſſe frumenti:ut oībus indigenti-
bus ſalutem maximā pręſtaretis. Quia uero ſumus fratres:& cōmunis nobis eſt ſan-
guis:clarum quidem hoc facit etiam familiaritas formę non ualde mutatæ. Pater autē
eſt uobis iacob uir hębreus:cuius exiſtimus filii duodecim:ex mulierib⁹ quattuor: qui
bus oībus uiuētibus fœlices eramus uno uero fratre noſtro moriente Ioſeph:res noſtrę
ad peiora conuerſæ ſunt. Nam & pater imenſum in eo trahit luctum:& nos ex calami
tate defuncti:& erumna ſenis affligimur. Venimus igitur pro comparatione frumenti:
curamq; patris & noſtrorū prouidentiam Beniamin iuniorem fratrem reliquimus. Po
teris autem mittendo ad noſtram domū agnoſcere ſi quicquam dicimus mentientes.
Et Ruben quidē huiuſmodi uerbis tentabat perſuadere Ioſeph ut de eis meliora decer
neret. Ille uero Iacob cognoſcens uiuere:fratrēq; beniamin minime deperiſſe: tūc equi
dem in carcerē eos quaſi de uacantia alias die uacanti diſcutiēdos iniecit. Tertia die de
ducens eos:quomodo inquit aſſeretis neq; pro malignitate rerum principis huc ueniſſe
& eſſe fratres:& unius patris filios de quo dicitis:hæc ita eſſe mihi manifeſtabitis: ſi re
linquentes quidem unum ex uobis apud me:nihil iniuriabile paſſurum:portāteſq; pa-
bula genitori:denuo reuerſi fueritis ad me:fratrem quem reliquiſſe uos uobiſcum pari
ter adducentes:hoc enim erit ſignum ueritatis. Illi in maioribus malis adducti flebāt
inter alterutros:de calamitate Ioſeph frequenter ingemiſcentes:tanquā ꝓpter id quod
in illum cogitauerant deo ulciſcente in eis:talia ſuſtinerent. Ruben autem nimius erat:
& eos in huiuſmodi ſermonibus pœnitentiæ icrepabat:ex qua nulla quidem generare
tur utilitas de Ioſeph illos uero quicquid mali ſuſtinerēt pro uindicta illius faciēte deo:
fortiter tolerare poſcebat. Hęc autem dicebant ad inuicem non credentes ſuā linguam
Ioſeph intelligere. Omnes autem Ruben increpante:habebat deiectio : & pœnitentia
rerum geſtarum:cum ipſi non cogitaſſent illo tempore:pro quibus eū tunc punirent:
iudicabant deum eſſe iuſtiſſimū. Videns autem eos Ioſeph ſic eſtuantes per cōpaſſionē
ceſſit in lachrymas:nolenſq; fratribus apparere diſceſſit . Et poſtq̄ reliquit eos iterum
uenit ad eos. Et retinens obſidem Simeon:pro reuerſione fratrū:illos ſumentes merci-
moniū tritici:abire præcepit:iubens miniſtro:ut pecuniā quam pro emptione frumēti
detulerant:oneribus eoꝝ latenter imittens dimitteret eos:illam pecuniā pariter porta-
turos. Et ille quidē imperata perfecit. Iacob autem filii uenientes in chananeam: nun-
ciauerunt patri quæ eis in ægypto contigerant : & quia quaſi exploratores regis illuc
ueniſſent ſunt crediti:dicentibuſq; ſe fratres eſſe undecimū apud patrem domi reliquiſ
ſe:creditum eis non ſit:& quomodo Simeon reliquerunt apud principē miliciæ donec
Beniamin iret:& fidē de his quæ a ſe apud eum dicta fuerant perficeret:rogabantq; pa
trē nihil metuentē:ut cum eis iuuenculū deſtinaret. Iacob uero nihil oīno placebat ex
his quæ a filiis ſuis geſta ſunt:& dum de Simeon detentione grauiter ferret:ſtultiſſimū
iudicabat:Beniamin quoq; his malis adiicere. Et ille quidē neq; ruben ſermonib⁹ ſup
plicantis flexus eſt:ſuos filios tradentis:ut ſi quid Beniamin in itinere pateretur:eos oc
cideret auus:Illos hęſitantes in his malis potius conturbabat argentū:quod in ſaccis
miſſum latenter inuenerant. Tritico uero quod delatū fuerat iā deficiente:fame magis
inualeſcēte:coactus neceſſitate Iacob:Beniamin deliberauit cū frībus deſtiare. Nō.n.

poterant in ægyptū uenire niſi cū ſua ꝓmiſſione ꝑgerent. Cūq; famem cotidie augeri conſpiceret: filiis ſupplicantibus: quod aliud de pñti faceret nō habeat. Iudas aūt cum eſſet & in aliis uir audax: & in his apud eū fiducialiter uſus eſt: dicēs non eū debere de fratre metuere: neq; aliud aduerſum ſuſpectionē conſpicere qūo nihil circa eum agendum foret: ubi deus adeſſet: & qa ei quicquid immineret ēt apud eū manenti oīno contingeret: eos aūt ſic palam in ꝑditiōne pueri adiicere nō debere: nec alimentū ex ubertate pharaōis permiſſum: ꝓpter puerū irrationabiliter auferendū: cogitandū uero de ſalute ſimeon: ne dum parceret̃ profectui beniamin: ille ꝑimeretur: deo aūt eſſe credendum de illo. Quo exhortante atq; dicente: aut ſaluū reuocare filiū: aut ſecum eo remanſurū atq; uicturū: credens ei: Iacob tradidit Beniamin: & duplex tritici præcium: ſimul & quę apud chananeos naſcūtur: unguēta balſami: & ſtactē: & therebintū: & mel: munera Ioſeph direxit eſſe portāda. Multę uero a patre in egreſſiōe filioꝝ effundunt̃ lachrymę: pariter & ab illis. Ille namq; ſi filios ſaluos de itinere ſuo reciperet cogitabat illi uero ſi fratrem incolumē reperirent: nihil pro eoꝝ triſtitia mali ꝑpeſſum: cotidieq; eis meror īgerebatur. Et ſenior quidē feſſus tollerabat: illi uero ībāt ī ęgyptū: ſpe meliori triſtia rebus curaturi præſentibus. Cum uero ægyptum perueniſſent: ſeceſſerunt quidem apud Ioſeph: Timor autem eos non fortuitus perturbabat: ne propter tritici precium crimini ſubiacerēt: uelut & ipſi furtū ſub calliditate egiſſent: & apud prępoſitū Ioſeph multis ſatiſfactionibus utebant̃: domi in ſuis ſaccis dicentes ſe inueniſſe pecuniā: eamq; nūc reportaſſe. Illo itaq; reſpōdēte: & ſe iā quid dicerēt ignorare: releuati ſunt a timore: ſoluenſq; repente ſimeon: cū fratribus eſſe permiſit. Veniente aūt Ioſepha miniſterio regis: ei munera proferebāt & ſciſcitāti de patre: dicebāt: ꝙ eū īcolumē reliquiſſent. Ille quoq; cognoſcens ſupeſſe beniamin: ſi is eſſet iunior frater interrogabat quē utiq; in pręſenti cerneret. Quibus reſpōdētibus eū eſſe: ait deū ſemper omniū ei eſſe ſuffragatorē. Ipſe uero paſſione motus ad lachrymas diſcedebat: uolēs ſemetipſum fratribus demonſtrari: ſūptoſq; eos ad cibos fecit diſcūbere: ſicut erāt ſoliti apud patrē. Qui dū circa cūctos recumbentes benignus exiſteret: beniamin partibus duplicibus honorabat. Dum uero poſt cœnā fuiſſent i ſoporē cōuerſi: iuſſit prępoſito ut eis triticū mēſuratū traderet: pręciūq; rurſum in eoꝝ ſaccis abſcōderet: monere uero Beniamin ēt poculū argentū quo bibere cōgaudebat īmitteret. Hęc itaq; faciebat: experimētū fratrū ſumere uolens: utrū auxiliū aliquando ferrēt beniamin pro furto detento: & patienti periculū an certe reliquentes eū: tāquā ipſi nihil gerētes mali: ad paterna limina remearēt. Cū uero famulus mādata feciſſet: die facto: Iacob filii nihil hoꝝ ſcientes diſcedebāt: recipientes etiā ſimeō: & duplici gaudio cōgaudentes: tā propter eū ꝗ etiā beniamin reuocātes: ſicut ꝓmiſerāt patri. Qui dum abirēt: inſequebant̃ eos equites: ducentes famulū a quo in ſacco Beniamī poculū uidebatur īmiſſum: & inopinabili equeſtrū īuaſione turbatos: cauſamq; ſciſcitantes: pro qua ſic ueniſſent: illi maliuolos eos appellabāt qui dū honore & muneribus potiti a dño ſuo fuiſſent: neq; munerū: neq; hoſpitalitatis Ioſeph memoriā retinētes: pręſumpſerit i eū iniqua cōmittere & ſcyphū quo ille in cōuiuio bibere congauderet auferētes: iniuſta lucra ſecū portarēt: amicitiamq; Ioſeph: ſuumq; periculū ſi inuenirētur in fraude ſecūdo loco ponētes: minabāturq; eis ſuppliciū eſſe uenturū: quia nec deū latuerit: nec cū furto fugiētes euaſerit: licet miniſterii famulū latuiſſent. Cognoſcetis igit̃ dicebant: qd ignorantes de poculo paſſi fuerimus: ſcituri tñ repente uos eſſe puniēdos. Hęc & his maiora in eo dicēs famulus icrepabat. Illi uero neſciētes factū eius uerba irridebāt: leuitatēq; uerborū illius famuli mirabant̃: quod talem cām pręſumeret uiris iferre: qui dū preciū in ſuis ſaccis inuētū nequaꝗ retinuiſſent: ſed quod

geſtum fuerat nullo ſciente reuocaſſent:multo potius ab huius maleficii uolũtate diſce
derẽt:& qa rei pſcrutationẽ negatione iudicabãt eſſe fideliorẽ, reqrere ſamulũ iperabãt:
& ſi quiſquã rapuiſſet:cũ reperiretur oẽs eſſe puniendos. Nihil enĩ ſibi conſcii fiduciã
habebãt:ut putabãt omni periculo cariturã. Illi uero iquiſitionẽ fieri exigebãt: uniuſq;
fore ſuppliciũ:qui in furto fuiſſet inuentus. Et dũ quęrerent oẽſq; iam cęteros pertrãſiſ
ſent:ſecundũ modũ iquiſitionis ad Beniamin nouiſſime puenerũt:nõ ignorantes: quo
modo in illius ſacculo poculũ abſcondiſſent:ſed ſubtilẽ inquiſitionẽ ſe facere ſimulãtes:
aliiq; de ſuo timore liberati:uidebanť eſſe ſolliciti de beniamin:confidebant tñ: qa nec
in illo poſſent maleficiũ inuenire:increpabãtq; eos qui fuerãt perſecuti: uelut eis multũ
pceſſuris impedimentũ itineris attuliſſent. Cũ uero ſcrutãtes onus de ſacculo beniamĩ
inuentum poculũ protuliſſent:in luctũ & gemitũ omnes repẽte cõuerſi ſunt: & idumẽ
ta rũpentes:flebant fratrẽ ſuũ pro furti crimine puniendũ:ſeq; mentitos patri de ſalute
Beniamin. Creſcebat aũt eis hoc malũ:eo ꝙ iam ſe credẽtes triſtitiã deuitaſſe:rurſus in
fratris ſui malis inciderent:& paternę ſup illos triſtitię cãm ſe fore dicentes: qui uim pa
tri feciſſent:ut eũ cũ eis una dirigeret. Equites ergo ſumẽtes Beniamin: ad Ioſeph addu
xerunt:fratreſq; pariter ſequebanť. Ipſe dũ cerneret illũ in cuſtodia poſitũ:illos aũt lu
ctuoſo ſcemate laceratos:quod ait:o maligni aut de mea clemẽtia:aut de prouidẽtia dei
cogitantes:talia in peregrinũ & bñfactorẽ facere praſumpſiſtis? Illis aũt in ſuppliciũ ſe
tradẽtibus pro ſalute Beniamĩ:& rurſus recordãtibus dicẽtibuſq;: beatiorẽ eſſe Ioſeph:
qui ſi quidẽ mortuus eſſet:& a uitę triſtitia liber exiſteret:ſi uero uiueret:certũ quia pro
illo ſup eos deus uindictã inferret:aſſerentibus ſe eſſe amaritudinẽ patris quia triſtitiæ
quã pro illo hẽret hactenus:ẽt de Beniamin ipſi ei rurſus adiicerent: Ruben eos ẽt uęhe
mẽter icrepãte. Ioſeph ergo dicente:illos quidẽ a ſe abſolui: a quibus in nullo fuerat le-
ſus:ſolãq; ei ſufficere poenã fratris:neq; iuſtũ eſſe illũ propter eos dimitti qui inullo de-
liquerãt:neq; illos cũ fure puniẽdos:ſed etiã abeuntibus prębere ſe ſecuritatẽ:oẽs qui-
dẽ tenuit ſtupor:& dolore huiuſmodi paſſionis obmutuerũt. Iudas autẽ qui etiã patri
pſuaſerat:ut adoleſcẽtulũ dirigeret:& i aliis erat uir efficax:pro fratris ſalute ſe decreuit
opponere. Licet crudelia iquit opera cõmiſerimus in te:& ſupplicio digna:iuſtumq; ſit
oẽs nos ſubiacere tormẽto:licet nõ ſit iniquitas oium ſed unius iunioris:tamen deſperã
tibus de eius ſalute:ſpes relicta eſt nobis de tua benignitate euadẽdi nobis te pollicẽte
piculũ. Et nũc nõ ad nos reſpiciẽs:neq; malefacta cõſiderãs:ſed ad tuã naturã cõuerſus:
uirtutẽ propicius exerce nõ irã:qua alii cũ in fortitudine pari ſint:nõ in maximis ſolum
mõ:ſed ẽt in fortuitis ſumẽtes utunť. Tu eſto magnanimus:neq; uincaris ab ira:ut eos
perimas:qui neque ſuã potuerint tueri ſalutẽ:ſed a te ſumere eam popoſcerũt. Non enĩ
mõ eã primitus nobis donas:ſed dũ frumentorũ ueniſſemus ad emptionẽ:uelociter &
opulentiã donaſti ciboꝝ:& nr̃is familiaribus uberrime deferenda pbuiſti:quę periculũ
ſuſtinentes a peſte famis eripuerunt. Ne deſpicias peuntes egeſtate reꝝ neceſſariaꝝ:nec
punias qui uidenť deliquiſſe: & circa beneficiũ quod a te nobis ſplendidiſſime collatũ
eſt:inuidiæ calamitate dãnati ſunt. Permaneat tua gr̃a:alio mõ tñ data. Saluabis enĩ:
quos ob hoc ẽt nutriſti: aĩaſq; quas fame laborare non paſſus es: a morte tuis muneri
bus liberabis:quatenus hoc ita mirabile ſit & magnũ: ut aĩas nobis dones: prębeaſq;
unde poſſint indigentibus pmanere. Reor enim deũ cãm hanc præparaſſe: uirtutẽ tuã
circa nos uolentẽ cunctis oñdere:noſq; in hac erumna conſtituiſſe: ut inigtatibus in te
peccantiũ uidearis ignoſcere:& nõ ſolis ob aliã cãm indigentibus tuæ clæmẽtiæ amici
nicula cõdonares:quãquã & hoc magnũ eſt:ſi benefiat inopibus:principale tñ exiſtet:
ſaluare quẽquã eos:qui pro delicto cõmiſſo in ſe poenas debeãt exoluere. Nã ſi paruas

ſeſſiões dimittere delinquẽtibus laudẽ attulit multis:iracundiã cohibere in his: pro qui
bus uita peccantiũ ſit obnoxia:diuinę cognoſcit̃ eſſe naturę. Et ego quidẽ niſi ſcirẽ pa-
trem quẽadmodũ in amiſſione filioꝝ affligitur: propter Ioſeph mortẽ:nequaquã quan
tũ ad nos attinet ſalutis uerba proferrẽ niſi forſan tuis morib⁹ hoc donaſſem:quoꝝ eſt
propriũ ẽt hos ſaluare:qui tribulantur in huius morte: ſed ẽt praeberemus nos paſſuros
quaecunq; uelles. Nunc aũt non nr̃i miſerentes licet iuuenes ſimus : & nundũ fruentes
uitę bonis moriamur:ſed de patre ea cogitantes:& ſenectutis illius miſerantes:has tibi
preces offerimus : & cõmendamus aĩas nr̃as:quas tibi malignitas nr̃a tradidit ad ſup-
plicia perferenda. Nã non ille malignus eſt:neq; tales nos futuros genuit:ſed cũ ſit be-
nignus:& ut experiatur talia non ſit iuſtũ ẽt nunc nobis ſuſpectus affligit̃. Cũ aũt au
dierit perditos:ẽt cãm mortis amariſſime ſuſtinebit: & ob hoc multo citius uitã ſuã de
relinquet:ita ut eũ conuerſationis nr̃ae turpitudo corrũpat:peſſimumq; faciat de praeſen
ti luce diſceſſum : & dum ad alios ſtuderet nr̃a bona plantare:ut nr̃i actus neq; ſentian
tur efficiet. In hac ergo ratione conſtitutus licet te nr̃a mala cõmoueant:tuã iuſtitiã do
na patri:ut propter illius miſericordiã maiora poſſis quã cogeris facere pro nr̃a malicia
ne ſenectus eius in deſolatione conſiſtat:aut nr̃a perditione deficiat. Verere patrũ nomi
na hoc eis condonans munus. In hoc itaq; & tuũ honorabis genitorẽ:tibiq; praeſtabis:
cum iam hac appellatione potiaris : & in ea ſine paſſione ſeruaberis a deo patre cuncto
rum:in qua per cõmunionẽ huius noĩs pie agere cõprobaueris:noſtri patris hñdo miſe
ricordiã:ne fraudatus filiis aliqd patiat̃. Tua ſunt ergo quae nobis prębuit deus habens
utiq; poteſtatẽ & auferre: & dare:nihilq; ab eius gratia differes. Nam dum quilibet in
utrũq; habuerit poteſtatẽ:optimũ eſt: ut hac in bonis utatur & poteſtatẽ quae in malo
eſt tanquã ſi nõ ſit obliuiſcatur:quaſi hoc ſolũ conceſſum ſit ut de ſalute ſit cogitandũ.
Tu uero omnes nos ſaluabis ignoſcendo fratri:in quibus infoeliciter egit:neq; enim ui-
ta nobis eſt hoc punito:quo defuncto:ad patrẽ non licet remeare. Supplicamus igitur
domine:ut ſi decreueris fratrẽ nr̃um occidi:cum eo nos pariter punias:tanquã delicti
participes. Nõ enim patimur noſipſos quaſi ꝓpter mortui tribulationẽ afficere:ſed tã
quã ſimiles eius maliciae exiſtẽtes ita debemus interimi. Et qm̃ ut iuuenis deliquit:& nõ
prudentia roboratus:& humanũ erat talibus ueniã tribui : hoc tibi relinquo:& ulterius
uerba proferre ceſſabo: & ſiquidẽ nos condemnare uolueris:ea quę dicta non ſunt non
uidebũtur nos ad triſtitiã deducere:ſi uero abſolueris illa ẽt in tuae benignitatis conſcien
tia reuoluens:nõ ſolũmodo nos ſaluabis:ſed etiã uitã redonabis: per quod poti⁹ iuſtior
appareas:qñ plus a nobiſipſis probaris de nr̃a ſalute ſollicitus . Si aũt caſtigare culpã
mauis:me magis pro illo caſtigans:hunc patri remitte:ſi uero aliquẽ tibi retinendũ iu-
dicas ſeruũ:ego utilitatibus tuis potior ero miniſter:quanto aptior ad utraſq; paſſiones
ſicut uides exiſto. Iudas itaq; oĩa ſuſtinere pro fratris ſalute libenter habẽs : ꝓſtrauit ſe-
metipſum ante pedes Ioſeph:ſi quõ eius irã flectere potuiſſet . Proſtrati ſunt ẽt fratres
uniuerſi flentes ſemetipſos pro anima Beniamin tradẽtes neci. Ioſeph aũt animi ſui paſ
ſionibus uictus:& nequaq̃ ualẽs ire tolerare figmentũ, iuſſit quidẽ abire pñtes: ut fratri
bus ſe tantũmodo demõſtraret. Diſcedẽtibus igitur oĩbus:ſemetipſum fratribus indica
uit dicẽs. Virtutẽ quidẽ ur̃am atq; fauorẽ circa fratrẽ ueſtrũ collaudo: & meliores quã
ſperabã ex his quae in me cogitaſtis inuenio. Haec aũt oĩa feci experiri uolẽs amorẽ ur̃ae
fraternitatis. Naturaliter aũt neq; circa me malignos uos arbitror extitiſſe: ſed dei uo-
luntate factum:quo bonorum etiamnunc adeptio : & in futuro ſi propicius Deus no-
bis fuerit:conferenda ſit. Patris ergo ſalutẽ inopinatã cognoſcens:taleſq; uos circa fra
trẽ inueniẽs:neq; illoꝝ quae in me cõmiſiſſe putamini ulterius recordabor. Ceſſabo aũt

& ab odio malignitatis quod ſup his habebã:& tanq̃ fuerint uoluntate dei cõpleta: &
in rebus pñtibus uos mihi eritis occaſio:gratiã me habere profiteor:uoſq; ipſos uolo illo
rum ẽt obliuionẽ ſumentes delectari magis in illo:quod tunc inconſiderate feciſtis:dũ
ad huius termini qualitatẽ cauſa peruenerit: quã confuſionẽ grauiter ferre propter hæc
quæ putamini deliquiſſe.Non ergo uideat̃ uos cõtriſtare : ꝙ aduerſum me malignã ꝑ
tuliſtis ſñiam:nec pœnitentiã eius uos afficiat: qñ impleri non potuerunt quæ fuerant
cogitata.Exultantes ergo in his quæ a deo facta ſunt:ite hæc nunciantes patri : ne etiã
pro ueſtra conſumptus ſollicitudine:ſplendorẽ meæ fœlicitatis obſcuret: ſi antequã ad
meũ ueniens uultũ:præſentiũq; regꝝ potitus:hac luce priuet̃.Ipſum ergo:ueſtraſq; cõiu
ges liberoſq;:& cunctã cognationẽ ſumentes:huc migrate. Non enim abſentes bono-
rum meorũ oportet mihi chariſſimos eſſe:in ſuper & fame annis adhuc quinq; mãſura.
Hæc cum dixiſſet Ioſeph amplexꝰ eſt fratres.Illi uero in lachrymis & triſtitia cõſtituti:
ſup hoc quod cogitauerant contra illum:potius eis uidebatur eſſe ſupplicium bona uo
luntas fratris.Et tunc quidem erant in epulis.Rex autem audiens ueniſſe ad Ioſeph fra
tres:lætatus eſt eximie:& tanquam in propriis bonis affectus prębenda eis uehicula tri
tico plena:aurumq; ſimul & argentum portandum patri decreuit: ſumenteſq; dona re
gis illi & ampliora fratris:alia quidem patri ferenda:alia uero ſibi ſinguli donata gaude
bant:maioribuſq; muneribus donato Beniamin exultãtes abibãt. CAP. IIII.

Vm ergo reuertẽtibus filiis: Iacob de Ioſeph agnouiſſet:quia non ſolũ euaſiſ
c ſet mortẽ pro qua degebat in luctu:ſed ẽt uiueret clara fœlicitate : & cũ rege
totã ægyptũ ſua prouidentia gubernaret:nihil quidẽ horum quę ei nunciata
fuerant incredibile iudicabat:cogitans de maximis operibus dei: & ipſius ęquitate: &
licet multo tẽpore afflictione defeciſſet:repente tñ profectus eſt ad Ioſeph. Et cũ ueniſ
ſet ad iuramenti puteũ:ſacrificans ibi deo:metuenſq; ne propter fœlicitatẽ ægypti filiis
amantibus habitationẽ prouinciæ : nequaquã ad chananeam ſoboles eorum reuerſa te
neret eam ſicut deus promiſerat:aut ne præter dei uoluntatem in ægyptum eorꝝ aduen
tus orirętur:formidans quoq; ne prius a uita recederet:quã ad Ioſeph faciem perueniret
dum has haberet cogitationes in ſoporem reſolutus eſt : aſtititq; ei deus:& ſecundo no
mine uocans reſpondenti quis eſſet : ait . Non eſt iuſtum te ignorare deum qui ſemper
præſidio tuis maioribus fuit:& poſt eos etiã tibi.Nam cum te pater primatu priuaſſet:
hunc tibi ego reſtitui:& meo fauore in meſopotamiam miſſus ſolus : & bonas nuptias
adeptus es:& filiorum multitudine pecuniarumq; plenus ad propria remeaſti: perman
ſitq; tibi omne genus prouidentia mea ſalubre:& ioſeph filium quem te perdidiſſe puta
bas:ad maiorem bonorum adeptionem culmenq; perduxi: & ægypto dominũ ut pau
lulum uideatur a rege differre conſtitui . Aſſum uero nunc dux tibi futurus in hac uia:
uitãq; tuam in manibus Ioſeph finiendã eſſe nunciaturus:longumq; ſęculũ tuam ſobo
lem in principatu & gloria fore ꝓnuncians : eamq; in terram quam promiſi conſtituen
dam.In hac igitur uiſione confidens: pronior in ægyptũ cũ filiis & eorꝝ omnibus prope
rabat.Erant ergo oẽs ſeptuaginta.Nomina uero eorũ ſignificare mihi non uidetur : &
præcipue propter difficultatẽ eorꝝ.Attamen attendens eos qui non arbitrantur nos de
meſopotamia eſſe:ſed ex ęgypto:neceſſariũ iudicaui nominum quoq; ferre memoriam.
Iacob quidem filii erãt duodecim:quorũ Ioſeph iam prius abierat.Eos uero qui poſt eũ
profecti ſunt:eorumq; ſobolem demonſtrabo.Ruben itaq; fuerũt quattuor filii:Enoch
phalech:Eſrom:Charmi.Simeon aũt ſex habuit : Iamuel : Iamin:Aoth:Iachin:Salier:
Saul:Leui filii tres fuerunt Gerſon:Gaath:merari.Iudę aũt filii fuerunt tres:Sylon pha
res:zare.Duo uero nati de Phares: Eſrom:& amor.Iſachar q̃tuor hũit. Tholas:Furas:

Iob:Semron. Tres uero zabulon habuit filios:Sarat:Ilon:Iachili. Hoc ergo genus de
Lya deſcendit cũ qua aſcenderat etiã filia eius Dina. Sunt ergo iſti omnes triginta tres.
Rachel filii fuerunt duo:quorum Ioſeph quidem fuerunt filii:Manaſſes:& Effraim. Be
niamin autem decem bela:Bechor:Aſbelus: Iera: Naama: Yſar: Mobim: Ophim:
Areth:ros. iſti decẽ ſuperioribus additi:fiunt numero quadragintaſeptem: & legitimũ
quidẽ Iacob genus hoc fuit. De Bala uero famula Rachel fuerunt Dan: & Neptalim:
quem ſequebantur filii quattuor:Enol:Gunis:Saris:& Sylim. Dan autem habuit uni-
genitum huius. His itaq; additis ſuper illos quos diximus: quinquagintaquattuor ad
implet̃ numerus. Gad autem & Aſer nati ſunt de zelpha:quę fuit famula lyæ: fuerũtq;
filii Gad ſeptem:Gophoron:Iaphim:Vuin:Zabron:Aurim:Rothin:Ariel. Aſer autẽ
fuit filia Sara & maſculi numero ſex quorum nomĩa ſunt:Iomonis:Iſus:ioſe:Vbbares:
Aber:& Melchel. Iſti cum ſint ſedecim: adiectis eis prędictis quinquagintaquattuor
memoratus numerus complet̃: reputato cum eis Iacob. Cognoſcens aũt Ioſeph adue
nire patrem:nam iudas pręcedens eius nũciauerat aduentum: occurſurus egreſſus eſt:
eiq; in ciuitate quæ heroum uocatur apparuit. Ille ex inoppinata magnaq; lęticia pene
uſq; ad defectum mortis peruenit:ſed cum recreauit Ioſeph: licet nec ipſe ſe retinere po
tuerit:ut propter nimiam lęticiam talia minime ſuſtineret:non tamen qua pater paſſio
nem deuictus eſt. Deinceps illum quide cum quiete uenire iubens: ipſe quinq; fratrum
ſecum ſuorũ ſumens:pergebat ad regem:dicturus ei aduenisſe genitorem ſuum Iacob.
Ille lætus hoc audiuit:iuſſitq; Ioſeph:ut diceret eis:quã uitã habere delectarẽtur:ut eos
degere ita decerneret. Ille uero optimos eos eſſe paſtores reſpondit:nihilq; aliud pręter
hoc ſolũmodo uelle:ut nõ ſeparatim ſed ut oẽs pariter habitarent:atq; prouidentiã fa-
cerent patris:quatenus & ægyptiis gratus eſſet:& nihil quod illorũ eſſet iſtis impone-
retur. Egyptiis enim erat abominabilis cõuerſatio paſtoralis. Veniente uero Iacob ad
regẽ:& ſalutante pariter & pro regno eius orante:Pharao ſciſcitabatur:quanto tpe iam
uixiſſet. Illo centũ triginta annoꝝ ſe eſſe dicẽte:longinquitatẽ uitæ Iacob miratus eſt.
Cum uero dixiſſet:quia pauciores annos uixerit quã eius maiores: conceſſit ei ut cũ fili
is ſuis in heliopolitana urbe conuerſaretur. Illic enim paſcua ẽt paſtores eius habuerũt.
Fames ergo ægyptiis augebat̃:& peſtis eos potius inopes faciebat:cũ neq; fluuius ter
ram irrigaret:non ei creſcebat ut mos erat: neq; pluerat deus:cũ utiq; per ignorantiam
futura prouideri nequerint. Ioſeph aũt ad pecunias dãte frumenta:cum eis ẽt hæ defice
rent:de ſuis opibus & mancipiis triticũ comparabant: & quibuſcũq; eſſet pars aliqua
terrę:hãc pro p̃cio alimẽti cedebant. Sic itaq; rege omnium paſſionum domino facto:
alii alibi migrauerunt:quatenus regiões eoꝝ fierent firma poſſeſſio regi pręter ſolum-
modo ſacerdotum. His enim regio ſua ſeruata eſt. Non ſolum ergo eorum corpora ad
ſeruitutem peſtis adduxit:ſed ẽt mentes:ita ut de cetero ad turpem egeſtatem alimento
rum uenire cogerẽtur. Imminuente uero ſe fame:& fluuio terras inundante: & fructus
abundanter ea ferente:Ioſeph ad unamquanq; ueniens ciuitatẽ:eiuſq; multitudine con
gregata: eandem terram quam ipſis cedentibus rex habere poterat:ſoluſq; frui in toto
redonabat:& uelut poſſeſſionis proprię laborem eos amare poſcebat:quintam partem
frugum ſolummodo regi ſoluturos pro terra quam illis dabat. Illos ergo inopinatæ ter
ræ dominos conſtitutos lætitia compræhendit:ob quam rem præcepta quoq; ſunt con
ſtituta. Hoc igitur modo dignitas apud ægyptios Ioſeph potior habebatur: maiorq;
fauor ab eis regi collatus eſt:& ut quintam frugum partem perſoluere deberent. etiam
apud reges poſteros lex iſta permanſit.

CAPI. V.

Acob autem decimo ſeptimoq; anno in ægypto cõmoratus:& languore con
i fectus pręſentibus ibi filiis: cũ optaſſet aliis quidem poſſeſſionem bonorũ:&
prędixiſſet per prophetiam quẽadmodũ ex eorũ generatione habituri eſſent
poſteri chananeã:quod etiã multis poſt temporibus eſt effectum: cũq; Ioſeph magnis
præconiis pręruliſſet:quia malorum memoriã circa fratres non habuerit:ſed benignus
potius fuerit in eos:& donauerit bonis innumeris: quę nec bñfactoribus ſoleant repen
ſari:pręcepit quoq; filiis ſuis ut Ioſeph natos ephraim & Manaſſes ĩ numerum ſuum re
ciperent:diuiſuri cum eis chananeã:de quibus poſt hęc loquemur.popoſcitq; ſimul: ut
ei ſepultura fieret in Ebron & mortuus eſt cũ uixiſſet oẽs annos ſeptem & quadraginta
& centũ: in nullo maiorũ ſuorũ cultu diuinæ pietatis inferior : retributionẽq; ꝓmeruit.
quã iuſtũ erat ita benignum accipere.Ioſeph concedente ſibimet rege:patris corpus in
Ebron reducens:multa largitate ſepeliuit.Fratribus aũt reuerti nolẽtibus cũ eo:cũ eos
terror hẽret:ne illos patre mortuo caſtigaret: propter nequitiã quã ei fecerant:nec ulte
rius circa eos mitis exiſteret:ſatiſfecit eis:ut nihil metuerent: neq; taliũ habere deberẽt
ſuſpectionẽ : multaq; bona quæ ſecũ detulerat donauit:nihilq; quod circa eos benigne
debuiſſet impendere dereliquit.Mortuus eſt aũt & ipſe:cũ uixiſſet annos centũ:& decẽ
uirtute mirabilis:& omnia ratione diſponẽs:poteſtatẽq; ſuã humiliter agẽs quod utiq;
huiuſmodi fœlicitatis cauſa fuit ei apud ægyptios:& aliunde ſcilicet ueniente: & talem
qualẽ dudũ diximus paſſum calumniã. Mortui ſunt etiam eius fratres in ęgypto fœli-
citer conuiuentes : quorum corpora in Ebron poſt mortem reportantes poſteri ſepelie
runt.Oſſa uero Ioſeph nouiſſime qñ hębrei egreſſi ſunt ex ęgypto ĩ cananeã reportaue
rũt:ſic.n.eos cõiurauerat Ioſeph. Hoꝝ igitur unuſquiſq; qualiter ſe habuerit:quibuſq;
laboribus obtinuerint chananeã ſignificabo : cãmq; narrabo primitus:pro qua ægyp
tum deſeruiſſe uideantur. CAPI. VI.

Egyptiis ſiquidẽ delicatis:& deſidioſis in labore exiſtẽtibus: & aliis libidini
a bus ualde ſubiectis : etiã propter amorẽ lucri contigit ut peſſime circa hębre
os inuidia eorũ fœlicitatis afficerentur. Videntes enim Iſrahelitarũ genus au
geri:& propter uirtutẽ & laboris ingeniũ diuitiarũ affluentia ualde nobilitatos : cõtra
ſe eos augeri ſupplicabantᷣ:oblitiq; bonorũ propter longinquitatẽ tẽporũ quæ merue
rant per Ioſep:regnoq; tranſlato ad aliã domũ:crudeliter opprimentes Iſrahelitas : ſtu
debant eis uarias inferre miſerias.Fluuiũ nãq; eos per multas deriuationes diuidere:mu
roſq; ciuitatibus ędificare:& foſſata circunducere: ut eas inundare fluuius nõ ualuiſſet:
& priamidas ędificare:præcipiebant ut nr̃m hoc mõ genus attererent.Omnes artes er
go efficientes: & in laboribus aſſueti quadringentorũ annorũ tp̃s in his miſeriis extite
runt:eratq; hæc inter eos pugna: ut ægyptii quidẽ laboribus uellent iſrahelitas expen-
dere:illos uero meliores ſemper eorum ſe præceptionibus exhiberent. Dum uero in his
eſſent rebus utriq;: cauſa pro qua potius ſtuderent in exterminatione generis nr̃i ſemp
ægyptiis huiuſmodi fuit. Quidã ſacrorũ ſcriba:cũ ſint experti de futuris prædicere ueri
tatẽ:enunciauit regi pariendũ quendã illo tp̃e inter Iſrahelitas : qui humiliaret quidem
ægyptii principatũ. Augeret aũt ſuo cremento Iſrahelitarũ genus:uirtuteq; tranſcen-
deret uniuerſos:& gloriã in perpetuũ memorabilem poſſideret.Cuius conſilio iuſſit ut
omne maſculinũ quod ex Iſrahelitis naſcereꝛ : iactantes in fluuio conſumerent.Cuſto
dienteſq; conceptus mulierũ hębrearũ : & partus earũ obſeruare præcipiens ægyptias
obſtetrices . Ab eis enim hoc officiũ iubebat impẽdi:quas propter cognationẽ crede-
bat regis non tranſcendere iuſſionẽ. Eis aũt qui contẽnerent hoc pręceptũ:& partũ ea
rum occulte ſaluare præſumerent:perimi cũ ſua generatione pręcepit. Hãc ergo illi ſu

ſtinebant crudeliter paſſionem :& non tantum dolentes ꝙ filiis priuarentur : aut quia
dum parentes eſſent ad perditionē filiorum ſibi naſcentium miniſtrarent:ſed etiã ex illa
cogitatione qua eorũ deleretur genus:quando quidē nati eorum necabantur : ipſi uero
paulatim redigebantur ad nihilũ.Et illi quidē erant in illo malo iacentes:cõtra dei uero
uoluntatē nemo poterat pręualere & ſi innũeris hoc artibus exercerent . Puer itaq; quē
prædixerat ille ſacer ſcriba:latenter regia cautela nutritus eſt: & uerax in his quę per eũ
facta ſunt ille qui prędixit inuẽtus eſt:q^d hoc modo geſtũ eſt.Amaramis unus hebreo
rum nobilis:cũ metueret pro cuncta gente:ne defectio in nutrienda iuuentute proueni-
ret:& grauiter hoc ferret ne eius uxor pareret:dũq; in heſitatiõe cõſiſteret:ad dei ſuppli
cationē conuerſus eſt rogans:ut aliquã miſerationē haberet:qui in nullo eius religionē
præuaricaſſe uiderentur:daretq; eis rerũ libertatem : pro quibus illo nati affligebantur
in tẽpore.Deus autē miſericordiã eius habens:& ad ſupplicationē aures inclinans:aſti
tit ei per ſomniũ:& nequaq̃ eũ deſperare de futuris exhortabatur: pietatiſq; eorũ ſe dice
bat habere memoriã.Et propterea retributionē eſſe prębiturũ: & dudum quidem eorũ
donaſſe maioribus:ut ex paucis magna eorũ fieret multitudo.Et abraam quidē ſolũ de
meſopotamia in chananeã ueniſſe:factumq; locupletē : & inter alia dũ uxor eius ad ge
nus primitus fuiſſe ſterilis:deinde eius uoluntate ad hoc habilis facta genuiſſet filiũ : &
reliqſſet iſmaheli quidē & qui ex eo erant arabiam regionē:ceturæ aũt filiis tragoditen:
Iſaac uero chananeã.Qui dum meo fortiter pugnaſſet auxilio: ſemper uicit.Iacob etiã
cotribulibus fuit ignotus : qui deinceps magnitudinē fœlicitatis qua uixit:ſuis poſteris
dereliquit.Quo cũ ſeptuaginta ſolũmodo in ægyptũ ueniente:ultra ſexcenta milia iam
eſtis effecti.Nunc aũt me utilitatis ueſtrę & tuæ gloriæ ſcito prouidentiã cõmuniter ha
biturũ.Is enim puer cuius generationem metuentes ęgyptii:cuncta perdere decreuerũt:
quæ ex iſrahelitico ſemine generãt̃ :tuus erit:& diſperdet quidem eos qui eius interitum
intendebant:nutrituſq; mirabiliter:hæbreorũ q̃dem genus ab ęgyptiorũ neceſſitate li-
berabit:eritq; eius memoria quantiſcũq; tẽporibus uixerit uniuerſa apud homines:non
ſolũ hæbreos:ſed etiã alienigenas gentes:me utiq; & alia ꝑbente tibi:& his q̃ de te naſci
turi ſunt.Erit aũt ei etiam frater huiuſmodi:qui meũ habeat ſacerdotiũ:& ipſe & qui de
eo fuerint cuncto tẽpore procreati.Dum ergo hæc uiſio illi oſtẽſa fuiſſet:ſurgens.Ama-
ramis indicauit hoc Iohuel coniugi ſuæ: maiorq; timor eis alloquio huiuſmodi uiſionis
inſtabat.Non enĩ de filio ſolũmodo eſſe uidebat̃ eis formido:ſed etiã pro magnitudine
futuræ fœlicitatis.His tñ quæ prænũciata fuerãt a deo: fidem partus præbuit mulieris:
qui cuſtodes latuit per conceptus ſui ſilentiũ:ex eo ꝙ non uehementer ei dolores inſiſte
rent.Et tribus quidem menſibus apud ſemetipſos occulte nutriret infantē. Deĩceps aũt
metuens amaramis ne captus regię irę ſuccumberet:& ipſe cum puero deperiret:& dei
prouidentiã excluderet:deliberauit potius hoc modo pueri conſulere ſaluti ꝓuidentiãq;
latendi eſſe hanc iudicauit.Nã illud erat incertũ:cum ꝑiculũ immineret non ſolũ puero
qui occulte nutriebatur:ſed etiã nutrienti:deumq; iudicauit oĩum habituꝝ cautelã:qua
tenus in nullo quę ꝓmiſerat eẽt mẽdax.Hæc cogitantes:uas rotundũ ex uimine cõplici
tum:uelut alueoli magnitudine præpararũt:quod ſufficeret ut ĩfans ſpacioſe ibi iaceret.
Deĩde unxerũt illud bitumine: natura enĩ bituminis eſt:ut ĩ uiminalibus uaſculis acceſ-
ſit:poſſit aqua coercere.Illic ergo infantē mittẽtes: & circa fluuiũ ponentes: eius ſalutē
deo reliquerũt.Et fluuius quidē eũ ſuſcipiẽs deportabat. Maria uero pueri ſoror matris
iuſſionē cuſtodiebat:quo illud uaſculũ deportaret̃ intendẽs. Tunc itaq; deus oſtendit:
non humana ꝓuidentia:ſed omnia quæcũq; uult ipſe fieri:effectũ optimũ protinus adi-
piſci:nec præualere quidē eos qui pro cautela ſua alios cõdemnare nitunt̃ interitu mul-

toq; ſtudio hoc implere conantur: cũ inopinabiliter illi ſaluentur: & pœnitus de medio
malorũ inueniãt periculorũ ereptionem dei ſolius uoluntate. Tale aliqd ergo circa hũc
infantẽ geſtum aperta uirtute dei probatũ eſt. Thermut igitur erat filia regis: quæ dum
circa litus fluminis luderet: portari a fluuio illud uas conſpiciens: præcepit ut ad ſe ille
alueus portaretur. Veniẽtibus aũt qui ad hoc fuerant deſtinati cũ alueo uidẽs infantẽ
ualde gauiſa eſt: propter magnitudinẽ & ſpeciẽ eius. Tãto ergo ſtudio deus circa Mo-
ſen uſus eſt: ut ab ipſis qui ꝓpter natiuitatẽ eius decreuerunt interimere gen⁹ hæbreorũ:
alimẽto & cura dignus haberet᷑: iuſſitq; mulierẽ adduci Thermut regis filia: quę daret
infanti mamillã. Quo nõ accedente ad illius ubera: ſed euitante: & hoc in multis mulie
ribus faciente: maſia aſſiſtens his quę fiebant: nõ ut quaſi uideret᷑ ex operibus: ſed inter
alias aſtare ait. Fruſtra o regina has mulieres ad nutrimentũ infantis uocas: quæ nullã
ad eũ cognationẽ habent. Si uero quandã hębraicarũ mulierũ adduci pręceperis: puto
tanq̃ cõtribuli ſuę poterit ubera excipere. Cũq; putaret᷑ bene dixiſſe iuſſit: hãc ire ut ali
quã quę lactare cũ poſſit adduceret. Illa uero accepta huiuſmodi poteſtate: reuerſa eſt:
aiens matri ſoli cognitũ: infanſq; grate quodammodo acceſſit ad eius ubera: & ſuppli
cãte regina cõmiſſum eſt ei cũ omni diligentia pueri nutrimentũ. Cui ſecundũ euentum
rerũ nomen impoſitũ eſt eo ꝙ de flumine ſit ſaluatus. Aquã enim ægyptii Moſes uo-
cant uero ſaluatus. Componentes itaq; hęc ex ambobus: Moſes ei nomen impoſuerũt:
ideſt ex aqua ſaluatus. Et erat indubitanter ſecũdum dei proloquiũ prudentię magnitu
dine & laboribus ſapentiũ hæbreoꝶ nimiũ iduſtrius. Huic igit᷑ Abraam pater ſeptius
erat. Erat .n. iſte filius amaramis: q fuit de patre chaath: q natus eſt de leui: Leui uero de
Iacob q fuit ex Yſaac filio abraã. Erat aũt ei ſapia nõ pro ętate cõceſſa: ſed ſua menſura
multo ſupior: & ſeniorẽ huius rei facultatẽ in iſantia demõſtrabat: maiorẽq; ſpem actio
eius iã tunc q̃ uiri pfecti gerebat. Et cum trimus fuiſſet effectus deus mirabiliter eius ſta
turæ eleuauit ſpaciũ. Nã quantũ ad ſpeciẽ nullus erat ita ſeuerus: ut uidens Moſen: ei⁹
pulchritudinẽ nõ amaret: multiſq; cõtingebat dũ eũ ꝯcernerẽt p plateã ferri: ut conuerte
renẽ qdẽ ad aſpectũ pueri: & ea in qbus uidebant᷑ ſtudiũ hẽre deſererẽt: delectati poti⁹
eius uiſiõe. Erat enĩ in eo multa infantulis gratia: & excellẽter decenterq; circa eum exi
ſtẽs: retinebat iſpiciẽtes. Hũc ergo cũ talis eſſet: thermut ſibi filiũ adoptauit: dũ ſobolẽ
legittimã nõ hẽret. Et cũ aliquãdo eũ portaſſet ad patrẽ: oſtẽdit eũ q̃ſi de ſucceſſiõe non
cogitaret: ſed uolũtate dei ꝓpriũ filiũ nõ hẽret dicebatq;. Nutriui infantẽ forma diuinũ:
& prudentia ualde fortiſſimũ: mirabiliterq; de fluminis gratia cõdonatũ: quẽ meũ qdẽ
filiũ eẽ decreui: tui imperii ſucceſſorẽ. Hæc dicens: poſuit in manibus patris iſantẽ. Ille
uero ſumẽs eũ: & ad pectus applicans p amorẽ ꝓfilię gratia ipoſuit ei diadema. Moſes
aũt cõuoluẽs illud ꝓiecit i terra: quaſi p iſantiam cõculcauitq; ſuis pedibus: qđ regi au
guriũ ferre uidebat᷑. Contẽplat⁹ ãt ille ſacer ſcriba: q eius natiuitatẽ ꝓdixerat: ita futuꝶ
ad humiliandum principatũ ęgypti: impetum fecit ut eum occideret: & terribiliter cla-
mans ait. Hic eſt puer ille o rex quẽ deus nobis occidendũ oſtendit: ut de cętero timore
careamus. Teſtimoniis enim oſtẽdit᷑ quia tum inuaſurus eſt principatũ. Iſto nãq; perẽ-
pto: ęgyptiis quidẽ eius timor tollet᷑: hebreis autẽ ſpes confidẽtię quã propter eũ habe-
re credunt᷑ auferetur. Quod cum dixiſſet: uix pręualebat eum abripere thermut: cũ etiã
rex ſenior eſſet ad eius necẽ: deo huiuſmodi propter prouidentiã ſalutis Moſaycę faciẽte
Alebatur itaq; multa ſollicitudie: & hębreis qdẽ i eo erat ſpes optia circa cũcta: ſuſpitio
nis uero eius crementũ generabat ęgyptiis. Et cum nullus eſſet certus: ut uel ſi occideret
rex infantem & cognatũ propter adoptionem: aut alioꝶ quilibet: quid amplius ad ęgy
pti utilitatẽ prodeſſet: quo iam nõ metuerunt de pręſentia futurorum abſtinebant oẽs

ab eius nece. CAPL. VII.

Oſes itaq; prædicto modo natus & nutritus: & tranſiens ad ætatẽ perfectã:
m ægyptiis formã ſuę uirtutis oſtendit:& ad humiliationẽ quidẽ illo⁊: augumẽ
tum uero hębreorũ factũ eſt:ut huiuſmodi occaſio proueniret. Ethiopes cũ ſint
proximi ęgyptiis negocia ſua in eo⁊ regionẽ portabãt:& referebãt ægyptio⁊. Illi irati
caſtrametati ſũt: uidicaturi cõtẽptũ ꝑlioq; cõmiſſo deuicti:alii ceciderũt:alii uero tur-
piter domi reuertentes euadere potuerũt. Secuti aũt ethiopes & arbitrantes defeciſſe il
los:ꝑſumptiõe ſua oẽm ęgypti prouinciã optinere potius exarſerunt:guſtãteſq; eorum
bona:ab eis ſe nõ aſtinebant. Cũq; uicinas partes adeuntibus nõ pręſumerẽt repugna
re:acceſſerunt uſq; ad mẽphin:& mare nulla ciuitate.ſ. reſiſtere præualente. His ergo
malis obſtricti:ad reſponſa & diuinationes ęgyptii ſunt cõuerſi:& deo eis prębẽte con
ſilium:ut auxiliatore uterent̃ hæbreo:iuſſit rex filię ut daret Moſen ducẽ a ſe conſtitu
endũ. Illa ſacramentis prębitis:ut nihil ei fieret mali:tradidit Moſen: ꝓ magno quidẽ
beneficio iudicans eius auxiliũ:& adnihilans ſacerdotes: qui eũ uelut hoſtẽ prædixerãt
occidendũ:quaſi neſcientes ꝙ aliquando utile foret eius auxilium. Moſes uero a ther
mut exoratus pariter & a rege:libenter hoc ſuſcepit opus. Gaudebãt ergo ſacri utriuſq;
gentis ſcribę:ęgyptiorũ quidẽ tanq̃ eius uirtute hoſtes deuincerent̃:& moſen ipſo do-
lo cõprimerẽt:hębreorũ aũt tanq̃ hęc eis occaſio foret:ęgyptios omnino diffugerẽ:quod
Moſes eorũ dux eſſet. Ille antequã hoſtes cognoſcerent eius inuaſionẽ ſumẽs ducebat
exercitũ:nõ ꝑ fluuiũ iter faciens:ſed per terrã:ubi ſapientiæ quoq; ſuæ mirabile fecit indi
ciũ. Nam cũ terra ualde ſit ſęua iter agentibus: propter reptiliũ multitudinẽ: quia illic
hæc oĩa naſcunt̃:ita ut ẽt quæ apud alios nõ ſunt: ſola illa terra nutriat uirtute atq; ma
licia:& aſpectu ſolito differentia:quo⁊ ſunt aliq̃ etiã uolatilia:ut cũ de terra nocere ne-
queant:ſuperuolando nõ prouidẽtes occidant:pro cautela exercitus & itinere eo⁊ inno
xio:hoc mirabiliter adinuenit. Plectas ex papiro fecit in modũ arcarum:eaſq; complẽs
de hibicibus ſecum portabat. Hoc autẽ animal ſerpentibus inimicũ eſt: fugiunt enim
eas aduenientes:& cum ſe cęlare uoluerint:uelut flatu ceruo⁊ abreptæ deuorant̃. Hi-
bices ualde ſunt manſuetę:& generi tantũ ſerpẽtino feroces. Et de his quidẽ ꝑtereo nũc
ſcribere:nõ ignorãtibus græcis quale ſit genus hibicis. Dũ uero ad terrã nutricẽ beſtia
rum ueniſſent:per eas ut dixi naturam ſerpentũ expugnabant:eiſq; uelut aduerſus ho-
ſtes utebant̃. Hoc ergo modo iter agens:anteq̃ ethiopes agnoſcerent ſuperuenit:& cõ
greſſus cum eis pugna deuicit:ſpẽq; quã habebant contra ægyptios & eorum ciuitates
abſtulit:ibatq; ſubuertens omnia:& terrã ethiopũ maxima uirtute deuaſtabat. Tunc
pro fœlicitate alias ꝑ fœlicitatẽ moſeos cum de labore ſuo guſtaſſent:ægyptio⁊ exerci
tus fatigationẽ minime ſentiebat:tanquã præter eũ ſeruitutẽ & nouiſſimum ſubuerſio
nis periculum potuiſſent ægyptii ſuſtinere. Poſt hæc autẽ inſequentibus ægyptiis cun
ctos ethiopes in Saba ciuitate regia ethiopiæ quam poſtea cambiſes meorin denomina
uit:a ſororis ſuæ nomine obſidebantur. Erat enim inexpugnabilis locus ille cũ & Ni-
lus circũdaret eũ & circũcluderet:& alia flumina aſtabus & aſtaburſas: fluctus diffici
les obiicerent̃ eis:qui illic tranſire tentarent. Ciuitas enim interrior exiſtens habitabat̃:
ut inſula muro circũdata uallo fortiſſimo:& contra hoſtes quidem ꝓpoſitos habet flu-
uios. Foſſata uero grãdia inter muros & flumina ſunt:quatenus inundari non poſſit ci-
uitas:aquæ illic uiolẽtia deportata:hacq; res illa flumina tranſeuntibus difficilẽ faciebãt
ciuitatis inuaſionem. Cum ergo grauiter ferret moſes ſegnitiem exercitus:quando ho
ſtis nequaq̃ uenire pręſumeret ad manus tunc aliqd tale prouenit. Tharbis filia regis
ethiopũ fuit. Quę dũ moſen circa muros exercitũ applicantẽ:fortiterq; uideret pugnã

tem eius efficatiam expientiáq; mirata:& deſperantibus iá pridé ægyptiis:liberatis au
thoré eũ extitiſſe bonos ſuæ euentus fœlicitatis exiſtimás:ethiopibus.ſ. exultantibus:
in his quæ circa eos geſſerant:eũq; tũc periculis ĩherere cõſpiciens ĩ amoré eius eſt lapſa
crudeliter.& cũ paſſio ꝑualeret:miſit ad eũ fideliſſimos ſeruoꝝ:ut ei de nuptiis loqueré
tur.Illo uero ſermoné eius ſuſcipiente:ut traderet ciuitatem:præbitiſq; fœderibus: ut &
uxorem eam duceret:& ciuitaté obtinens:nequaꝗ pacta tranſcenderet : effectus uerba
prçuenit:& poſt necem ethiopum gratias agens deo moſes:nuptias celebrauit:& ægy
ptios in propriam terrá reduxit.Illi uero ex quibus ſaluabant᷑ a moſe:ex his odium ad
uerſus eum habebant:& feruẽtioribus aduerſus eũ conſiliis utebant᷑ arbitrantes : non
propter bonos actus eum in çgypto ita creuiſſe:innocuerunt q; regi:quid de facta cæ-
de prouenerit.Ille itaq; apud ſe induſtriam uiri continuit:inuidia uero ducatus moſeos:
& oppreſſionis ſuæ formidine tactus:compulſuſq; a ſacris ſcribis : nitebatur iu moſeos
cçde graſſari. CAPI. VIII.

q Vui dum cognouiſſet inſidias eius latẽter effugit : & itineribus obſeſſis: ꝑ de
ſertũ fugam expleuit.Cũq; ei ciboꝝ eſſet iopia:uiribus tolerantiç præualebat:
ueniẽſq; ad ciuitaté madian circa ꝑmare rubrũ poſitá : cognomen habenté ab
uno filiorũ abraá de cethura progenito ſedens ſup quendá puteũ:ex labore atq; miſeria
quieſcebat exiſtente meridie:nõ ꝓcul a ciuitate.Quo ei actus acceſſit huiuſmodi ex uſu
prouĩcialiũ cumulũ eius uirtutis oſtẽdens: & occaſioné ad meliora ꝑbens.Nam cũ ſint
loca ĩaquoſa ꝑcedebant paſtores ne forte a puteis aquæ exhaurirẽtur ab aliis : & oues
potu neceſſario priuarẽtur.Aſtiterũt itaq; tũc ad puerũ ſeptem uirgines ſorores:rague
lis filiæ ſacerdotis:qui multo honore apud prouinciales habebat᷑. Quæ gregũ patris
curá agẽtes:eo q᷈ hoc miniſteriũ etiá mulieribus regionũ ſit trogolidarũ : ſufficientem
aquá de puteo leuauerũt:expectantes ut greges ſuos abundanti irrigatione ſatiarent .
Superuenientibus uero paſtoribus & uirgines expellentibus:ut aquá ipſi occuparent.
Moſes crudele iudicans puellas deſpicere iniuſticiá patiẽtes : uiolentiáq; uiroꝝ ſincre
potioré ꝗ uirginum:illos qdé ꝓhibuit uiolẽtos eẽ:uirginibus auté opportunũ prçbuit
adiutoriũ.Quç beneficio ĩperato:uenerunt ad patré:iniuriamq; paſtoꝝ narrantes:& ſo
lacium ſibi præbitum peregrini rogabant ne eius beneficiũ eſſet uacuum:ne retributio
ne debita priuaret᷑.Ille auté & filias approbauit circa benefactoré ita ſtudẽtes:& Mo-
ſen ad uultũ ſuum iuſſit adduci:iuſtiſſimæ gratiæ ꝑmia merituꝝ.Cũq; ueniſſet & filiaꝝ
teſtimonium ei de ſuo ſolacio declararetur:eius uirtutem admiratus:non fore eius auxi
liũ ſine bona repẽſatiõe dicebat:ſed idoneũ ſe ad reddendá gratiá:ita ut magnitudine re
pẽſationis:mẽſurá poſſit traſcendere benefacti.Fecitq; eũ quaſi filiũ: & uná filiarum ei
dedit uxoré:grægũq; ſuoꝝ in quibꝰ omnis erat antiquis barbaris poſſeſſio:eum uoluit
habere curam & dominũ.Et moſes quidem dum hæc impetraret a gecheg eth alias the
leo:hoc enim cognomé erat raguelí:degebat ibi paſcendo eius grçges. CAP. IX.

p Oſt hçc auté tempora dum paſceret grçgé in monte q uocatur ſyna : ducebat
oues qui mons eſt excel ſus : & ad paſturas egregius optimas herbas habens.
Hic dum eẽt opinio habitare deum:primitus nemo paſcebat:qa paſtores illic
minime ambulare prçſumebant quo tamé ꝓdigiũ ei mirabile nimis apparuit . Ignis
náq; depaſcẽs rubi uiriditaté:eiuſq; floré trãſit inoxius: fructiferoſq; ramos nullo incen
dio diſſipauit.Cũq; flama uçhemẽs & uelociſſima eẽt:ille ẽt ĩpam uiſioné ĩcpiabilé for
midatus obſtipuit:& potius dũ uoce ignis emitteret:& noíe eius uocaret uerbaq; fate
re uideretur:quibus etiam eius fiduciam prçſumentis ad loca accedere ubi nullus homí
nũ primitus ambulaſſet:eo q᷈ eſſent diuina redarguit eiq; ſuaſit:ut procul ab igne rece

deret:& ut ſufficerēt ei q̄ uiderat:cū eſſet bonus uir:magnorūq; proles uirorū nihil am-
plius īdagaret. Prędicatq; ei futuram gloriam & honorē apud hoīes:praſente deo:iuſ
ſitq; ut cum fiducia abiret in egyptū:dux & prīceps futurus multitudinis hebreorum
& cognatos proprios ab illorum iniuria liberaturus. Nā et terrā inquit habitabūt hāc
felicem:quam habitauerat pater ueſter Abraā:oībuſq; adepturi ſunt bonis ad hęc utiq;
te eos tuaq; ſapientia deducēte:iuſſitq; ut educens hebreos ex egypto ſacrificiū gratia-
rum actionis ueniens ad illa loca celebraret. Hæc ergo ex illo igne diuina uoce prolata
ſunt. Moiſes ergo obſtupeſcens in his quæ uiderat: multo potius quæ audierat: uirtuti
(inqt) tuę nō credere domine:quā & ipſe colo:& maioribus meis aperte apparuiſſe nō
dubito:ueſaniſſimū ſecundū meam ſapientiam eſſe puto. Verūtamen heſito quēadmo
dum uir ignarus & nullius uirtutis idoneus:aut ſua deam uerbis: quatenus cognati re-
linquentes terrā quā nunc habitant, me ſequantur:ad quā eos ipſe deducā: aut uel ſi ip
ſis ſatiſſiat:quō potero exigere Pharaonē ut dimittat hebreos:quorū laboribus & ope
ribus uirtus eius felicitatis augetur. Deus autem eum in omnibus confidere ſeq; adeſſe
ꝓmittens:& ubi qdē opus eſſet ſuaſione uerba præbiturum:ubi aūt opibus uirtutē mi-
niſtraturū, iuſſit ut baculo in terrā proiecto fieret ſerpens:quo ſigno crederet ꝓmiſſa ſe
ꝑcepturū. Hoc dū feciſſet: draco conuolutus repebat ſpiris ingentibus:& tāq̄ contra ſe
ꝑſequētes ſuū caput ſeuiſſimū īſurgebat:q deinceps factus eſt uirga. Poſt hoc uero mit
tere eum dextrā in ſinū ꝑcepit:obediēſq; eā cādidā & uelut coloris niuei ꝓtulit. Poſt qđ
tñ ad ſolitū eſt reuerſa. Iuſſus iterū aquā de ꝓximo ſumere:eā in terrā ꝓiicere:uidit colo
re ſanguineo factā:mirātēq; in his cōfidere ꝑſciebat deus:& adiutorē ſibi eū noſſe maxi
mū:& ſignis his ad credēdū apud oēs uſurū dicebatq; miſſus a me ſecūdū mea manda
ta facies inumera. Iubeo ergo ī nullo te tardantē ad egyptū feſtinare:die noctuq; labo
rātē:ne tua tarditas maius tpſ faciat hebreos ī ſuitute cōſiſtere. Moiſes aūt nō diffidens
in his quę diuinitas ꝓmittebat:īſpectorq; taliū indiciorum & auditor factus orabat:ut
hac uirtute eodē modo expiret in egypto:ſupplicabatq; ne nominis ſui deus noticiā ei
celaret:ut dū uoci eius participatꝰ fuiſſet pariter & aſpectu inſup agnoſceret:& uocabu
lū:quatēus ſacrificās noiatim eū adeſſe hoſtiis ſupplicaret. Et deus qdē ei ſuā ſignifica
uit appellationē: quā primitus hoīes nequaq̄ uidebāt audiſſe:de q̄ mihi fas dicere nō ē.
Moiſes itaq; illa ſigna nō tūc ſolūmō:ſed ſemp & ubicūq; cōtingeret faciebat. Ex qbus
oībus plus maiorē ueritatē ſignis diſtribuēs:deūq; ꝓpiciū et ſuffragatorem habituꝝ: ſe
credēs & domeſticos ſe ꝓ ſalute ſperabat:& egyptios malis afficere. Cap. X.

Vdiens quoq; egyptiorū regē Pharaonē fuiſſe defunctum:ſub quo ipſe defunge
a rat:petiit raguel ut eius ꝑmiſſu pro utilitate cognatorū iret in egyptū:ſumenſq;
Sephorā uxorē filiā raguelis:& filios quos habebat ex ea Gerſan & elieſer:teten
dit ad egyptum. Nominum uero horum gerſa quidem hebrea lingua ſignificat in terra
peregrina. Elizer aūt qui adiutore patrio deo uſus:egyptios effugiſſet. Cū uero ueniſſet
iuſta montē:frater Aaron deo iubente occurrit ei. Cui moiſes ſignificauit quæ in men-
te contigerunt:pariter & diuina mandata. Procedentibus autem eis occurrebant nobi
les hebreorum eius pręſentiam cognoſcentes. Quibus Moiſes quomodo uerbis ſuade
re non poterat:ſigna ſibimet oſtenſa monſtrabat. Illi tempore eorū quę inopinabiliter
inſpiciebant:oīno credebāt:& ex oībus erant in ſpe maxima conſtituti deo. ſ. eorū ꝓui
dente ſecuritatē Dum uero iam obediētes haberet hebreos moiſes ꝓmittens ſecuturos
ſe q̄ iuberet: libertatemq; reſpicere:uenit ad regem illum q nuꝑ ſuſcipat principatum:&
in quocūq; inuenerat olim egyptios ab ethiopibus cōpreſſos cū fuiſſet eorum direpta
prouincia declarauit:& qa militia & laboribus magnis uſus tanq̄ ꝓ ſuis:poſt diuerſa

BIBLIOT... R VITTORI...
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pericula non dignā retributionē acceperit intimauit: pariter etiam que illi ī monte ſyna
contingerant: dcīq; uoces: & ſigna ſingula ab eo mōſtrata propter fidē rerū decēter ex-
poſuit: rogauitq; ne diſcredens in his impedimētum faceret dei uoluntati. Deridēte uero
rege: moiſes opꝫ fecit: ut cōſpiceret ſigna quę fuerāt ī mōte ſyna mōſtrata. Ille ergo de-
dignatus: illum quidem maligniſſimum appellauit: & prius egyptiorum fugiſſe ſerui-
tium: & nunc pro ſeditione remeaſſe. & prodigiorum opus ſtuporemq; factum magica
rum artium appetiſſe remedia. Cūq; hęc dixiſſet: iuſſit ſacerdotes eaſdē quas ille facere
uiſiones: tanquā egyptii etiā in hac diſciplina ſapiētes exiſterēt: & q̄ſi non ſolus moiſes
peritus eſſet rerum: quas ipſe ꝑ deū poſſit explere: ut quod erat ualde mirabile: ſi etiam
ab aliis fieret oſtēderet: quomodo humana doctrina conſtaret. Et ponentibus illis uir-
gas dracones facti ſunt. Moiſes autē non expauit ſed ait: Nec ego quidē rex egyptiorū
deſpicio ſapientiam: ſed tanto melius hęc a me q̄ horum magica arte ſunt facta quanto
humanis diuina eſſe cōſtat meliora. Oſtendam uero nō artibus magicis nec errore: ſed
ſubſiſtente ueritate: quæ mihi ſunt dei prouidētia & uirtute patefacta: Cūq; hęc dixiſſet
proiecit in terram uirgam: iuſſitq; eam ut in colubrum uerteretur. Illa obediens etiam
egyptiorum uirgas quę uidebātur eſſe dracones deuorauit: inſiliens donec conſumeret
uniuerſas. Quam ſuo ſcemate redeuntem: ſumpſit denuo moiſes. Rex autem nihil ma-
ius in hoc actu ſe uidiſſe ſimulauit ſed iratus: & in nullo eum preferri dicens egyptiorū
ſapientie & integritati iuſſit ei qui ſuper hebreos uidebatur eſſe conſtitutus ut nullā eis
pręberet requiē: ſed maioribus q̄ prius eos malis affligeret. Ille ergo cum prius eis præ-
beret paleas ad lateres: nihil ulterius dedit: ſed die quidē operibus eos faciebat affligi.
nocte uero paleas congregare Cum eis duplex hoc malū exiſteret: & erumna per illum
crudelior inſtitiſſet, Ille neq; minis regis fatigatus eſt neq; increpatōibus ceſſit hebreo-
rum: ſed animā ſuā conſtituit ad utraq; ut & laboraret: & libertatem cognatis acquire-
ret: uenienſq; rurſum ad regē ſuadebat ei ut dimiteret hebreos ad mōtē ſyna: ſacrificatu
rus deo. Hoc ei pręcepiſſe dominum dicebat & in nullo contradicendum illius iuſſioni
exorabat: dcūq; propiciū fore cūctis: ſi eos dimiteret egredi ne prohibēdo illos ſibimet
reputaret patiendū quæcūq; patiūtur qui præceptionibus dei contradicunt quādo eis q
iram in ſe cōmouerint diuinam in omnibus oboriūtur aduerſa. Ex quibus utiq; neq; ter
ra neq; aer ſuauis exiſtit: nec ſoboles eorum naturali modo progreditur: ſed inimica om
nia & aduerſa ſentire egyptios edicebat: & hebreorum populum abire ex illorum pro-
uincia etiam illis nolentibus affirmabat. Rege uero moiſi deſpiciente ſermones nullā-
q; conuerſionem ſui ad talia faciente: paſſiones peſſime quas ſingulas explanabo egy-
ptios inuaſerunt: nec prius flectebantur quam eorum experimenta perciperet ſimul &
quam ualet deus moiſen in nullo eorum quæ prędixerat monſtrari mendacem & quia
prodeſſet hominibus ut dicerent obſeruare & facere ea in quibus non poſſet offendi di
uinitas. ne ad iracundiam cōuerſus: in eorum iniquitatibus uſciſcatur. Fluuius enim eis
ſanguineus dei uolūtare profluit: & qui bibi non poſſet: cum fontem aquarum aliū nō
haberent: non colore ſolummodo talis erat: Sed etiam ſe cōtingētibus doloris amari ge
mitū īſerebat: eratq; talis egyptiis: hebreis autem dulcis & potabilis exiſtebat: licet na
turaliter uideretur eſſe mutatus. In hoc miraculo rex timēs atq; heſitans propter egyp
tios: abire permiſit hebreos. Cūq; malum fuiſſet aliquomodo releuatū rurſus ſententiā
ꝑmutauit: nec eos abire permiſit. Deus aūt illo cōtēnente poſt calamitatis ablationē: &
nolēte a ſua malicia tēpare: aliā ītulit egyptiis plagā. Ranaꝝ nāq; īfinita multitudo eo
rū terrā late depaſta ē: plēuſq; erat his ēt fluuius: & polluebat eorū potus & aīalib9 ibi
putreſcētibus fetor cūctis noxius exalabat ex aqua: eratq; cūcta regio hmōi malo ple-

na:ebulientibus ranis & morientibus:quæ ēt domeſtica eorū habitacula ualde uexa-
batdum in cibis ſepius inuenirēt:& poculis:& i cubilibus eorum iambulantes fetorq;
crudelis erat:& abhominabilis:morientibns ranis ac putreſcentibus. Dū his ergo ma-
lis egyptii ꝑmerēt iuſſit rex Moiſen tollētē hebreos abſcederē.Cunq; dixiſſet hoc:repē
te ranarum exterminata eſt multitudo: & terra ſimul & fluuius in ſuā reuerſi ſunt natu
rā.Pharo uero mox ut paſſionibus terra priuata eſt:oblitus calamitatis illius:rurſus re-
tinuit hebreos:& tanq̄ ſi plurimas paſſiones experiri uelit:nequaq̄ dimiſit Moiſen po-
pulumq; diſcedere:quē prius timore potius q̄ prudenti animo abire decreuerat. Rurſus
ergo alterius mali ꝑcuſſione eius fallaciam diuinitas uulnerauit. Pediculorū nanq; infi
nita multitudo egyptiis pullulauit ex interioribus ebulliens:ex quibus mali male cōſu
mebantur:neq; lauacris:neq; medicamentorū unguentis genus hoc exterminare ꝑualē
tes.Ob hanc ergo peſtē egypti rex turbatus metuēſq; ſimul peſtē ſui populi:licet fatue
uerecūdiam ſe deuicti uiri putaret habiturū.cogebatur tñ a malo temparе:hebreiſq; cō
ceſſit egreſſionē.Cūq; hoc iterum leuigaretur:filios obſides & uxores reuerſiōis ſue eos
relinquere ſanciebat.Vnde irritauit potius deum:credēs ſe eius quoq; ꝓuidētiā fallere:
ſicut Moiſen.Sed illū latere non potuit egyptū punientē ꝓpter hebreos:Beſtiis nanq;
multigenis & multimodis quoꝶ aſpectibus nullus occurrit:coꝶ prius īpleuit regiōem:
quibus & ipſi cōſumebantur: & terra agricolarū cultura nudabatꝰ.Siquis.n.primarū
paſſionū ꝑditionē euaderet,hoc langore & interitu hominum talia ſuſtinētiū ſuccūbe-
bat.Cūq; Pharo neq; ſic dei iuſſiōibus obediret:ſed uxores q̄dē abire cū uiris diceret:re
linquēdos uero filios poſtularet:nō defuit deo unde calliditatē eius diuerſis malis & ma
ioribus denuo ſupueniētibus caſtigaret.Crudeliter nāq; eorū corpora uulnerabātꝰ inte
rius corrupta ita paſſim egyptioꝶ multitudo cōſumebatꝰ.Rege uero neq; hac plaga tē
perāte grādo uehemēs:cū neq; prius i egypto aer aliqd tale ꝓtulerit:neq; ſimilis apud
eos hyemis tpe deſcēderet:maiorq; q̄ apud habitatores boree ꝑtis & ſeptētriōalis aeris
rigore deferretꝰ effluxit:& fructus earū uſq̄quaq; cōfregit.Deīde genus locuſtarū ger-
men qđ nō fuerat uexatū grādine deuorauit:ut eis gñaliter ſpes terrenoꝶ fructuū depe
riret.Sufficiebat nāq; quēlibet ſine caliditate fatuū ēt ea q̄ ꝑdicta ſunt mala ad itellectū
& cogitationem utilitatis adducere.Pharo itaq; tātū iprudēs quantū malignus ſentiēs
cauſam:deo tamen cōtradicebat:iuſſitq; Moiſen cum uxoribus ſuis hebreos abducere:
facultatē uero eis deferere:eorum depopulandas domus.Moiſe uero nō acquieſcēte ita
dimitti eos:quos oporteret deo ſacrificiū de ſuis rebus offerre:cū ꝓpter hāc cām multo
tpe morarentur:tenebrę ꝓfundiſſimę & partem lumis nō hñtes: egyptiis ſunt diffuſę:
pro q̄bus & uiſus eorū aeris craſſitudīe clauſi ſunt:eoſq; mori miſerabiliter cōpulerunt.
Metuebant enim ne caligine ſimul abſorberentur.Deinde his excuſſis poſt tres dies to
tidēq; noctes:dū nullatenu ꝑs penitentiam ageret pharo ꝓpter egreſſum hebreorum ac
cedens ad eum Moiſes ait. Quouſq; inobediens es uolūtati Dei? Iube dimitti hebreos.
Nō enim poteritis ab his malis eripi: niſi hęc uolueritis i plere.Rex autem iratus in his
que fuerant dicta:minatur eius ſe caput auferre: ſi ad eum ob hanc importunitatem de
nuo remearet.Tunc Moiſes nequaq̄ ſe de his uerba facturū dixit:ſed illum ipſum cum
proceribus ęgyptiorum dep̄caturum fore: ut hebrei deſcenderent . Et ille quidem cum
hęc dixiſſet abſceſſit.Deus autem oſtendens adhuc una plaga feriendos egyptios:ut di
mitterent hæbreos iuſſit Moiſen præcipere populo ut ſacrificium paratum haberent:
eſſentq; pręſtructi a decima die xantici menſis uſq; ad quartamdecimam (q apud ęgy
ptios quidem parmuthi:apud hebreos autem niſan uocatur:macedones uero xanticum
eum appellant.& egreſſuros hæbreos omniaq; portaturos aſſeruit . Et ille quidem iam

q parata hñs ad egreſſioné hæbreos:& conſtitutos p tribus ibidem retinebat. Cú aút
inſtaret quartuſdecimus dies:oés ad egreſſioné tendétes & imolantes ſanguiné domus
ꝓprias iſopi frödibus emúdabát. Cúq; cœnaſſent, reliquias carniú táquá egreſſuri có
cremauerút. Vñ hactenus ſm hunc moré ita ſacrificamus:Illáq; feſtiuitaté paſca uoca
uerút: qđ ſignificat tráſcéſioné:eo q̧ illa die deus tráſcédere eos peſté uoluit: q̄ ſcilicet
ægyptios uiſitauit. Mors eni priogéitorú ita ęgiptiis facta é:ut plurimi ꝓceꝝ cógregati
circa regalia Pharaói pſuaderét:q̄tenus hębreos ſub uelocitate dimitteret. Qui uocatú
moiſen abire ꝑcepit:arbitrat9 ut ſi de ꝓuicia recederét, iminété ægyptiorú caſtigatóem
ceſſare:mulieribuſq; honorabát hębreos:alii qdé ut citius egrederét:alii uero ꝓpter uici
nitatis eorú cóſuetudiné. Et illi qdé egrediebát:flétibus ęgyptiis & pœnitétiá agétib9:
eo q̧ fuerit eis ſic crudeles:tédebátq; ad ciuitaté noíe licus: q̄ túc erat deſerta:ubi Baby
lon poſtea fabricata eſt: dú cambiſes ægiptú deuaſtaret:celeriterq; agentes iter ad locú
Beelſephon: tertia die ad rubrú mare deuenerút. Et qa ꝓpter deſertú nihil de terra poſ
ſent héreciború, fermétata farina azimis páibus ex modico tpe tátúmó coagulatis ue
ſcebát: hiſq; trigita ſút uſi diebus:lógiori eni tpe eis nó ſuffecerút q̄ tulerút ex ægypto:
cú ét is cibus ſub neceſſitate cuſtodiret:nec ad ſatietaté eodé uterent. Vnde ad memo
riá illius iopiæ:feſtiuitaté octo dierú agimus q̄ dicit Azimoꝝ. Oís itaq; multitudo mu
lierú pariter & iſantú egreſſorú cóſiderátibus ineſtimabilis erat. Qui uero ætaté hébát
aptá ad expeditú iter:ſexcéta milia fuerút:reliq̄rútq; ægiptú méſe xantico:lúa.xv.poſt
ános.xxx.&.cccc.q̄ pater nr̄ Abraá uéiſſet i chananeá:poſt Iacob auté aduentú in ægi
pto:áno.cc.& qnto. Moiſes aút erat qdé áno iá.lxxx.frater aút eius Aaron tribus ánis
maior extabat. Portabát ét oſſa Ioſeph:dú hæc ille ſuos filios facere ꝑcepiſſet. Ca.XI.

P Orro cú ægyptios hębreorú peniteret egreſſus:rexq; grauiter ferret: tanquá ue-
neficiis moiſeos ſigna illa facta fuiſſent, deliberauerunt ſup eos irruere. Et ſumen
tes arma pſeq̄bát: táquá reuocaturi eos:ubicúq; cóprȩhédiſſent:nec eos ulterius
deo dimitterét:ſeq; cótra eos facillime prȩualere iudicabant:cú & inermes eſſenr illi:&
itinere fatigati. Et a ſingulis occurrétibus regrétes quo abirét perſequi cú ſtudio feſtina
bant licet moleſta ſit illa terra iter agentibus:nó ſolum expeditis:ſed ét ſingulariter am
bulantibus. Moiſes aút p ea loca ꝓuide ducebat hębreos:ut ſiqdé pœniteret ægyptios
& pſeq uellét hębreos: ſuppliciú malicię ſuę:& tráſgreſſióis indubitáter exoluerét. Per
paleſtiná uero grauiter ferebat tranſire:ꝓpter antiquá moleſtiá:uolebatq; quolibet mó
latere pgés. Confinis enim eſt ęgiptioꝝ hęc prouincia:& propterea uia quidem ducéte
ad paleſtiná populú nó eduxit:per deſertú uero multú iter agens:malaq; perpeſſus in-
numera ad chananeá ſtuduit puenire:inſup & ꝓpter mádata dei iubétis adduci popu-
lum ad montem ſyna : ſacrificiú illic oblaturos. Apprehenſis ergo hæbreis ægyptii ad
prȩlium parabantur:& multa uirtute ꝓſecuti:concluſerant eos in paruulo quodam lo-
co. Sexcenti enim currus eos perſequebant:& equites quinquaginta milia :& ducenta
milia pariter armatorum. Et itinera quidé clauſerunt quibus hębreos fugere iudicabát:
inter rupes intranſgreſſibiles eos & mare claudentes:ubi terminatur mons ex aſperita
te uiaꝝ nimis imenſus. Et fugá eis penitus amputantes:a maritima & mótis cógreſſióe
hębreos militibus obſederút: os ipm fuge claudétes:ut egreſſú eis ad cápeſtria denega
rét. Nó itaq; tolerabát obſeſſióis modú hębrei:ꝓpter egeſtaté neceſſarioꝝ:neq; fugę fa
cultaté habétes:armiſq; priuati q licet ſi pugnare uellét:eis ſpes rerú oíum amiſſa uide-
ret:niſi ſemetipſos traderét uoluntati ęgyptiorú. His ita factis:moiſen in oíbus culpa-
bát:oblitiq; ſignorú q̄ eis fuerát a deo ꝓ ſua libertate móſtrata:uſq; ad hoc uenerunt:ut
ét ꝓphetam qui eis ſalutis dona promiſerat, pro icredulitate lapidibus niterent obrue-

te:ſeq; tradere cogitarent:eratq; luctus & gemitus mulierũ & infantũ ante oculos ha-
bentium mortem:montibuſq; ſe & mari claudentibus ſimul & hoſtibus & fugã nulla-
tenus ex iſtis ueniẽtibus:Moiſes aũt licet eſſet in eũ exaſperata multitudo:ipſe tñ circa
prouidentiã eorũ nõ ceſſabat:ſed hæc omnia iactabat in deũ:q eis etiã iam alia quæ prę
dixerat ꝓ eorũ libertate cõtulerat:& neq; in hoc relinquẽdos eſſe inimicis dicebat:neq;
ſeruituros: neq; perituros:ſtãſq; in medio ait. Nec hoĩbus quidẽ bene cõuerſantibus cir
ca nos iuſtũ erat nõ credere:de dei uero ꝓuidẽtia uos deſperare opus nõ eſt:a quo uobis
oĩa ꝓuenerũt q̃cunq; p me ad ſalutẽ & libertatẽ ſeruitutis ueſtrę neq; ſperantibus ꝓmi
ſit:cũ potius in heſitatione ſicut putaſtis uẽiẽtes:oporteret nos adiutoriũ dei ſuſtinere:
cuius opus erit ẽt nunc in tali nos difficultate cõeluſos ex deſperatiõe ſicut uos creditis
habituros ſalutẽ:& ex hoſtibus libertatẽ:q fortitudnẽ utiq; ſuã circa nos eſt oſtẽſurus:
& prouidentiã facturus. Non enim in paruis diuinitas auxiliũ ſui fauoris ſolet accõmo-
dare:ſed potius in quibus humanã ſpẽ ad meliora nõ uidet accedere. Vnde tali auxilia-
tori credẽtes:cui uirtus eſt ẽt parua grãdia facere:& tãtarũ infirmitatẽ rerũ ſuo munimi
ne roborare. Nolite ægyptiorũ arma metuere:nec quia mare & poſteri montes uiam fu
gæ prohibent, propterea ſalutis ſpacia deſperare. fient enim uobis hæc quaſi campi dei
prouidentia:& pelagus conuertetur in terrã. Cunq; hæc dixiſſet : ducebat eos ad mare
ægiptiis intuẽtibus. Erant enim e diuerſo poſiti:& labore pſecutionis affecti:in craſtinũ
differre præliũ utile fore credebant. Dũ uero moiſes perueniſſet ad litus ſumẽs uirgã ro
gabat deũ:& auxiliatorẽ atq; adiutorẽ inuocabat dicens. Neq; tu qdẽ ignoras qa effu-
gere nobis mala pręſentia, nec fortitudine:nec auxilio licet humano:ſed tu pbe aliquod
ſalutare exercitui:tua uoluntate ægyptũ relinquẽti. Tuũ eſt enim nos eripere:qa nũc oĩ
ſpe & cõſilio deſolati ad tua ſolius ſubſidia conuolamus: & quicqd ex ꝓuidẽtia tua no
bis acceſſerit:quod nos ab ægiptiorũ ira liberare nũc poſſit inſpiciamus:welociterq; tuã
nobis oſtende uirtutẽ:& populũ deſpatione ruentẽ in peius:ad ſecuritatẽ dignare & ad
fiduciã pietatis perducere. Nõ enim in extraneis ſumus: ſed tuũ quidem eſt mare : tuus
eſt & mons qui nos circũdat: ita ut hic aperiri te præcipiente:& mare cõuerti poſſit ĩ ter
ram. Valebimus ẽt effugere per deſertũ:ſed tuæ placeat uirtuti hac etiã nos parte ſalua
re. Talia ſiquidẽ cum oraſſet:percuſſit uirga mare. Quod repente percuſſiõe ĩciſum:&
in ſe diuiſum terrã reliquit nudam:ut hębreis uia eſſet & fuga. Moiſes aũt uidẽs ad deſti
nationẽ dei & pelagus ceſſiſſe eis:propriã terram primus intrauit:& hebreos diuino iti
nere facto ꝓpter periculum pſentiũ hoſtiũ ſequi ſe præcepit. Qui delectabantur in hoc:
agebãtq; deo gratias: ꝓpter ſalutẽ quæ per eum ultra modum rationis acceſſerat. quos
iã nequaquã tardãtes:ſed cũ feſtinatiõe pgentes:uelut ſibi pñte deo: ueſanos quidẽ ęgi-
ptii primitus iudicabãt:& tãquã ad interminationẽ mãifeſtæ mortis ĩrẽtos. Cũ uero ui
diſſent eos illeſos abire:nullũq; ĩpedimentũ eis nec difficultatẽ aliquã obuiare:pſeq eos
aggreſſi ſunt: tanquã & illis pelagus ita qetũ exiſteret. Præordinãtes ergo equos:ingre
diebatur totus exercitus ĩ mare. Hębrei uero illis ſe armãtibus atq; tardãtibus:ad terrã
cõtra poſitã peruenerunt:ſine aliqua paſſione illos effugiẽtes. Quapropter illi audacio
res effecti pſequebãtur:tanquã nec ipſi aliquid eſſent paſſuri:cũ neſcirent hębreis ꝓprie
factam:& nõ eſſe cõmunẽ uiã. Quæ utiq; pro ſalute periculũ patientiũ fuiſſet oſtẽſa:&
nõ ꝓpter eos qui ad perditionẽ eorũ accedere feſtinabãt. Dũ ergo ægiptiorũ exercitus
omnis in mare intraſſet:rurſum effuſum eſt:& deſcendens uentoꝝ procella omnes ęgy
ptios comprehẽdit:hymbreſq; ſimul & tonitrua ualde grauiſſima e cælo deſcenderunt:
choruſcatiõeſq; lãpadantes:nihilq; fuit rerũ eueniẽtiũ per irã dei ad perditionẽ homi-
num qui ęis nimic tunc non acceſſit. Nox caliginoſa inſuper & fluctuoſa appræhendit.

Et iſti quidem ita ſunt perditi:ut nemo ex eis relinqueretᷣ. Hębrei uero neq; retinere po
terant gaudiū inopinabilis ſuę ſalutis:& hoſtiū perditione firmiſſimę libertatis: quādo
defecerūt qui eos ſeruire cogebant;deumq; ſic aperte ſuū adiutorem inſpiciebant. Et illi
quidem periculum ita effugientes inſuper & inimicos pēitos ſic eſſe reſpicientes ut nul
li unquam priorum hominum poterant reminiſci:hymnū tota nocte dixerunt. Moiſes
autem canticū in deum & laudem gratiarūq; actiōem propiciationis eius exametro cō
poſuit. Ego itaq; ut inueni in ſacris libris ita hęc ſingula queq; tradidi. Nullus uero di-
ſcredat uerbi miraculum:ſi antiqs hominibus & malicia priuatis uia ſalutis licet ꝑ ma-
re facta eſt ſiue uoluntate dei:ſiue ſponte reuelata: dum & eis qui cū alexandro rege ma
cedonię fuerunt olim antiquitus reſiſtentibus pamphilicū mare diuiſum ſit:& cū aliud
non eſſet iter tranſitum prębuit eis:uolente deo per eum deſtruere perſarū principatū:
hocq; confitentur oēs:qui actus alexandri cōſcripſerūt. De his itaq; ſicut placuerit cuili
bet eſtimet. Poſtea uero armis ęgyptiorū per fluctus uiolentia uentorū allatis:exercitui
hębreorū:moiſes & hoc arbitratus dei ꝑmiſſione factū:ut neq; armis egerent:hęc exiit
colligens:hębreoſq; his mūiēs:duxit eos ꝑ deſertū ad montē ſyna:illic imolatus deo:&
ꝓ ſalute multitudinis hębreorū ut dictū fuerat mūera redditurus in pace.

INCIPIT TERTIVS LIBR ANTIQVITATIS IVDAICAE. Ca.I.

IGitur inopinabiliter hębreos tali ſalute donatos grauiter iterū cō-
triſtabat:dū ſyna ducerentur in montē:eſſetq; regio ualde deſerta:
& neceſſariis alimētis egena:& aquę difficilis:quę non ſolū ut prę
beret aliqd hominibus indigebat:ſed ēt nec aliqua animalia ut ale
ret erat idonea. Eſt enī ſterilis nulluſq; nouus fructus ex ea ualet ori
ri. Per huiuſmodi ſiquidē regionē neceſſarie ꝓperabant:unde quo
irent ad aliā non habebant. Portabantᷣ aūt aquę ex locis iam tranſactis duce iubēte:&
ea expenſa ad effodiendos puteos cum labore propter terrę duriciā accedebāt:& cū inue
niretur erat inoptabilis:ſed amara ſimul & parua. Hoc itaq; modo faciētes circa meri-
diana iter:ueſpere uenerunt in locum quem ꝓpter aquę maliciam mar nominauerunt:
Amaritudo enim hebraica lingua ſic dicitur. Ibi fatigati itineris uiolentia: indigentiaq;
ciborū qui eis deiecerāt omnino manſerunt. Erat ibi puteus ualde durus:qui nec ſuffice
re quidē tanto exercitui poterat;paruā tamē eis cōſolationē prębebat:q: in illis locis fu
iſſet inuentus. Audierant enim ab exploratoribus:quia nihil ambulantes ulterius inue
nirent. Illa ſiqdē aqua amara grauiter nō ſolū hoībus:ſed ēt ſubiugalibus exiſtebat. Vi
dēs itaq; moiſes populū ī anguſtia cōſtitutū:& ſimul cām cui cōſultari nō poterat:neq;
n inimicus erat hoſtis:quatenus uim īſerēti de neceſſitate potuiſſet ſua fortitudie reſiſte
re. Et dū iſto mō eorū deficeret uirtus:īfātūq; & mulierū multitudo debilior:nihilq; ꝓ-
deſſet doctrina uerboꝝ:calamitatē oīum ſuā moiſes ꝓpriā faciebat. In unū itaq; cōcur-
rebāt:eiq; cūcti iſtabāt; mulieres qdē ꝓ paruulis:uiri aūt ꝓ ſemetipſis ne eoꝝ utilitatē
ſperneret;ſed eoꝝ ſaluti quocūq; ordie ꝓuideret. Ad hoc ergo cōuerſus ē:ut ſolūmō deo
ſupplicaret;ut aquā ex malicia ꝑſenti cōuerteret:eāq; illis potabilē cōdonaret. Et conce
dēte deo tātā gratiā:ſumēs ſūmitatē uirgę quā in ꝑnti gerebat diuiſit ꝑ mediū:& in lō-
gitudine ipſā īciſionē faciēs:deīceps iactauit ī puteū:ſatiſfaciēs hębreis:eo q: deus eius
oratiōes audiſſet:& ꝓmiſiſſet aquā ſe eis qualē cōcupiſcerēt ꝑbiturū:ſi tamē iuſſis eius
nō ſegniter ſed ꝓptiſſime miniſtrarēt. Illis uero dicētibus quod uellet ſe facturos:ſi aq
cōuerteretᷣ ī melius:iuſſit eos q iuuētute ualebāt haurire dicēs:q: prius effuſa plurima q

ultia remaneret aqua poſſit eis eẽ potabilis. Illi qdẽ laudauerũt dictũ: & aqua frequẽti-
bus cõtuſiõibus exercitata: purgataq; facta eſt potabilis. Hinc itaq; caſtrametati: uene
rũt ĩ helim: q̃ ꝓcul qdẽ bona uidebaꝰ aſpectu. Habebat enim palmarũ arbores. De ꝓ-
ximo aũt maligna cõprobabaꝰ. Nã palmę illę ſeptuaginta nõ ãplius erãt ĩcreſcibiles:
nec multũ eminẽtes a terra: ꝓpter aquæ iopiã: qa dũ eſſet locus oĩs harenoſus: neq; eis
ex duodecim fontibus humectatio quedã: aut ad rigãdũ ſpes utilis habebaꝰ: ſed dũ ger
minare nõ poſſent: ſteriles erãt ĩdubitãter & paucæ. Cũq; p harenã diſcurrerẽt: nihil eis
occurrebat: uel ſi paucũ aq̃ in mãibus ſumerent: ĩutile ĩueniebãt atq; cęnoſum. Fructuũ
uero fere erãt ille arbores nimis ĩualidæ: ꝓpter aquæ ut dixi ſterilitatẽ. Pro hac ergo cã
culpabãt ducẽ: clamabãtq; ſuã eſſe miſeriã: expimẽtũq; maloꝝ p cũ ſe pati dicebãt: tri
ginta dierũ ambulãtes uiã. Quęcũq;.n. portabãt cõſũpſerãt: & nihil pœnitus ĩueniẽtes
erãt ĩ deſperatiõe rerũ cũctarũ. In pñti nãq; malo aĩum habẽtes & nõ recordãtes quãta
eis fuiſſent a deo & moiſeos uirtute ſapiẽtiaq; collata: iraſcebanꝰ aduerſus ducẽ: & lapi
dare eũ ſimul aggreſſi ſunt: q̃ſi ipſe cã tãtę calamitatis exiſteret. Ille uero ita multitudĩe
ꝓuocata: & cõtra eũ amare cõmota: de deo cõfidẽs: & cõſciẽtia pura ꝓuidẽtiæ ſuę: quã
gerebat cõtra cõtribules ſuos: ſemetipm̃ dedit ĩ medium: & cõclamãtes: atq; ad lapides
mãus habẽtibus: cũ eſſet ille aſpectu gratiſſimus: & ad loquẽdũ multitudinẽ ſuaſibilis:
mitigare cepit iras eorũ: neq; eis priorũ beneficiorũ obliuionẽ hẽre poſcebat: ꝓpter re-
cordationẽ malorũ pñtiũ: nec qa nũc laborarẽt: iõ deberẽt ꝑpetua dei mũera proiicere:
quorũ iã magna & iopinabilia meruiſſent. Sed ſperare potius ẽt de pñti anxietate ſe dei
ꝓuidẽtia liberãdos: q eorũ uirtutẽ ꝓbare uellet: ſi haberẽt tolerantiã: & aĩo bono ꝑce-
dentia retinerẽt. Quia ſi non ad illa bona ꝓpter pñtia mala reſpicerẽt: exercereꝰ ĩ ma
lis: & arguereꝰ non eſſe boni. Neq; circa patientiã: neq; circa priſcorũ bonorũ memo-
riã: cũ ita deũ eiuſq; uoluntatẽ cõtemnerẽt: p quã ægyptũ reliquiſſent & ita circa eundẽ
miniſtrũ eius affecti eſſe uiderenꝰ: cũ in nullo fuiſſet mẽtitus de qbus dicẽdũ aut facien
dũ dei mãdato iuberet. Enumerabat igiꝰ oĩa: quẽadmodũ perẽpti fuiſſent ęgyptii q eos
cõtra domini cõpreſſerãt uolũtatẽ: & quẽadmodũ idẽ fluuius illis qdẽ ſanguineus eẽt:
ipſis uero potabilis atq; dulcis: & qũo p mare ne lõgius fugiẽtes nouã uiã aggreſſi ipſi
qdẽ ex illo ſaluati ſunt: inimici aũt eorũ prorſus abſorpti: & qa dũ arma nõ haberẽt: ẽt
hoc eis deus abũde ꝓbuerit: & alia q̃cũq; ad ꝑdendos inimicos: ipſoſq; ſaluãdos neceſſa
ria fuiſſent: eis ultra ſpẽ uirtutis ſuæ more cõtulerit. Non ergo debetis inqt ẽt in pñti de
eius ꝓuidentia deſpare: ſed ſine iracũdia ſuſtinere: & cogitare eius auxiliũ nõ qdẽ tardũ
eẽ: ſed iõ nũc differri ut uos hac difficultate ꝓbet utiq; credẽtes deũ nõ p defectũ eſſe ſe-
gnẽ: ſed ꝓ experimẽto uirtutis ueſtrę & deſiderio libertatis: & cognoſcat utrũ & ciboꝝ
iopiã: & ſterilitatẽ aquę ꝓ eo fortiter ferre poſſitis: an ſeruire potius eligatis: ſicut iumen
ta dominãtibus ſibi: & eis q ꝓpter miniſteriũ ſuũ hæc pinguiſſime uirtute cõſueuerunt
adiiciẽs ſup hæc: dicebat nõ ſe tantũ de ſua ſalute metuere: qñ utiq; nihil mali patereꝰ:
ſi morireꝰ ĩiuſte: ſed potius ꝓ illis cogitare: ne p lapides quos mitterẽt ſup eũ deũ iudi-
carenꝰ cõtẽnere. Sic itaq; mitigauit ĩlos: & ab ĩpetu lapidatiõis abſtinere fecit: & ad pœ
nitẽtiã ſceleris ꝯuertit: dicẽs eos nõ hoc rõnabilr̃: ſed neceſſitate feciſſe: cogitauitq; opor
tere: ut ad diuinã ſupplicationẽ ꝓceſq; uẽiret. Et aſcẽdẽs quẽdã ſcopulũ: depoſcebat: ut
q̃ſtũ populo auferret deus: & eos ab iopia liberaret: in ipſo enim eſſe ſalutẽ ſuã: & nullo
alio: atq; cõcederet ueniã his q̃ in pſenti fuerãt neceſſitate populi geſta: cũ generi hoĩum
res inoportũæ ꝓuenientes: & difficile placeãt: & eius accuſatio ſit amica. Deus autẽ: &
ꝓuiſurũ ſe cõpromiſit: & occaſiones eorũ deſideriis ꝓbiturũ. Moiſes uero a deo hæc au-
diẽs deſcẽdit ad plebẽ. Illi cũ uiderẽt eũ ꝓmiſſionibus lætum: a meſticia ad hilaritatem

conuerſi ſunt:ſtetitq; ille in medio:ueiſſe ſe a deo dicēs:& portare eis ꝓ heſitationibus
ꝓſentibus libertatē. Et poſt paululū ortigiarū alias ortigomerarū multitudo quas præ
cipue nutrit ſinus arabicus:tranſcenſo medio mari ſuperuolauit:& poſt laborē uolatus
quaſi ad terrenā requiē deſcendit inter hæbreos. Illi ergo tanq̄ alimentū ſibi a deo collo
catū cōprehenderunt eas. Tunc Moiſes ad oratiōes dei repente cōuerſus eſt:qui ꝓmiſ-
ſionis ſuæ cōpleuit auxiliū. Mox aūt poſt occaſionē cibi prioris:ēt ſecūdū eis deus emi
ſit. Extendēte nāq; Moiſe manus ad orationē:ros deſcēdit ex aere. Cūq; fuiſſet eius ma
nibus illinitus, Moiſes arbitratus eſt ēt hoc ad cibū eoꝝ a deo fuiſſe collatū:guſtauitq;
& lętus effectus:ignorāte multitudine:himbrē eſſe credente:& tpis eſſe pluuiarū quod
agebatur. Ille docebat eos:ꝙ nō ſecundū eorū opinionē ros e cælo deſcēderet:ſed ad ſa-
lutē eorū cibūq; ueniſſet. Et cū guſtaret:fidē credēdi ꝑbebat eis. Illi uero imitantes du-
cē:delectabant̄ in cibo. Mellis enim dulcedinē & delectationē habebat ualde ſuauem.
Simile aūt erat aromatibus præcipuis:& magnitudo eius ſimilis ſemini coriandri. Feſti
nabāt quoq; ſinguli colligere uehementer. Quibus pręcipiebat̄:ut oēs ex æquo p dies
ſingulos aſſarii mēſurā colligerēt:nec eſſet ille cibus ī craſtinū relinquēdus: hocq; fie-
bat:ne debilibus colligēdi difficultas exiſteret:uirtute ualentiū:& hoc ad necē accede-
ret. Qui tñ plus a ꝑcepta mēſura collegiſſent:nihil āplius quā labores habebāt cū ma
ius nihil illic q̄ aſſariū īuenirēt:& quod remaneret in craſtinū nulli utilitati ꝓficeret:qñ
uermes illud & amaritudo cōſumeret. Sic ergo erat ille cibus diuinus & inopinabilis:&
hmōi ultio fiebat ipſarū rerū priuatiōes ſeruantibus. Hactenus aūt ſic rigat̄ himbribus
locus ille:ſicut ēt tūc a Moiſe ꝓſtandū diuinitus miſit hunc cibum. Vocant aūt hębrei
hūc cibū māna. Māna itaq; interrogatio eſt in noſtra lingua dicētis:qd eſt hoc. Illi igiť
gaudiū in his quę eis fuerant celitus miſſa celebrabāt: Quo cibo .xl. ānis uſi ſunt:quāto
tpe in deſerto fuerūt. Cū uero inde migraſſent:uenerūt in raſidim:paſſi nouiſſimas pro
intolerabili ſiti miſerias. Nā cū ꝑcedētibus diebus paucā aquę difficultatē habuiſſent:
tunc oīno cōperientes terrā īnaquoſam:ĩn malis erāt:rurſuſq; iraſcebant̄ in ducem. Ille
ergo paululū multitudinis impetū deuitans:dei conuertebat̄ ad preces rogans ut ſicut
cibū eis indigentibus præbuit:ſic etiā potū daret:cū peteret eis gratiā cibi non exiſtēte
potu. Qui donū diu non diſtulit:ſed præbiturū ſe moiſi tātā aquę multitudinē unde nō
poſſit ſperare ꝓmiſit:iuſſitq; ut uirga percuteret petrā quę ibidē erat appoſita: & ex ea
ſumeret abundantiā rerū quibus egerent. Curabat enim ut neq; cum labore potus eis
adeſſet. Hęc ergo moiſes a deo ſumens ueniebat ad populū ſuſtinentē & in eum conſpi
cientē:uiderant nāq; iam cū de monte deſcendere. Cū uero ueniſſet:liberaturū eos etiā
de hac neceſſitate dicebat deū:donatāq; ſalutē nō ſperatā:& de petra eis fluuiū manare
ꝓmiſſū. Quibus obſtupeſcētibus hūc auditū:ſi eis ſiti & itinere fatigatis neceſſitas ad
hęc fieret:ut petrā incideret:moiſes uirga percuſſit petrā:illaq; ſciſſa:aqua manauit co-
pioſa & ualde ꝑſpicua. Illi igiť inopinabile factū mirati ſunt. Quod cū uiderēt: iā eis ēt
ip̄a ſitis cupiditas eſt ablata:bibētibuſq; dulcis & ſuauiſſimus erat potus:& quale donū
eſſe deo donante uideret̄. Tūc ergo moiſen mirati ſunt:q a deo ſic fuerat honoratus:&
ſacrificia ꝓ dei ꝓuidentia collata ſibimet ipendebat. Declarat aūt ſcriptura in tēplo re-
poſita:eo ꝙ deus prędixerit moiſi aquam hoc mō de petra manaturā. Cap. II.

Vm uero hębreorū nomen iam ualde ubiq; diuulgaret̄:& de his ſermo creſceret:
c in timore nō paruo ꝓuinciales erāt:& mittētes legatos adinuicē ſolatia depoſce
bant:ut ſimul uiros illos īterimere niterent̄. Erant aūt in hoc inſtātes:qui gobo
the petrā inhabitant. Qui uocantur qdē amalechite:pugnatores autē maximi illarum
tunc gentium exiſtebant. Quorum quinq; reges inuicē ſemetipſos: & circūhabitantes

ad bella contra hæbreos rogabant dicentes exercitum alienũ & ęgyptiorum ſeruitia fu
gientẽ: ſibi inuaſiones inferre: nec bonũ ſibi fore ſi tale factũ deſpicerent: ſed ut antequã
eorum fortitudo ad maiorẽ tenderet poteſtatẽ: & ipſi magis pugnare inciperent confi
dentes: eo ꝙ illis nullus reſiſteret: deſtruendos eos eſſe cautiſſimũ atq; ſapientiſſimũ edi
cebant. Et pœnã ẽt de deſerto & actibus quos illic geſſerant exigendã: ꝙ non ita poſſit
euenire: cũ ciuitatibus: atq; bonis eoꝝ manus iniicerent. Alii ergo inchoantẽ inimicorũ
uirtutẽ mollire & deicere optimũ eſſe: magiſq̃ iam proficientẽ prohibere credebant. Alii
uero hoc ſuperfluũ putabãt. Alii nullã occaſionẽ eis aduerſus ſe fieri pmittebãt. Hæc &
his ſimilia per multas ꝓuincias adinuicẽ legatiõibus agitantes: deliberauerãt aduerſus
hæbreos bella ſuſcipere. Moiſes itaq; cũ nihil belli ſperaret heſitationẽ & turbã habuit
repente ꝓuincialiũ: & ad congreſſionẽ iam ꝑparatã: ſubitaq; pericula hębreoꝝ multitu
dinẽ perturbabãt: quia licet oium reꝝ haberent inopiã: potiorẽ tamen neceſſitatem pu
gnandi cũ hominibus qui eſſent rebus omnibus bene conditi putabãt. Moiſes aũt con
ſolari cœpit eoſq; confidere depoſcebat: decretoq; dei credere quo ſæpe fuerant liberati.
Et quia debellarẽt eos ẽt qui eorũ hoſtes exiſterent: arbitrari exercitũ qdẽ multũ & oi
bus armis inſtructũ: ſed pecũias: alimẽta: aliaſq; res i qbus ſolẽt homines cõfiſi pugna
re: in auxilio diuino conſiſtere: & ſibi per deũ oia hæc adeſſe. Inimicorũ uero manũ par
tia faturarũ rerũ ualde fatuus & difficilis:ut conſiliũ quod ſemel in mente collocarat ex
pleret. Nã neq; audientes talia ſunt conuerſi:neq; eiſdẽ ſermonibus eos ꝓpheta perter-
ruit:ſed magis uehementer inſtabant & regẽ ſibi ordinari Nimie poſtulabant:nec cogi
tandũ deuenturo eſſe cenſebant:ſed fore neceſſariũ ſecũ pro afflictione inimicorũ habe
re pugnaturũ regẽ:quando nulla prouinciarũ in tali conuerſatione ſine rege conſiſte-
ret. Videns aũt eos Samuel nec in his q̃ fuerant prædicta conuerſos. ſed potius imminẽ
tes ait. Nunc equidem ad propria ſinguli quiq; recedite:oportune uero uos euocabo:dũ
quẽ uobis daturus ſum regẽ a deo cognouero. Erat igitur quidã de tribu beniamin uir
nobilis moribus & laudabilis noie. Cis Huius erat filius iam iuuenculus:formaq; pul
cherrimus:& corpore ualde procerus:quiq; multos mente ac prudentia p̄cedebat:uoca
baturq; Saul. Hic uero cis dũ aſini p̄cipui de grege eius erraſſent i qbus nimis:& ſicut
in nullo alio iumento delectabatur:filiũ ſuum ad requirendos eos cũ uno famulo deſti-
nauit. Qui dũ tribum patriã requirendo aſinos circuiſſet:uenit ad alias:& dũ neq; in eis
inueniſſet:diſcedere cogitabat ne patri de ſe moleſtiam cogitationis inferret. Cũq; in ra
matha ciuitate ueniſſet:& puer qui cũ eo erat dixiſſet ei:in ea eſſe prophetam uerũ:dediſ
ſetq; conſilia ut ad cũ irent:ac p eũ de aſinis quos quærebant agnoſcerent:reſpondit ni-
hil habere præ manibus quod euntes deberẽt offerre prophetæ:quoniã uiæ pecunia iã
fuiſſet expẽſa. Tũc famulus dixit eẽ quartã partẽ ſibi ſicli:& hoc ei datũ poſſe ſufficere.

Errabãt eni ignorãtes:eo ꝙ nõ acciperet ꝓpheta mercedẽ.Cũq; uenissent añ portas:&
uirgines inueniẽtes ad aquã euntes:iterrogauerũt eas de domo ꝓphetæ.Quæ cũ idicas
ſent:adiiciebãt ut feſtinarẽt:añq̄ ad comedẽdũ accederet. Multos eni cũ ea die dicebãt
paſcere:& ex his q uocati fuerãt eũ primũ diſcũbere.Samuel aũt ꝓpterea multos tunc
ad cõuiuiũ uocauerat. Nã dũ p̄cedẽti die deprecabat̃ deũ ut ei p̄diceret quẽ cõſtitueret
regem:indicauerat ea hora altera die miſſurum ſe aliquem iuuenem de tribu beniamin.
Porro Samuel in domo ſedens: tp̄s quod ei ꝓmiſſum fuerat expectabat. Quo ad im-
pleto deſcẽdẽs ibat ad mẽſas:occurritq; ei Saul: cui deus ꝓtinus idicauit hũc eẽ regna
turũ hæbreis.Saul aũt acceſſit ad Samuel:eũq; ſalutãs ſupplicauit:ut ei domũ ꝓphetę
monſtraret:quã ſcilicet ut ꝑegrinus ſe ignorare dicebat.Cũq; ſamuel ſe eẽ dixiſſet:eũq;
duceret ad cõuiuiũ:icolumes eſſe ꝑ qbus quærẽdis miſſus fuerat aſinos idicauit: & oĩa
ei bona regni eſſe cõferẽda ꝓmiſit. Cui ſaul:minimus inqt ſum dñe mi hac ſpe: & de ul
tima tribu q̄ regibus apta nõ ẽ:& ex iferiori patria urbiũ cæterarũ: ſed tu me de hac ſpe
magis illudis:& ꝑ ridiculo me fatigare cõtẽdis:de rebus maioribus: quã ut mihi cõue
nit nunc loquendo. Quem propheta deducens ad conuiuium: recumbere fecit ſimul
& ſequentem puerum:ſuper eos qui fuerant inuitati. Erant enim numero ſeptuaginta.
Præcepitq; ut pars ei regalis apponeretur. Et cum hora dormiendi aduenifſet: ſinguli
quiq; ad propria diſceſſerunt.Saul autem apud prophetam cum famulo ſuo ſoporatus
eſt.Die ergo facto ſamuel eum excitans duxit foras.Et cum extra ciuitatem uenifſent,
famulum quidem pręcedere iuſſit:illum uero remeare:quaſi aliquid nullo alio præſente
dicturus.Dumq; Saul puerum premiſiſſet, ſumens propheta uas olei ſuper iuuenis ca
put effudit:eumq; cõplexus ait.Eſto tu rex cõſtitutus a deo:et cõtra paleſtinos uindica
turus hębreos.Hoc autem erit tibi ſignum quod te uolo præſcire. Cum ꝓfectus fueris
inuenies tres uiros in uia euntes in Bethel adorare deum.Quorũ primũ quidem tres pa
nes efferre uidebis:ſecundũ uero hędũ & tertiũ utrẽ uini.Iſti te ſalutabunt:& libenter
te ſuſcipient: & dabunt tibi duos panes.Tu accipiens:exinde uenies ad ſepulchrũ ra-
chel:ubi cognoſces:eo ꝙ inuenti ſint aſini.Poſt hęc ueniens in gabatha:& eccleſiã in-
ueniens prophetarũ:& diuinitus inſpiratus:prophetabis cũ eis:ita ut oẽs habẽtes ſen
ſum cũ uiderint obſtupeſcant:atq; mirent̃ dicentes.Vnde ad hanc fœlicitatẽ peruenit
filiꝰ cis:ut poſſit ẽt ꝓphetare.Cũq; hęc ſigna oĩa fuerint facta, ſcito eẽ deũ tecũ:& ſaluta
bis patrẽ tuũ atq; cognatos:ueniesq; poſt hęc uocatus a me i galgala: ut ꝓ his deo paci
ficas hoſtias imolemus.Hęc aũt p̄dicens:dimiſit eũ.Porro ſaul oĩa ſecundũ prophetiã
ſamuel euenerunt.Cunq; uenifſet in domũ, cognato ſuo abner quẽ præ oĩbus parenti
bus diligebat interrogante de profectione eius:& quid accidiſſet, aliarũ qdẽ rerũ nihil
abſcondit:neq; ꝙ apud ſamuelem prophetam fuiſſet:neq; ꝙ ei aſinos inuentos eſſe di
xiſſet.de regno aũt & eius euentibus:quę ẽt ſi audirentur:& inuidiã & incredulitatẽ pa
rerent, tacẽdũ eſſe decreuit:quod nec amico:& amplius ſanguinis uicinitate cõiuncto
cautũ aut ſapiens credidit indicare:dubitans ut reor de humana natura quippe cũ uerũ
ſit: ꝙ ꝑfecte nemo deuotus:nemo amicus:neq; cognatus:neuſq; in dei donis purũ ali
quis ſeruet affectũ:ſed circa prouectus ſublimiũ:maliuoli & inuidioſi eſſe noſcũtur.Sa
muel aũt conuocauit populũ ad ciuitatẽ Maſphat:& apud eũ diuino mandato uerba
diposuit dicens.Quõ cũ eis deus p̄ſtiterit libertatẽ:& ſubdiderit hoſtes, beneficiorũ ſint
eius imemores:& deũ quidẽ regno priuauerint:neſciẽtes quomodo nimis utilliumũ eſt:
ab oĩum rerũ excelſo iuuari:cũ deus utiq; oĩum ſit ſolus excelſus:elegerint aũt habere
ſe hominẽ regẽ qui eis uelut iumẽtis ſubditis conſilio et deſiderio ſuo aliiſq; uoluntati
bus ſit uſurus et poteſtatẽ ſuam ſine aliqua parcitate oĩbus ſit illaturus: quiq; non ita

ſicut deus ꝓpriũ opus atq; facturã tueri genus hoim feſtinauit: quod deũ ſolũ ſemp conſtat efficere. Sed quõ uobis inqt placuit: & hęc iniuria ꝓualuit cõtra deũ: ordinamini oẽs per tribus & ſceptra: & mittite ſortes ueſtras. Quod dũ hębrei feciſſent: ſors cecidit tribui beniamin. Et dum fuiſſet denuo ſors miſſa p genus: exit ꝓgenies metri. Cũq; per uiros ipſius generis ſors miſſa fuiſſet: ad ſaul filiũ Cis ſors regni pducta ẽ. Quod dũ iuuenis agnouiſſet: ſemetipſum abſcondit: nolens uideri ut arbitror ſponte ſuſcipere pricipatũ: ſed tantã ſui abſtinẽtiã & temperantiã demonſtrauit: ut dũ multi nec in parua fœlicitate gaudiũ ualeant retinere: ſed oĩno cõſpicui eſſe deſiderent: ille nõ ſolũ ſemetipm pro tali regno: & tantarũ gẽtiũ futurus dominus nõ oñdit: ſed ẽt cõſpectui eorũ qbus erat regnaturus eripuit: & quęrẽdũ ſe nõ ſine eorũ fatigatione fecit. Quibus difficultatẽ patiẽtibus & cogitãtibus eo q nõ adeſſet: rogauit ꝓpheta deũ: ut ei ubi eſſet oſtẽderet: & iuuenẽ manifeſtũ efficeret. Dũq; cognouiſſet a deo locũ in quo erat celatus ſaul: miſit qui eum adduceret. Et cum ueniſſet: eum in medio populi collocauit. His enim omnibus eminebat: & ipſa ꝓceritate regius erat. Dixitq; ꝓpheta. Hunc uobis deus dedit regẽ: uidetis q & melior cunctis eſt: & imperio dignus. Cũq; optaſſet populus regi ſalutẽ: ea quę illis erant futura ꝓpheta cõſcribens: rege audiẽte legit: & librũ i tabernaculo dei reuoluit: ob teſtimonium eoꝝ quæ ꝑdixerat uenturus generationibus offerendum. Dum hæc itaq; ſamuel celebraſſet dimiſit populum propheta: & ipſi quidem in amathin ciuitatẽ patriæ ſuę profectus eſt. Cum uero ſaul iret in gabath: ex his q erant multi quidem bonorum uirorum ſecuti ſunt: honorem regi debitum exhibentes: plurimi uero maligni: & illũ contẽnebant: & alios irridebant: & neq; munera offerebant: neq; ſtudio aut ſermone ſaul ſibi placere demonſtrabant. Cap. .VI.

p Oſt menſem uero honoris eius initium belli cauſa cõtigit contra naas regem ammonitarum. Hic enim multa mala iudęis habitantibus trans iordanem intulit: & cũ multo ac pugnaci exercitu eos afflixit: urbeſq; eorũ ſeruituti ſubegit. Quorũ fortitudinẽ ui propria ad ꝑſens ſuæ ſubdidit ditioni: ſapientia uero atq; tractatu ſic infirmos reddebat: ut neq; rurſus iugũ potuiſſent euadere ſeruitutis. Eorũ nãq; ẽt q ad eum aut fide data ueniſſent: aut quos lege bellica cepiſſet: dextros oculos euellebat. Quod ideo faciebat: ut ſiniſtrã partẽ uultus ſui ſcutis celantes: ad bellandũ nimis forẽt inutiles. Et hæc quidẽ ammonitarũ cũ feciſſet habitantibus trans iordanẽ: ſuper galadinos abiit: & caſtra ponens circa ciuitatẽ iabes: legatos ad eos miſit ꝑcipiens ut ſe ei traderent: quatenus eorũ oculos dextros auferret. Quod ſi nollent: p obſeſſionẽ eorum ciuitatẽ ſe interminabat euertere: electionẽ uero in ipſis eſſe: utrũ uellẽt partẽ corporis amittere: aut certe uniuerſi perire. Galadini uero merentes in talibus: neutrũ horũ promittere ꝑſumpſerũt: neq; ſemetipſos tradere: neq; repugnare. Septẽ uero dierũ inducias popoſcerunt: ut ad contribules legationes mittẽres: ſolatiũ ab eis poſcerent. Et ſi quidẽ auxiliũ ueniret pugnarent: ſi uero huius rei foret inopia: tradere ſe dixerũt paſſuri quod cunq; placeret hoſti. Naas aũt ſpernens multitudinẽ galadinorũ: eorũq; reſponſum: dedit eis inducias: & ſolatia a quocũq; uellẽt poſtulare pmiſit. Illi ergo repente per ciuitates iſrahelitarũ miſerunt: indicantes q̄ eis faceret naas: & in qua tenerent anguſtia. Qui uſq; ad lachrymas magnãq; triſtitiã hoc audito uenerũt. Timor aũt eis aliud quicq̄ facere non pmiſit. Cũq; legati in regis ſaul ciuitatẽ ueniſſent: & in quibus eſſent iabite periculis nunciaſſent: populus quidẽ idẽ fecit quod illi priores: flebãt enĩ oẽs cognatorũ calamitates. Saul aũt ab ope agri reuerſus in opidũ uenit: inuenitq; flentes ꝓprios ciues: & dũ cãm eorũ triſtitiæ & confuſionis inquireret: agnouit quod contigerat a legatis: diuinituſq; inſpiratis iabitas quidẽ remiſit: promittens eis in auxiliũ ſe uenturum

die tertia:& ante ſolis aſcẽſum hoſtes eſſe uictur ũ:ita ut uictores eos & timore liber os
ortus ſolis inſpiceret:iuſſit eorũ aliquos pro ducatu itineris ſuſtinere. Igitur uolens po-
pulũ ad ammonitaꝝ bellũ dãni timore cõuertere:eis quo citius ſubueniret:incidẽs boũ
ſuoꝝ neruos:hęc ſe facere cũctis interminatus ẽ:ſi nõ armati alia die cõcurrerent ad ior-
danẽ:eumq; ſequerent̃ & ſamuelẽ:ubicũq; eos educerẽt.Illis aũt pp timorẽ imminẽtis
damni definito tpe currẽtibus in ciuitatẽ balã dinũerata multitudine: iuenit eoꝝ nũerũ
ꝑter tribũ iuda ſeptigẽta milia fuiſſe collectos:illius aũt tribus ſeptuagita milia uiri fue
rũt. Tranſiẽs ergo iordanẽ:& decẽ finiũ tota nocte faciẽs iter: oriẽte ſole exercitui in tri
bus partibus conſtituto:repẽte & inopinabiliter ruit ſup hoſtes:factaq; pugna: & alios
multos ãmonitarũ pemit ſimul & regẽ. Hoc igitur opus clarũ fecit ualde ſaul:& apud
oẽs hębreos eum laudabilẽ demõſtrauit:magnãq; fecit gloriã fortitudinis adipiſci. Nã
ſi qui primitus fuerant qui eum ſpreuerant:tunc conuerſi ſunt ut eũ honorarẽt:& melio
rẽ cunctoꝝ principatum eius iudicarent. Non enim ſufficit illi ſolũmodo iabeſſenos eri
puiſſe:ſed etiam cunctam ſtuduit pugnando ammonitarum ſubuertere regionẽ: ꝑdãq;
exinde copioſam ſumẽs:clarus ad propria remeauit. Populus ergo pro rebus quę geſtę
fuerant a ſaul:magna delectatione gaudebant & ꝙ regẽ talẽ ordinauerant exultabant.
Contra illos uero qui eum nihil rebus ꝓdeſſe dixerant exclamabant: ubi ſunt nunc illi
exoluant poenas:& reliqua ſimul adiiciebant:ut ſolet uulgus foelicitate detenta euome
re:& contra illos qui in principiis hmõi rerum eſſe uidẽtur auctores. Saul aũt hoꝝ qdẽ
circa ſe fauorẽ ampiectabat̃ & uoluntatẽ:iurauit aũt nullũ ſe nocere cõtribuliũ:nec illa
die necari ꝑmittere:cũ eſſet nimis incõgruũ: ſi data a deo uictoria: ꝓprii generis ſangui
ne foedaret̃:ſed deceret ut gratiã hñtes adinuicem feſtiuitatem potius celebrarẽt. Cũq;
ſamuel dixiſſet ſecundã ordinationẽ in cõfirmatiõe regni ſaul oportere fieri: oẽs congre
gati ſunt in galgalã ciuitatẽ. Illic enim eos uenire ꝑceperat:& rurſus uidente populo ꝓ
pheta unxit ſaul oleo ſancto:& ſecundo denunciauit regẽ. Itaq; iſto mõ hæbreoꝝ reſpu
blica ad regum iura conuerſa eſt. Nã tempore moiſi & Ieſu eius diſcipuli:qui poſt eum
dux fuit:optima ducis conuerſatione regebant̃:poſt illorũ uero mortẽ annis .x.& octo
populus eorũ ſine principe fuit. Poſtea ad conuerſationẽ priſtinã ſunt reuerſi:ei q bello
& fortitudine cunctos excelleret tribuentes iudicii ꝑtãtem:& propterea tps cõuerſatio
nis hmõi nimis eximiũ uocauerunt:Samuel aũt propheta congregatis hæbreis ait. Cõ
iuro uos ꝑ maximũ deũ:q fratres illos optimos moiſen & aaron deduxit ad uitã:& pa-
tres noſtros ex ægypto:de domo ſeruitutis eripuit:ut neq; uerecundiæ aliqd conſerua-
tes:neq; timore perterriti:neq; alia qualibet paſſione detenti:dicatis:& ſiqd a me ꝑuum
aut iiuſtiũ: aut lucri gratia:aut auaricia cã geſtũ eſt, arguite me ſi cuius aliqd accepi:
aut ſi uitulũ:aut ouem:aut cibũ recepi:aut ſi cuius iumenta ad utilitatẽ meã tollens ali
quẽ contriſtaui:ex his ergo oibus ſiquid abſtuli dicite corã rege. Illi uero clamabant ho
rũ nihil ab eo factũ eẽ:ſed iuſte & ſancte fuiſſe eũ cũ populo hæbreorũ. Samuel aũt cũ
audiſſet cũctorũ hmõi teſtimoniũ fuiſſe de eo prolatũ ait. Quõ iudicaſtis mihi: ꝙ nihil
incongruũ de me dicere ualeatis corã rege nunc audite cũ fiducia me dicentẽ. Quõ im
pie nimis egiſtis in deo petentes regẽ:cũ uos oportuiſſet habere memoriã, ꝙ cũ ſeptua
ginta ſolũmõ noſtri generis auus Iacob ꝓpter famẽ uenit in ægyptum:& illic multis
milibus procreatis:quę ad peſſimũ ſeruitiũ ęgyptii ꝑduxerunt:oratione patrũ abſq; re
ge tantã multitudinẽ ex neceſſitate deus eripuit:mittens eis moiſen & aaron fratres:q
uos eduxerunt in terrã hanc:quã nunc utiq; poſſidetis. Et his adeptis ꝑ deũ bonis:didi
ciſtis pietatẽ atq; religionẽ dei:quos ille hoſtibus ſubditis liberauit:& primũ quidẽ aſ-
ſyriorũ rege & eorũ fortitudine potiores effecit:deinde ꝑbuit uictoriã ammonitarum:

nouiſſime uero paleſtinorũ:& hęc oĩa conceſſa ſunt non hũibus regẽ:ſed cũ iepte & gedeon duces extiterunt. Quæ uos ergo tenuit ſtulticia:ut fugiẽtes a deo hoĩs eſſe uelitis ſub regno. Et ego qdẽ hunc uobis inſtitui:quẽ deus elegit:ut tñ uobis manifeſtũ ſit deũ iraſci:& ingrate ferre petitionẽ ueſtrã in regno:faciã ut deus ipſe hoc uobis oſtendat ap tis indiciis:quod nullus aliquando ueſtrũ hic uidit factũ meſſis tpe imbrẽ deũ deprecor effundere. Cũq; hęc ſamuel dixiſſet ad populũ:tonitrua ſubito:& choruſcatiões: & grãdinis ĩpetus diuinitatis iuſſione ꝓrupit:ueritatẽ ꝓphetę apud cũctos oñdens:ita ut obſtupeſcẽtes:& in formidine conſtituti:ſeſe peccaſſe cũcti ꝓfiterent̃:& in hoc pignorantiã ĩcidiſſe:utq; deũ propheta uelut optimus pater & mitis rogaret:quatenus propicius eſſet eis:peccatũq; quod ꝑ incuriã & iniquitatẽ cõmiſerant:dimitteret exorabãt. At ille ꝓmiſit deũ ſe rogaturꝝ:ut eis uineã concederet meritoꝝ: monuit tñ eos: ut ſi iuſti forẽt & boni:& haberent ſemꝑ memoriã eoꝝ in quibus ꝑuaricationẽ uirtutis inciderant:& ſignoꝝ dei & legiſlationis moyſi:eis cũ fœlicitate regia ſalutis eſſet affectus: ſi uero hæc negligerent:uenturã eis eorũq; regi a deo plagã maximam prophetauit. Igitur ſamuel dum hęc dixiſſet hębreis confirmato ſecundo Saulis regno: populum remeare dimiſit ad propria.

Cap. .VII.

Aul igit̃ eligẽs quaſi tria milia uiroꝝ ex oĩ plebe: duo milia qdẽ ipẽ recipiẽs:mo
s rabat̃ in ciuitate betheleẽ: iõathe uero ſuo filio mille dedit armigeros:eũq; miſit
in gabaa Ille autem obſidebat caſtra paleſtinorum nõ procul a galgalis. Paleſtini nãq; qui in gabaa morabãt̃:arma iudęis abſtulerant: & munitiſſima loca: ſuiſq; caſtris opportuna detinebant:interdicẽtes hębreis uti ferro. Propter quam cãm agricolæ ſi quod inſtrumentum eis eſſet neceſſarium ad culturam uenientes ad paleſtinos: fabricabant illud. Cũ ergo paleſtini cognouiſſent caſtra ſua ab hębreis obſeſſa indignati & contentũ hæbreorũ magnã iniuriã iudicantes, iudęis preliũ intulerunt.cc.pedeſtriũ: qdẽ.ccc.milia curruũ uero.xxx.milia:& equitũ ſexaginta milia:caſtraq; poſuerũt circa ciuitatẽ magnã. Quod cũ cognouiſſet ſaul rex hębreorũ deſcendit in galgalã ciuitatẽ: & in oẽm prouinciã miſit populũ ꝓpter libertatẽ ad bellũ contra paleſtinos inuitans: eorũq; potentiã uiliſſimã eſſe declarans & nimis ĩdignã:ut ꝑ timorẽ ꝑicula ſuſtinerẽt: Dũq; populi q erant cũ ſaul multitudinẽ paleſtinorũ inſpicerent, ualde ſunt territi: & alii quidẽ in ſpeluncis & cauernis & cloacis ſemetipſos celauerunt:plurimi uero trans iordanẽ fuga dilapſi ſunt:qui erant pręcipue ex tribu gad & ruben. Miſitq; ſaul ad prophetã uocans eũ:ut cũ eo de bello & rebus ꝑſentibus cogitaret. Ille aũt ſuſtinere eũ ibi ꝑcepit:& hoſtias ꝑparare:poſt ſeptẽ uero dies uenturũ ad eũ:ut ſeptima die ſacrificantes ita congrederent̃ ad bellũ. Qui ſuſtinuit quidẽ ſicut propheta mandauit:mandatũ uero nequaq̃ cũ ꝑfectione ſeruauit:ſed cũ uideret prophetã quidẽ morari:ſe aũt a militibus derelinqui:celebratis hoſtiis cũ audiſſet ſamuel uenientẽ:eius in occurſum feſtinãter egreſſus eſt. Ille ergo non recte eũ feciſſe dixit:eo ꝙ orationes & ſacrificia q̃ dei uoluntate erant facienda pro populo:offerre petulanter ipſe ꝑſumpſiſſet. Saul uero ſatiſfaciente & dicente ſuſtinuiſſe ſe quidẽ ꝑfinitos dies:ſed pro neceſſitate & diſceſſu militũ: & ꝓpter hunc timorẽ & inimicorũ aduentũ: cũ in magno eſſet metu:eo ꝙ auditi fuiſſent hoſtes in galgala deſcendiſſe:ad offerenda ſacrificia ſe fuiſſe compulſum. Reſpondens ſamuel ait. Sed tu qdẽ ſi iuſtus eſſes & mihi non inobediẽs: nunq̃ in his quæ pro ꝑſentibus pręcepit deus primitus defeciſſes quã in rebus neceſſariis expediret: ut tibi tuæq; ſoboli regnare plurimo tpe licuiſſet. Et ſamuel quidẽ ferens grauiter in his q̃ fuerant facta:diſceſſit ad ꝓpria. Saul aũt in galgala ciuitatẽ habens ſecũ ſexcentos ſolummõ uiros:cũ ionatha filio ſuo uenit:quorũ plurimi arma nequaq̃ habebant:dũ ferrum

utiq; in ꝓuincia minus eēt:& qui arma facere potuiſſent. Non enim ſinebant eos paleſtini:ſicut dudum iam declarauimus hæc habere. Igiť diuidētes tribus agminibus exercitum paleſtini:& per totidem itinera diſcurrētes:hæbreoꝝ ꝓuinciā deuaſtabant: uidētibus ſcilicet ſaul rege & eius filio ionatha:& terrā defendere cum eſſent ſexcēti ſolūmō non ualētibus. Cunq; reſideret ipſe & eius filius: & ſacerdos achias qui erat de ꝓle hæli ſacerdotis ſuper collē excelſum:terramq; populari reſpicerent:eis in maxima anguſtia conſtitutis:ſaul filiū cum ſuo armigero conſtituit : ut latenter ad hoſtium tabernacula properarēt:turbatiſq; eis ſequēdo modum cōmotionis inferrēt. Dūq; armiger eius ꝓnū ſe eum ſecuturum aſſereret:etiam ſi mors īmineret:ſumēs ſolaciū iuuenis & de colle deſcēdentes:ad hoſtes pariter ibant. Erant igiť caſtra hoſtium ſup ſcopulum habentē ſubtiliſſimam longitudinē:tribus uerticibus acutiſſimis prominentē: ſcopulis ꝑ circuitum euntibus:& quaſi propugnaculis inuaſiones pugnantium prohibētibus. Vnde cōtigebat ut cuſtodes minorem haberent ſollicitudinem caſtrorum:ꝗ natura locus ille oībus uidebatur eſſe munitus:& ad capiēdum ualde difficilis: eo ꝗ non ſolum aſcendere illic: ſed etiam accedere difficile uideretur. Dum ergo ueniſſet ad caſtra ionathas : armigerū confortabat exacuēs ut ad hoſtes accederent: ſignum eis hoc uictoriæ iudicarent:ſi eos ad ſe uocarent:ſi uero nihil loquerenť:tanq̄ eis non uocantibus reuerti deberent. Accedentibus igitur ad exercitum hoſtium apparente iam die: uidentes paleſtini eos alterutris dicebant. Ecce de cauernis & ſpeluncis egrediuntur hębrei. Et ad ionathan eiuſq; armigerum dicebant. Venite aſcendite ad nos:ut uos digne pro ueſtris pręſumptionibus puniamus. Quam uocē ſuſcipiens grate ſaul filius: tanq̄ ei uictoriā deſignantē:tūc quidem ab illo loco in quo hoſtibus fuerant uiſi receſſerunt : mutanteſq; locum uenerunt ad petram quæ erat propter munitionis locum deſolata cuſtodibus: & ex inde quaſi reptando trahentes ſemetipſos cū multo labore naturā loci uicerunt:ut ad inimicorū caſtra conſcenderent. Irruenteſq; eis dormientibus:occiderunt qdē uiginti:turbā uero ſtupore uehementius impleuerunt: ita ut alii qdem effugerent arma oīa relinquentes: alii uero ſemetipſos non agnoſcentes:eo ꝗ congregati ex multis gentibus eſſent:credentes inimicos & irruiſſe ſup ſe iſrahelitas putantes:& non hoc duorū hominū p̄ſumptione cōmiſſum:ad alterna bella conuerſi ſunt. Quorū alii quidē perempti moriebantur:alii uero fugientes ꝑ ſaxa p̄cipites collabebanť. Dūq; exploratores ſaul dicerent regi:paleſtinorū caſtra ualde turbari:requirens ſaul ne quis ſuorum deeſſet : audiuit ſuum abiſſe filiū & eius armigerū:iuſſitq; ut pontifex ſumpta ueſte ſacerdotali de futuris rebus ei ꝓpheraret:Cūq; ille cōuincere eū:& hoſtibus fortiter p̄ualere dixiſſet:paleſtinos inuaſit: & turbatos aggreſſus eſt:qui ſe inuicē peremerunt. Qui aūt refugerant petriſq; ſe celauerant iudæi audientes ſaul eſſe uictorē:congregati quaſi decē milia hæbreorū:ꝓſecuti ſunt inimicos:cuncta regione diſperſos. Igiť ſiue ꝓpter inopinatæ uictoriæ gaudiū dū ſæpe fœlices contingat extolli:ſiue ignorantia faciente, palmæ illius decus peſſima lamentatione fœdatū eſt. Volente eni ſaul funditus interimere paleſtinos & pœnā exoluere:maledixit hæbreis:ut ſi qs ſe a cæde retinens inimicorum anteq̄ nox futura ueniret comederet:& ab interfectione hoſtiū:aut a ꝓſecutōe ceſſaret:maledictus eſſet. Cunq; ſaul hoc dixiſſet:ueniens ad quandā quercū excelſam in ſorte effrē conſtitutā:ionathas filius eius dū illic apum contingiſſet eū inuenire cubilia:& maledictū patris ignorans: & populi ſup eo ꝓfuſionē non agnoſcēs expreſſo mellis fauo comedit. Inter hæc agnoſcens:quomodo cū maledictiōe eius pater īterdixit:aliquē guſtare cibū ante ſolis occaſum:comedere qdē ceſſauit:non aūt recte patrē prohibuiſſe dixit:quādo cū maiori potius fortitudine atq; fiducia perſequentes cibo ſumpto plurimos inimicorum capere &

interficere potuiſſent.Multa ſiqdē milia paleſtinorū interficiētes:circa ueſperam ad ſpo
lia hoſtium ſunt conuerſi:magnamq; prædam & pecora ſumētes occidebāt. Hoc ergo
a ſcriba nunciatū eſt regi:quō populus peccaret in deū: & occiſis pecudibus:anteq̄ ſan-
guis bñ dilueret :nondū purgatis carnibus ueſcerent :iuſſitq; ſaul uolui lapidē magnū
in medio:& p̄dicari in populo ut ſup eum interficerent: & carnē cū ſanguine non come
derent:cū hoc nequaq̄ deo placeret.Cunctis uero iuxta regis preceptum faciētibus: ſta
tuit illic altare ſaul:& holocauſtū ſup illud deo celebrauit.Hoc aūt altare conſtituit pri
mū.Mox itaq; uolens ad hoſtiū procedere caſtra:ut quæ in eis uidebantur diriperet añ
diem:militibus inſigniter eum ſequentibus:& cū multa fiducia eius preceptis obedien-
tibus:uocauit rex achitob ſacerdotē:iuſſitq; ut cōſuleret:ſi deus ānueret:ut eūtes ad ini-
micorum caſtra:hoſtibus denuo p̄ualerēt.Dicente uero ſacerdote deum reſponſa nō da
re: ſaul dixit.Non ſine cauſa conſultus deus uocem nobis non reddidit:qui primitus an
teq̄ interrogaret oia nunciauit.Sed hęc taciturnitas ait alicuius latentis cauſa peccati ē.
Vnde per eundem ipſum deum:licet filius meus ionathas peccaſſe reperiatur:interficio
eum:& deū ita placabo:quātomagis extraneo & nihil mihi competēti pſonę ſuppliciū
inferre cognoſcat.Cūq; hoc fieri populus exclamaſſet:repēte cunctos in uno loco cōſti
tuit : ſtetitq; ipſe in alia parte cum filio: & eum qui dereliquerat inſtanti ſorte regrebat:
inuentuſq; ionathas peccaſſe : interrogatus a patre eſt quid feciſſet : & quid in ſua uita
non recte nec ſancte peccaſſet.Cui dixit pater:nihil aliud ſcio : niſiq; ignorans eſterno
maledictum ac iuſiurandum a te prolatum perſequēs inimicos : fauum guſtaui melli :
Quem ſaul occidere ſe repente iurauit:quatenus & generi & naturæ: ſimul amori hoc
modo præponeret iuſiurandum . Qui nequaquam mortis interminatione perterritus:
ſed animam ingenue nimis magnanimiterq; componens: nec ego ſupplico inquit pa-
ter parcendum mors mihi ſuauis eſt : quæ pro tua geritur pietate:& populi magna ui
ctoria.Maxima ſiquidem mihi conſolatio eſt:hæbreos de paleſtinis reliquiſſe uictores.
In his itaq; omnis populus doluit: & nimis ingemuit:iurauitq;:non ſe mori pmittere Io
nathā: uictorię huius auctorē.Et ipſi qdem abripuerunt cū a maledicto patris:oratiōes
pro eo facientes:ut ei peccatum quoq; dimitteret deus.Saul uero reuerſus ad propriam
ciuitatē:uſq; ad ſexaginta milia hoſtiū īterfecit:regnauitq; fœliciter:& uicinas prouin-
cias:genteſq; belli iure ſubiecit:ideſt ammonitarū:& moabitarū:& paleſtinorum : idu
meorū & reges eorū tributarios fecit.Fuerūt aūt ei filii maſculi quidem tres:ionathas:
& Ieſus:& melchis:filiæ uero duę:merob & micol:habuitq; militiæ principem patrui
filiū:abner filiū ner.Ner aūt & Cis pater Saul fuerunt fratres:filii Abihel.Habebatq;
Saul curruū multitudinem:& equeſtrium & cum quibuſcūq; pugnaret : cum uictoria
remeabat:hæbreoſq; ad excelſam magnitudinem fœlicitatis euexerat:& aliarum gen
tiū potentiſſimus demonſtrarat.Iuuenes aūt proceritate & pulchritudine præcellentes
elegit: eoſq; armigeros ſuos effecit. Capi.VIII.

u Eniens igitur ſamuel ad ſaul:miſſum ſe dixit a deo ut eū cōmoneret:qa eū electū
ex oibus regē fecit:& propterea debere eū obedientē ſibi eſſe : cū ipſe qdē habe
ret gentiū principatū:deus uero & ipſius eſſet & rerū oīum dominator:adiicie-
batq; dixiſſe eū:quō multa mala amalechite hæbreis in deſerto fecerunt:quando egre
dientes ex ęgypto ueniebant in regionē q̄ nunc eſt eorū:ideo bello perimendos amale
chitas:quibus ſubditis:nullum eorum debere uiuum pœnitus relinquere : ſed omnem
necandā ętatē:incipiētes a mulieribus pariter & infantibus: & hoc ſuppliciū eos q; ma
iores noſtros afflixerunt ſuſtinere.Sed neq; iumentis neq; aliis pecudibus ob utilitatē
propriamq; poſſeſſionē ait eſſe parcendū:ſed cuncta dicanda deo : & nomen amalech

ſecundum moyſi mandata delēdum. Saul uero ꝓfeſus eſt ſe pręcepta complere: & obe
dientiā non ſolum in hoc credidit: ut cōtra amalechitas pugnaret: ſed ut ēt uelociter ꝑ
peraturū eſſe monſtraret: congregauit cunctum exercitum: eūq; dinumerās in galgalis
inuenit iſrahelitarum abſq; tribu iuda circa .xl. milia uiroꝝ: illa nāq; tribus ſola .xxx. mi
lia armatos habebat. Tunc ergo ſaul amalechitarū regionē ingreſſus: inſidias occultas
circa torrētem fecit: ut nō ſolū aperte alias ab arce pugnās: eos affligeret: ſed ēt inopina
te ſup eos p incertas uias irrueret: & circundatos deuaſtaret. Igiť cōgreſſus in pugnā: fu
gauit hoſtes multoſq; pemit: & reliquos pſecutus eſt fugiētes. Cūq; illud opus propicia
diuinitate compleſſet: amalechitarū urbes obſedit: & alias quidē molitiōibus: alias uero
ſuffoſſionibus cloacarum & muris extrinſecus e diuerſo edificatis: alias aūt fame & ſiti:
alias uero modis aliis obſidens: & fortiter capiens ad necem cunctorum infantū & mu
lierū ſimul inuectus: nihil crudele: nec ultra humanā naturā ſe facere credens: primū q
in hoſtes hęc agebat: deinde q præcepto diuino cui non obedire foret grande piaculum
miniſtrabat: cœpitq; regem hoſtium agag captiuum. Cuius corporis pulchritudinem
magnitudinemq; miratus: decreuit eſſe ſaluandum: non hoc faciens diuina uoluntate:
ſed iudicium proprium ſequens: & ſine cauſa ei cedens uitam quaſi miſericorditer: unde
illi poteſtas ſine ſuo periculo miſerendi non eſſet. Deus nanq; ſic odiuit amalechitarum
genus: ut neque infantibus parceretur: quibus potius miſereri natura eſt. Saul itaq; re
gem agag & malorum quæ contra hæbreos geſta uidebantur: auctorem a morte ſerua
uit: & hoſtis pulchitudinem præceptis dei præpoſuit. Peccauit quoq; cū eo ſimul & po
pulus. Nā & illi iumētis pecudibus pepercerunt: eaq; ſibi diripuerūt: iubēte deo nō eſſe
ſeruāda: ſed & alias res diuiciaſq; collegerunt. Siqd uero dignū poſſideri nō erat cōſum
pſerunt. Cunq; uiciſſet ſaul uniuerſos a peluſio ęgypti uſq; ad rubrum mare reſidentes
hoſtes: ſicimitarū gentē ſolūmō dereliquit. Iſti nanq; in regione madian in medio habi
tabant. Quibus ante pugnā denunciauit ut abſcederent: ne forte amalechitarū calami
tati cōmunicarent. Nam dū eſſent cognati raguel ſoceri moiſi: credidit eſſe ſaluandos.
Saul igiť tanꝗ in nullo prophetæ mandata ꝑuaricans ꝗ acceperat: dū contra amalechi
tas pugnaturus exiret: & uelut oībus integre cōſeruatis: deuictis hoſtibus: cū letitia re
uertebať ad propria. Deus aūt pro amalechitarū uita & rapina pecudum quā populus
geſſerat contriſtatus eſt: quō hæc fuerant eo prohibente cōmiſſa. Dirū nāq; iudicabat:
ut cuius fortitudine fuerant adepti uictoriā: eū ſpernerent: & nec tanꝗ humani regis ꝑ
ceptionibus obedirent: dicebatq; propheta penitere ſe: eo q ſaul ordinauerat regē: cū
eius iuſſa non faceret: ſed uteretť propria uoluntate. Hæc audiens ſamuel: ualde confu
ſus eſt: & deū cœpit tota nocte rogare: ut eſſet propicius ſaul: ſeq; ab eius indignatione
ſuſpenderet. Qui ueniā ſe dare ſaul ēt propheta poſcente non annuit: iniuſtū eſſe decer
nens: ſe tantis peccatis indulgentiam condonare: non ob aliā cauſam aſſerens mala ge
nerari: niſi cum aliqui iniuſtitiam paſſi: ad uindictam negligentiores extiterint. Aucu
pantur enim inquit gloriam benignitatis meæ & patientiæ: & latenter hæc pariunt.
Dū ergo deus ꝓcibus ꝓphetę denegaſſet: nec parceret: die facta Samuel ad ſaul uenit
in galgala: uidēſq; eū rex: cucurrit & oſculatus eſt dicens. Gratias ago deo q dedit mihi
uictoriā: & quia oīa pro eius uoluntate ſunt geſta. Cui reſpondens ait ſamuel. Vnde er
go audio clamorē iumentorū & ouiū in exercitu. Cui reſpondit populū hęc ad ſacrifi
cia reſeruaſſe: genus aūt amalechitarū mādato diuino oē ſe deleuiſſe nullūq; fuiſſe dere
lictū niſi tantūmō regē: de quo qd oporteret fieri dicebat adinuicē qd cogitandū. Cui
propheta dixit: deū non ſup ſacrificia delectari: ſed ſup bonos & iuſtos hmōi aūt illos
qui eius mandata conſiliūq; ſecunť: & nihil aliud bene ſe agere iudicant: niſi quod pro

dei fecerint

dei fecerint uoluntate. Is enim contemnit̃: nõ quando ei ſacrificatur: ſed quando in obe
dientię ſpiritus adhibetur. Ab his enim qui ei ſubditi nõ ſunt: nec cum uera religione co
lunt: neq; dum multas hoſtias et magnas obtulerint: neq; dũ ornamento ex auro argen
toq; facta dicauerint ſuſcepit hęc libenter: ſed potius auerſatur: et magis ſtudiũ hoc neq
cię iudicat non eſſe pietatẽ. Ad illos aũt qui ſolũmõ quod ꝑcepit diuinitas recordantur:
& mori potius eligunt q̃ pręuaricari aliqd quod iubetur: ſemper conuertitur et neq; ſa-
crificium ab eis exquiret: ſed & dum ſacrificauerint ſiue ſimplex aliquid: ſiue uiliſſimũ:
gratius eorũ parua munera: quã ditiſſimorũ maximã ſuſcipiet opulentiam. Tu ſiquidẽ
ſcito tibi deũ iratum: ſpreuiſti nanq; et neglexiſti ea q̃ tibi mãdauit. Quõ igitur arbitra
ris eum ſacrificia reſpicere: ex his rebus q̃ decreuit ille perire: niſi forte ſimilia iudicas illa
peccata: & ꝓ ſ iis deo offerenda ſacrificia. Scito igitur regnum tibimet auferẽdum: & po-
tentiam quã a deo tibi neglexiſti collatam fuiſſe: alii conferendam. Porro ſaul fatebatur
quidẽ iniq; ſe feciſſe: & peccatũ ſe negare non poſſe: tranſgreſſumq; ſe mandata prophe
tæ dicebat: ſed pro timore ac metu exercitũ nõ prohibuiſſe prædam diripientẽ nec tantã
multitudinẽ retinere potuiſſe: ſed ignoſce inquit: & eſto mitis nunc: decetero enim obſer
uabo ne peccẽ. Rogabatq; ꝓphetã: ut reuertẽs hoſtias deo pacificas imolaret. Ille uero
cum deum illi nõ parcere ꝓuideret: remeauit ad ꝓpria. Saul autẽ uolens retinere ſamuel
appræhendit eius pallium: uiolenterq; tractum: eo ꝙ ſamuel ĩpetu facto diſcederet: ueſtẽ
eius diſrupit. Cui propheta dixit. Sic tuum ſcindetur ĩperium: & accipiet illud uir bonus
& iuſtus: quando deus permanet in ſuo decreto: nec mutatur atq; conuertitur. Nam mu
tare ſententiam paſſionis humanæ: non fortitudinis eſt diuinæ. Saul aũt impie qdem ſe
geſſiſſe fatebatur: infecta uero facere quæ fuerãt facta nõ poſſe: rogabatq; eum: ut ſe co
ram multitudine honoraret: & cum eo ueniens adoraret. Quod cum feciſſet ſamuel ue-
niẽs adorauit deum deductuſq; ad eũ eſt rex amalechitarum agag. Et dũ diceret agag:
quã eſſet amara mors ait ſamuel. Sicut tu multas hæbreorum matres pro filiis ingemi-
ſcere lugereq; feciſti: ſic ingemiſcet in tua morte genitrix tua. Iuſſitq; repẽte eum in gal
galis mori. Ipſe uero in ramatham ciuitatem abiit. Cap. IX.

r Ex ſaul ſentiens quę mala paſſurus eſſet: qui ſibi deum in regno fecerat inimicũ
aſcendit in gaba: quod nomen interꝑtatũ ſignificat collem: & poſt illam diẽ non
uidit ſaul Samuelẽ. Cũq; ꝓpheta propterea triſtis eſſet: iuſſit deus: ut a cogitatõi-
bus quieſceret: & ſumẽs uas olei ĩ betleẽ ciuitatẽ iret ad ieſſe filiũ obed: & eius ungueret
natũ: quẽ ipſe monſtraret in regẽ. Cũ uero metueret ire: ne cognoſcẽs ſaul: & aut latẽter
aut palã eũ occideret: dicẽte deo & dante ſecuritatẽ: ꝑdictam ꝑuẽit ad ciuitatem. Quem
cuncti ſalutauerũt cauſam eius inquirẽtes aduẽtus. Quibus dicebat ueniſſe ſe ut deo ſa
crificaret. Tunc ſacrificio celebrato: uocabat ieſſe cum filiis ad altare: & inſpiciẽs filium
ſeniorẽ procerum & optimum: credidit propter pulchritudinem hunc eſſe futurum re-
gẽ: ſed prouidẽtia diuina fruſtratus eſt. Dũ enim cõſuluiſſet deũ: ſi iuuenẽ ungueret: quẽ
ipſe admiratus fuerat: & dignũ ĩperio iudicabat: reſpõdit deus: nõ ea uidere hoĩes q̃ deus
ĩtẽdit: ſed tu inqt pulchritudinẽ iuuenis reſpiciẽs: hũc arbitraris regno placere: ego autẽ
nõ corporis pulchritudinẽ ac ſpeciẽ apicẽ facio eẽ regalẽ: ſed animi ſine dubitatõe uirtu
tẽ: Ille ſiqdẽ ꝑfecte pulcher eſt: q pietate & iuſticia eſt ſimul & fortitudine: necnõ & obe
diẽtia ſplẽdidus: & oĩbus ex qbus aĩæ pulchritudo cõſiſtit. Cũq; dixiſſet hęc deus: ꝑce-
pit ſamuel ieſſe: ut oẽs ei ſuos filios demõſtraret. At ille alios quoq; uenire fecit: quoꝝ qs
ſenior qdẽ erat eliab uocabat̃: ſecũdus uero aminadab: ſammaa terti9: quartus uero na
than: qntus aũt rachel: ſextus aſam. Uidẽs aũt & iſtos ꝓpheta ĩ nullo mĩores pulchritudi
ne ſenioris: conſuluit deũ quẽ hoꝝ eligeret fore regẽ. Quo dicente nullum: denuo reqſi-

nit ieſſe:ſi præter iſtos haberet alios filios. Qui dixit eſſe aliũ nomine Dauid paſtorem
ouiũ curã habẽtem:iuſſitq; eum ſamuel uelociter uocari:ĩpoſſibile dicẽs eos eẽ cõmeſu
ros anteq̃ ille ueniret. Cunq; ueniſſet Dauid uocatus a patre:puer colore qdẽ rubeus:&
pulcher aſpectu:tacite ſamuel dixit ad eum. Hic eſt qui deo placuit ad regnãdũ. Tũc &
ipſe diſcubuit:fecitq; iuuenẽ ſub ſe diſcũbere:& ieſſe cũ reliquis filiis. Deinde uidẽte Da
uid:ſumẽs oleũ unxit eum:eiq; adhuc tacite dixit atq; ſignificauit:quomõ regnare eum
deus elegerit:monuitq; iuſtum eſſe debere:& eius præceptis obedire. Sic & enim regnũ
ei multo tpe fore manſurũ: domũq; claram ac famoſiſſimam habiturũ: uaſtaturũq; pa
riter paleſtinos. Sed & cũ quibuſcũq; gẽtibus congrederetur uinceret:& ingentẽ gloriã
poſſideret:quod & ipm habere & poſteris relinquere ꝓmittebat. Samuel quidem dum
hęc monuiſſet abſceſſit:diuinitas aũt ad Dauid ſaul relicto migrauit. Et ille quidem ꝓ
phetare cœpit:ſancto ſuper ſe ſpiritu ueniẽte:ſaul uero q̃dã paſſiones & demonia repen
te cõprehenderũt:ſuffocationes ei & anguſtias inferẽtes:ita ut medici ei ſalutis nullum
remediũ inuenirent. Siquis tamẽ cantare eſſet pitus:& in cithara pſallere doctus:hunc
adduci iuſſerunt:ut cum eũ demonia inuaderẽt & turbarẽt:ſuper caput eius aſtans pſal
leret:& hymnos ediceret. Ille uero hæc nõ diſſimulauit efficere:ſed queri hmõi hominẽ
protinus imperauit. Cũq; ei quidam ſuorũ dixiſſet:uidiſſe ſe in ciuitate bethleem quẽdã
ieſſe filium:adhuc ætate iuuenculum:pulchrũ atq; decorũ & aliis ſtudiis ualde dignum
necnõ pſallere & hymnos cantare doctũ:inſup & eximiũ pugnatorẽ:mittẽs ſaul ad ieſſe
Dauid ſublatum a gregibus ad ſe uenire p̃cepit:mandãs ei uelle ſe iuuenculum uidere:
de cuius pulchritudine ac fortitudine cognouiſſet. Ille uero miſit filiũ:dãs ei mũera ſaul
portare. Quo ueniẽte gauiſus eſt:fecitq; eum armigerũ ſuũ:& bonis omnibus honora
uit. Delectabatur enĩ in eo:maxime in inuaſione demoniorũ:qui cũ ad eũ accederẽt:ſo
lus erat medicus:hymnos dicẽdo & pſallẽdo rurſus in cithara:& ſaul a mẽtis oppreſſio
ne reuocãdo. Miſit igiẽ ſaul ad patrem pueri ieſſe:petens ut apud eũ Dauid maneret:eo
ꝙ eius præſentia delectaretur:yſai uero ſaul non contradicendo conceſſit. Cap. X.

Oſt nõ multa ſiqdẽ tpa paleſtini denuo congregati:& magnum ſup iſrahelitas
p oẽs exercitũ colligẽtes:inter ſocho & azecha caſtrametati ſunt. Cõtra quos de
nuo ſaul ꝓduxit exercitũ:& ſup q̃ndam montẽ caſtra ponens coegit paleſtinos
priora qdẽ caſtra relinquere:& ex aduerſo montis quẽ ſaul appręhenderat aduẽire:diui
ſitq; eorũ exercitus medius mons: qui erat poſitus inter eos. Igiẽ deſcendẽs qdã de exer
citu paleſtinorũ nomine goliad de ciuitate geth:uir ualde procerus:cuius altitudo quat
tuor erat cubitorum. & palmi unius:accinctus armis quæ pro magnitudine ſua natura
eius corporis exigebat:indutuſq; lorica cuius erat pondus quinq; milium ſiclorum eris:
galeã uero et tibialia habebat erea:quę talis uiri & magnitudine et inopinabilia potuiſ
ſent membra ꝓtegere: haſta uero eius erat non leuis dextrę portatio:ſed quã ipſe geſta
bat in humeris:cuius ferrum ſexcentorum ſiclorum fuit: ſequebãturq; eum multi arma
portantiũ. Hic igiẽ goliad ſtans inter medias acies:uocẽ emiſit grandẽ contra ſaul et
hæbreos dicẽs. A pugna hunc et periculo uos abſoluo. Quę enĩ neceſſitas eſt noſtrorũ
exercitus depetire. Sed date aliquẽ ueſtrũ cõtra me pugnaturũ:et totũ bellũ unius uicto
ria terminetẽ:ſeruiatq; pars altera illis:quorũ fuerat ille q uicerit. Eſt enĩ multo melius et
tẽperantius:unius periculo ꝓmereri:quod ptãte adeſt multorũ. Hæc cũ dixiſſet:caſtra
remeauit ad ꝓpria. Altera uero die rurſum uenit: ac eadẽ uerba fecit:et ſimiliter uſq; ad
diẽ quadrageſimum hoſtes ad prędictas cõditiones ꝓuocare nõ deſtitit:ita ut terreret
et ipſe ſaul:et eius exercitus. Cõſtituebãt equidẽ acies quaſi pugnaturi:ad congreſſionẽ
uero minime ueniebant. Bello itaq; conſiſtente inter paleſtinos et hæbreos:ſaul remi

ſit Dauid ad patrē ſuum ieſſe:cū ei eius tres alii filiī ad ſolacium et periculum pugnę ſufficerēt. Ille ergo tunc quidē ad ouilia et paſturas pecudum remeauit non multo poſt ad caſtra reuerſus hæbreorū miſſus a patre:ut neceſſaria fratribus deportaret:& qd ageret agnoſceret. Cūq; goliad denuo reuertēs & ꝓuocans exprobraret:quaſi nullus inter eos uir eſſet qui contra eū pugnare præſumeret:cū fratribus loquens Dauid ea quæ mandauerat pater: & audiēs illū blaſphemātem exercitum:& pariter affligentē indignatus eſt & fratribus ait:paratū ſe eē ſolum cū hoſte pugnare. Cui ſenior fratrū aminadab iterminatus eſt:& p̄ſumptionē hēre eū p̄ter ętatē dicēs:& i expertū huius officii iuſſit ad patrē & ad paſcua remeare. Qui reuertitus qdē fratrē diſceſſit:& apud quoſdam militū ē locutus:q; uellet cū paleſtino ꝓuocāte pugnare. Illis aūt repēte Saul iuuēis idicātibus uolūtatē:rex eū uocauit:& dū q̄reret:ut qd uellet ediceret dixit. Nō deficiat mēs tua rex:nec metuas.ego ſupbiā huius hoſtis pugnādo ꝓſternā:& ita ſublimē & ꝓcerū ſubdā & ſic iſte qdē irridebit̃ tuus uero exercitus glorioſus iuenict̃:ſi neq; a uiro bellatore habet in acie pire. ſed ꝓuocatus a puerili ætate moriat̃. Saul aūt eius p̄ſumptionē atq; magnanimitatē ualde mirātē:nō tñ in eo habēte fiduciā ꝓpter ætatē:ſed infirmū eē:ut cōtra peritū hoſtē bellū ſuſciperet:ea dicēte Dauid ait. Polliceor hoc:cōfidēs in deo q mecū ē:cuius ēt adiutorio fungor expimēto. Nā dū aliqñ leo ouiculas meas inuaſiſſet:& agnum arripuiſſet:ſequēs appræhēdi eū & agnū qdē ex ore eius eripui: ipm uero dū cōtra me ipetū feciſſet:a cauda cōphēſum:& pcuſſum i terra pemi. Idē & urſo faciēte:i eo ultus ſum. Putet ergo ille hoſtis unū ſe eē huiōi beſtiarum:diu exprobrās exercitui:& noſtrū blaſphemās deū:qui eū faciet mihi ſubiectū. Saul igit̃ uoluntatē pueri atq; p̄ſumptioni ſimilem orans deo terminū dixit. Vade ad pugnā Et accinxit eum lorica ſua ſimul & gladio: & apponēs ei galeā deſtinauit. Dauid aūt oneratus his armis:cū nō eſſet exercitatus in eis ait. Iſta quidē rex tua ſint ornamēta:cui fortitudo eſt hæc geſtare p̄cipua:mihi uero tā q̄ ſeruo tuo concede ſicut ego uolo pugnare. Ergo poſitis armis ſumpto baculo: & quinq; lapidibus de torrente in paſtorali pera:& fundā in dextera māu portās:ibat ad Goliad. Vidēs aūt eū Goliad ſic uenientē ſpreuit: & iniuriā ei fecit quaſi non arma gerēs hoīum pugnaturus uēiret:ſed qbus canes repelli ſolēt:dicēs. Nū me canē exiſtimaſti: Ille aūt nō canē:ſed deterius aliquid eū ſe putare reſpondit. Cōmouitq; Goliad ad iracundiā:ut ei maledictū apponeret ex uocabulo dei ſui:& iterminatus eſt:daturū ſe carnes eius terrēis beſtiis.& cæli uolatilibus deuorandas. Cui reſpondit Dauid. Tu qdē uenis contra me cū gladio: & haſta:& lorica:ego āt uenio ad te armatus deo:qui & te & oēm ueſtrū exercitū noſtris manibus pditurus eſt. Hodie nāq; tuū caput abſcindemus: & reliquū corpus tuū ſimilibus canibus apponemus:ſcientq; cuncti:quō deus p̄ſul eſt hæbreorū: & arma noſtra ipſe ē ſemp & fortitudo. Nā oīs exercitus et reliquus apparatus inutilis ē abſente deo. Paleſtinus aūt armorū pōdere grauatus:cū currere nō ualeret:paulatim uenit ad Dauid:cōtemnēs eū et ſe nudū cōfidens ſimul et adhuc ętate puerulū ſine labore pimere. Occurrit aūt ei iuuenis cū deo auxiliatore ſuo:q ab hoſte non uidebat̃ :et ſumens de pera unum lapidum quos de torrente collegerat:et emittens eum de fundibula percuſſit repente goliad in fronte:& uſq; ad cerebrum pertranſiuit: ita ut mox cōfracto capite goliad caderet pronus in terram. Tunc ſtetit Dauid et caput eius incidit. Cadens ergo goliad: factus eſt paleſtinis occaſio maximę fugę. Nam dum pitiſſimum ſuorū cecidiſſe cōſpexerunt:de rebus oībus deſperantes:reſiſtere non ualuerunt:ſed uidētes ſe uictos turpiq; fugę ſe tradētes:conabant̃ liberari. Saul autem & cūctus exercitus hębreorum clamore facto ſuper eos exilierunt et multos interemerunt : et perſecuti ſunt uſq; ad terminos geth : et portas aſchalonis. Mortui itaq; ſunt paleſtinorum.xxx.milia:et

totidem uulnerata. Porro ſaul reuerſus ab exercitu hoſtiũ:eorũ caſtra diripuit & ſimul
incẽdit. Caput autem goliæ Dauid ad tabernaculum proprium deportauit: & haſtam
dicauit deo: Porro circa Dauid inuidiam atq; odium ſaul regis uirgines mulieresq; pro-
uocauerunt. Occurrẽtes enim uictrici militiæ cum chymbalis & tympanis: delectabãt
omni letitia milites: mulieres quidẽ ꝙ multa milia ſaul paleſtinorum interemiſſet: uir-
gines aũt ꝙ multa dena milia exterminans Dauid cœpit. Hæc audiens rex ꝙ millena-
rio numero teſtimoniũ ipſe ꝑciperet: & denũ milium multitudo iuuẽculo uoueretur: &
cogitãs ꝙ nihil poſt hunc tã clarum fauorẽ niſi regnũ minus eſſet Dauid cœpit eum ti
mere: & nimis hẽre ſuſpectũ: et a priori quidẽ officio quẽ utiq; ſuum armigerum fecerat
eũ amouẽs: ne dũ nimis proximus eſſet: eũ poſſet occidere: cõſtituit eũ millenariũ: dans
ei locũ quidẽ meliorẽ: & ut putabat ſibimet cautiorẽ: uolebatq; eũ ad hoſtes & ꝓlia mit
tere: ut in his pericula ſuſtinẽdo periſſet. Cap. XI.

Auid ergo deum habẽs ubiq; ducẽ: quocũq; uẽiſſet ꝓualebat: & optime agere ui
d debat: ita ut propter excellentiam fortitudinis & populus eum & regis filia uir-
go cõcupiſceret: & amore detẽta cũctis ita fieret mãifeſta: ut hoc eius deſiderium
ꝑduceret ad patrẽ. Ille uero quaſi ꝑcepta occaſione in morte Dauid: hoc libẽter audiuit
daturumq; nuptiis eius ſe uirginẽ hæc ſibi nunciantibus ait: ſi ducẽta ei capita hoſtium
aduehieret necatorum. At ille honore ſic claro ei propoſito: uolens ex ope ꝑiculoſo & i-
credibili gloria magis procedere: tẽdebat ad cauſam. Saul autẽ cogitabat eum ab hoſti
bus perimẽdum: & decẽter ſua uota complere: ſi ꝑ alios & non eo faciẽte moreretur: iuſ
ſitq; ſuis famulis ut uolũtatẽ Dauid expirẽtur qualis circa puellæ nuptias eſſet. Illi uero
cœperunt cum eo loqui: ꝙ diligeret eum rex ſaul una cum populo: & uellet ei ẽt ſuam fi
liam copulare. Qui dixit. Non modicum uidere putatis me generum eſſe regis. Mihi ue
ro nihil tale ſubſiſtit: præcipue cũ ſim abiectus: & a gloria uel honore ſegregatus. Saul
aũt dũ famuli Dauid reſponſa dixiſſent: ait. Dicite ei nõ me pecuniis egere: nec honori-
bus: qbus rebus uẽdit filia potius quã nuptiis collocat: ſed eligere generũ habẽtẽ forti
tudinẽ: aliaſq; uirtutes; quas te hẽre manifeſtum eſt: & uelle me recipere ab eo ꝑ nuptiis
filiæ: nõ aurũ nec argẽtũ: neq; ut hæc de domibus paternis eiiciat: ſed ꝑꝑ ſupplicium ho
ſtiũ: capita ſexcẽta paleſtinorũ. Et mihi eñi ipſi nullũ potius quã hoc: nullũ clarius mu
nus erit. Sed & meæ filiæ multo ſolẽnius honoribus ẽ ꝑcipuũ uiro tali & tanto teſtimo
nio de hoſtiũ triũphis decorato poſſe coniungi. His uerbis delatis ad ſe Dauid gauiſus:
quaſi ſaul ſtuderet eũ ſibi cognatiõe coniungere: neq; conſiliũ expectauit: nec ſi poſſibi
le aut difficile eſſet: opus pręſens animo cogitauit: ſed repente cum ſotiis ad hoſtes pro
nuptiarũ pollicitatiõe profectus eſt. Deus enim erat qui cuncta facilia Dauid & poſſibi
lia faciebat. Cũq; multos iteremiſſet: abſcidẽs ſexcẽta capita uenit ad regem. Et harum
rerum ꝓbatõe facta nuptias exigebat. Saul aũt cũ nõ haberet unde promiſſa refugeret:
& mentiri peſſimum iudicaret: aut ꝑ inſidias eũ occidere: cum forſitan etiam in hoc fru
ſtrari ſuo conſilio poſſet: dedit ei ſuam filiam nomine michol. Cap. XII.

Vm ergo ſaul non eſſet recta uoluntate manſurus: uidens etiam Dauid & apud
c deũ & apud homines approbari: expauit eum: & metum celare nõ ualẽs: timo
re magnarum rerum ideſt regni ſimul ac uitæ: ne priuaretur utroq;: cogitauit eũ
crudeli calamitate perimere: eiuſq; mortem ionathæ filio: et reliquis familiaribus dele-
gauit. Filius autem admirans permutationem patris circa Dauid: cum non poſt multã
eius deuotionem non mediocriter in eum: ſed ad mortem uſq; ſeuiret: et cum iuuenem di
ligeret eiuſq; uirtutem: dixit ei ſecreto uoluntatem patris ſui: ſuaſitq; ut die futuro ſe cu
ſtodiret: ipſe uero ſalutaturum ſe patrem dixit: eiq; pro eo opportũo tempore locuturũs

cauſamq; cogniturũ:& ei exprobraret:q; occidi uoluiſſet iniuſte q̃ tãta bona fuerat ope
ratus:q ẽt ſi ualde peccaſſet ueniã pro.uereri debuiſſet:dixitq; ei ſe poſt hęc patris mu-
care ſniam.Dauid aũt cõſilio benigno obediẽs:egreſſus eſt a rege. Altera uero die iona
thas uenit ad ſaul: & dum eum letum & exultantẽ aſpiceret, cœpit de Dauid ꝓferre ſer
monẽ dicens . In qua maiori uel minori iniquitate inuenies culpabilẽ Dauid:ꝑcepiſti cũ
pater interimi:uiꝝ qui tibi quidẽ magnæ ſalutis cauſa fuiſſe ꝓbatus eſt:paleſtinis autẽ
ualde ſuppliciũ:ab illuſione & iniuriis ſimul eripiens populũ hæbreorũ:quas diebus .xl.
ſuſtinuit nullo utiq; præſumente ꝓuocationis certamina ſuſtinere:& qui poſt hęc iuſſio
ne tua deferens hoſtiũ capita:ſororẽ meã præmio accepit uxorẽ:cuius mors tibi ipſi gra
uior erit:non ꝓpter ſolam uirtutẽ eius:ſed ẽt propter ipſam cognationẽ:quãdo eius mor
te ẽt filia tui uexabit̃ pene ante gaudiũ coniugii ueniens ad uiduitatis opprobriũ.Hæc
ergo cogitans pater:ad clementiã conuertere nihil cõmittens in uirum: primum quidẽ
q; nobis magnum beneficiũ ꝑſtitit tuæ ſalutis:quando malo ſpiritu & demonibus in te
reſidentibus:illos expulit:pacemq; tuæ animæ condonauit:ſecundo autem: quando &
in tuis hoſtibus ultus eſt.Hæc etenim obliuiſci: turpiſſimum eſt.His ergo ſermonibus
mitigatus ſaul:iurauit filio:nihil Dauid iniuſte fore paſſurũ.Sermo enim iuſtus:& iracũ
diã regis ſubiecit:& metũ.Ionathas aũt euocato Dauid:indicauit ei de ſua ſalute:quam
impetrarat a patre:eumq; deduxit ad regẽ:& erat in conſpectu eius ſicut prius.Eodẽ ue
ro tempore:paleſtinis bella gerẽtibus denuo ſuper hębreos: ſaul cõtra hoſtes Dauid cũ
exercitu deſtinauit.Et congreſſus aduerſus eos multos eorum proſtrauit:uictorq; reuer
ſus eſt ad regem.Quem ſaul non ſicut ſperabat poſt bella ſuſcepit:ſed potius eius fœli
citate contriſtatus eſt:tanq̃ illius bonis actibus uideret̃ ipſe deceptus . Cũq; regem rur
ſus pueris aſtantibus demõ ageret:ſpirituſq; turbaret:uocans Dauid in domo in qua ia
cebat tenens lanceã:eũ pſallere & hymnos cantare ꝑcepit.Quo iuſſa faciẽte: inſurgens
in eum:lanceam iaculatus eſt:eamq; Dauid ꝓuidens declinauit:fugitq; in domũ ſuã &
in ea tota die pmãſit.Nocte uero mittes rex:iuſſit eũ uſq; ad diluculũ cuſtodire:ne latẽ
ter effugeret:quatenus mane deductus ad publicũ traheretur ad mortem. Michol aũt
Dauid coniunx:filia regis:cognita uoluntate p.tris:Dauid indicauit:dubiam ſpem eius
uitæ conſpiciens:et de anima ſua pariter diffidens . Neq; enim ſe credebat poſſe haberẽ
uitam:ſi fuiſſet illius amore priuata.Et ergo dixit. Non te hic coniunx ſolis ortus inue-
niat:nam te ulterius non uidebo : ſed fuge citius:dum tibi præbet nox fuge pręſidium:
faciatq; tibi hãc dominus longiorẽ.Scito enim te a patre meo ſi inuentus fueris occiden
dum.Quo dicto:eũ p feneſtrã depoſuit & dimiſit.Deinde conſtituit lectulũ quaſi egro
tantis:et ſub ſaga iecur ſpirãs capræ ſuppoſuit.Die uero ſecundo miſit pater eius ut Da
uid deduceret̃ ad eũ.Illa uero nunciãs:eo q; nocte fuiſſet factus infirmus:& oñdens eis
lectulũ cooptũ:dũ iecur quod ſub ſaga iacebat palpitaret:egrotum uere eſſe & dormire
Dauid qui miſſi fuerant crediderunt.Renũciantibus aũt illis infirmum factũ eẽ nocte:
iuſſit eum ſic adduci:ſe uelle eum perimere dicens.Qui ueniẽtes ad lectulũ:diſcooperiẽ
tes & deceptionem inuenientes factam ab eius uxore:renunciauerũt regi. Quam dum
rex culparet pater:eo q; eius quidem liberauerit inimicum:illum uero deceperit:ſatiſfe-
cit ei uériſimile loquens:quaſi eam ad hęc nõ conſentientẽ:Dauid occidere uoluiſſet: &
hoc pro ſalutis ſuę timore feciſſet:pro quo ei deberet ignoſcere:q͡a hoc neceſſitatis cauſa
non uolũtatis efficeret:adiiciẽs atq; dicẽs.Arbitror ego pater:q; ita uoluiſti illũ ꝑimere:
ſicut me potius liberare.Et ſaul equidẽ ueniã puellę dedit.Dauid ergo declinauit a peri
lo:& uenit ad ſamuel ꝓphetam in ramatha:eiq; regis inſidias ĩdicauit:& q; iaculo eius
pœnę fuiſſet extinctus:dũ neq; circa eũ extiterit inimicus:neq; circa hoſtiũ certamẽ ĩſir

mus:ſed in omnibus ꝓnus & fœlix:q̃ magis cauſa Dauid inuidiã generauit. Cognoſcẽs
itaq; propheta regis iniuſtitiã:ramathã ciuitatẽ reliqt:& deducẽs Dauid ad quẽdã locũ
nomine galboa:cõmorabãtur illic cũ eo. Cũq; nunciatum fuiſſet ſaul eo ꝙ Dauid eſſet
apud ꝓphetã miſit armatos eũq; ad ſe cõprehendẽdũ iuſſit adduci. Qui cũ ueniſſent ad
ſamuel inueniẽtes eccleſiã ꝓphetarũ participãti ſancto ſpiritu ꝓphetare cœperũt. Saul
aũt audiẽs hoc ſup dauid, alios deſtinauit et illis idẽ facientibus denuo miſit alios. Pro
phetãtibus aũt et ipſis q tertio fuerãt miſſi ad ultimũ iratus ipſe pexit. Cũ uero iã erat
in ꝓximo anteq̃ eũ uideret ſamuel ꝓphetare cœpit ueniẽſq; ad eos ſaul ſpiritu uehemẽti
cõpulſus:amens factus eſt:& exutus ueſte tota die canebat & nocte:Dauid & ſamuele
uidente. Ionathas uero ſaul filius occurrente ſibi Dauid:& de patri eius inſidiis ingemi-
ſcentem & dicentem: quia dũ nihil iniq; geſſiſſet neq; peccaſſet:cũ pater eius occidere
ad orientē diruit:& maiorē urbē effecit:& olimpii iouis tēplū deſtruens: mediū locum
ciuitati coniunxit.& aureis anethimatibus exornauit:aſcendenſq; in montē lybanum
ſiluā maximā ad ſacrorū ſecuit edificia.Et adiecit hæc: regē hieroſolymarū ſalomonem
miſiſſe ad irā tyri regē:figuras quaſdā:& petiſſe ab eo ſolutionē ita:ut ſi non poſſet di
ſcernere:ſoluenti pecunias daret.Cūq; fateret̃ yram non poſſe ſe illa diſſoluere:foretq;
multa pecuniarū detrimenta paſſurus:p Abdimū quendā tyriū q̄ propoſita fuerant ſo
luta ſunt:& alia ab eo propoſita quæ ſi ſalomon non ſolueret:yrā regi pecunias multas
daret.Et hæc qdē dyon ſic dixit.Cūq; rex ſalomon uideret muros pro munimine turri
bus indigere aliaq; tutione(uā ſecundū ciuitatis meritū oportebat ēt copioſam firmita
tē eſſe murorū)hęc effecit:& turribus ciuitatem pcipuis ualde circumdedit.Conſtruxit
aūt ciuitates:inter pcipuas urbes annumerandas:aſor:& magedon:& tertiā zazarum.
Quę cū fuiſſet in regione paleſtinorū:pharao rex ęgyti caſtrametatus:& obſidens eam
cœpit:& oēs eius habitatores occidit eāq; ſubuertit:deditq; eam poſtea dono ſuæ filiæ
ſalomonis uxori.Quapropter edificauit eā rex:cū eſſet natura munita:& ad bella tem
porūq; motus utiliter oportuna.Non procul ab hac duas alias edificauit urbes quarū
altera bitchora:altera uocabat̃ balech. Vltra has aūt fecit & alias ad uoluptatē & epu
las oportunas:& rerū tēperamentis:pomorūq; fertilitate:et aquarū frigidiſſimarū po
culis abundantes.Pergens uero et in deſertum ſupioris ſyrię:eāq; capiens:conſtituit ibi

maximã ciuitatẽ duoꝝ dieꝝ itinere a ſyria ſupiore diſtãtẽ:ab euphrate uero unius : et a maxia babylõe ſex mãſiõibus ꝓcul extãtẽ. Vt ãt hęc ciuitas a ptibus habitabilibus ſyriæ ita diſtaret:hæc cã eſt eo ꝙ in inferiori terra aqua nuſq̃ inueniť:in illo ãt loco ſolũmõ fontes & putei nimis abũdẽt. Hãc itaqȝ edificãs ciuitatẽ:& muris eminẽtibus eam circũtegẽs thadamur appellauit:& hactenus apud ſyros ita dicebať:quã græci palmirã uocãt. Hæc itaqȝ ſalomõ illo tpe rex agebat. Propter eos aũt q quærũt:quõ oẽs ægyptioꝝ reges a minco q mẽphis edificauit:& ante multos ãnos quã fuit noſter ꝓgenitor Abraã:dum inter hęc uſqȝ ad ſalomonẽ &ille & triginta alii q trãſierunt pharaones uocati ſunt a quodã rege pharaone:qui poſt priores his tpibus imperauit: pharaonũ uocabulũ aſſumẽtes explanare hoc neceſſariũ iudicaui:ut & caliginẽ eoꝝ ignorationis auferã:& cauſam huius nois declarare contendam. Pharaonis nomẽ ſecundũ ægyptios ſignificat regẽ. Reor aũt eos ab infantia quidẽ aliis noibus appellatos: uenictes uero ad regnũ hoc ꝙ lingua patria ſignificaret imperiũ eos fuiſſe participatos. Nã & alexãdriæ reges cũ primitus aliis noibus uocarenť:uenictes ad regnũ uocati ſunt ptolemei:& romanoꝝ imperatores a natiuitate aliis uocati noibus cęſares appellanť : cũ poteſtas & principatus eis nomẽ iponat:& nõ hiſdẽ ꝑmaneãt appellationibus quas a genitoribus ſuſceperunt. Puto ſiqdẽ & herodotũ alicarnaſcũ ꝓpterea poſt mineũ q mẽphim edificauit dixiſſe tricẽtos triginta fuiſſe reges ęgyptiorũ:nequaq̃ eorũ noĩa declaraſſe: qa pharaones cõmuniter uocabantur. Nã poſt hoꝝ obitũ regnantis mulieris uocabulũ poſuit noĩe nicaulam eam uocitatam fuiſſe declarans: quia maſculi quidem reges pharao appellationem habere poterant:fœminæ uero nequaq̃ & propterea naturale huius nomẽ dixit. Ego aũt & in libris noſtræ ꝓuinciæ repperi:quia poſt pharao ſocerum ſalomonis nullus rex ægyptiorũ hoc uocabulo nuncupatus eſt : & quia poſtea uenit ad ſalomonẽ mulier quã p̃dixi ęgypti ethiopięqȝ regina:de qua nõ poſt multa denuo referemus. Horũ ideo nunc memini:ut oſtenderẽ:qa noſtri libri et ęgyptiorũ de multis rebus concordare noſcunť. Rex itaqȝ ſalomon chananeos q in monte libano morabanť uſqȝ ad ciuitatẽ amathi non obedientes ſubdidit:& tributa eis ĩpoſuit: ut ei miniſtrarent ac ſeruile opus efficerent:& agriculturã exhiberent. Ex his quoſdã annis ſingulis eligebat:qa nullus tunc ſeruiebat hæbreorũ. Non enim erat rationabile:ut cũ deus eis multa milia gentium ſubdidiſſet:& ex his oporteret eos habere ſeruitia, ipſi in hoc ſcemate ꝑmanerent: quando oẽs armati equis & curribus militabant potius quã ſeruitia peragebant. Chananeis aũt quos ad ſua miniſteria tulerat:conſtituit principes quingentos & quinquaginta:q ſup eos oẽm a rege poteſtatẽ ꝑceperant:ut eos docerent opera ſeu negocia : in qbus neceſſarii eſſe uiderenť. Fecit aũt rex etiã : multas naues in ſinu ægyptiaco maris rubri:in quodã loco q aſyon gaber appellať:non ꝓcul a ciuitate hellena:q̃ nunc beronica uocatur. Hęc enim regio fuit primitus iudęorũ. Habuit uero ad edificandas naues beneficia regis yrã. Ipſe nanqȝ multos uiros gubernatores:& in marinis rebus edoctos miſit: quos iuſſit nauigare cũ diſpenſatoribus ſuis ad locũ q olim ophyra:nũc terra aurea nũcupatur(eſt aũt in india)ut aurũ deferrent:& colligentes quadringenta talenta: ad regẽ denuo ſunt reuerſi. Igiť reginã ægypti & ethiopæ ſapientia plenã:& aliis ualde mirandã audientẽ crebro ſalomonis uirtutẽ atqȝ prudentiã:& habentẽ deſiderium eius multũ:& eorũ q̃ illi de rege quotidie dicebanť:ad eũ ſemetipſam adduxit:ut experimẽto & non auditu potius ſatiſfacere potuiſſet:quando opinio mendax ſæpius inuenitur: & proferentis narratione ſuſcipiť. Cũ ergo ad eũ uenire uoluiſſet:ut in p̃ſenti ſapientiæ eius experimenta ꝑciperet:ſtuduit ẽt queſtiones proferre:& earũ ſolutionẽ exigere. Venit ergo hieroſolymam cum magna gloria:& apparatu multo diuitiarum:cum auro &

aromatibus et lapidibus p̃ciosis: eamq; rex grate ſuſcepit:et circa eã in oĩbus extitit ual
de largiſſimus:et ꝓpoſitiones ſophiſmatum intellectu ſuo cito cõcipiens: uelocius quã
ſpari poterat exoluebat. Cuius illa ſapiẽtiã ita ſe tranſcendentẽ et potiorẽ quã audiebat
agnoſcens, uehementer obſtupeſcebat:et maxime culmina regalia mirabat᷑ : eorumq;
pulchritudine mira et magnitudine delectabat᷑ egregia nihilominus et diſpoſitione ua
ria fabricarum in qua multã regis prudentiã aſtutiãq; cernebat:plus tñ eam obſtupeſce
re faciebat domus:quę ſilua lybani uocabat᷑ :& quotidianaꝝ opulẽtia cœnaꝝ: & appa
ratus eius & miniſteriũ & ueſtes miniſtrantiũ:eorumq; decens circa ſuũ officiũ diſcipli
na:p̃cipue tñ ſacrificia quę quotidie deo celebrabant᷑ : & ſacerdotũ circa hęc necnõ ma
xima diligẽtia leuitarũ.Hęc uidens diebus oĩbus nimis admirabat᷑.Et cum non poſſet
tacere miracula q̃ uidebat uerbis uoluntatẽ ſui cordis aperuit dicens ad regẽ qbus ſuã
mẽtẽ uictã eſſe mõſtrabat.Cuncta inqt o rex quæ p auditũ ueniunt ad notitiã:cũ qua-
dã incredulitate ſeu dubitatiõe ſuſcipiunt᷑ : tuoꝝ uero bonorũ quę & ipſe in te poſſides:
hoc eſt ſapientiã & prudentiã:& quę tibi p̃ſtant᷑ ex regno:non eſt mẽdax fama:ſed ue-
ra:licet multo minor q̃ in pręſenti cõſpicio.Nã opinio auribus qdẽ aliqd ſuadere nitit᷑:
dignitas uero rerum nõ ita fieri nota:ſicut aſpectu & ipſa pręſentia cõprobatur.Ego ſi-
quidẽ neq; his quę nũciabãtur pp multitudinẽ & magnitudinem credẽs:multo potio-
ra cõſpexi:& beatũ dico populũ hębreoꝝ ſeruoſq; tuos pĩter & amicos:q quotidie tuo
uultu fruunt᷑ :& ſapiẽtiã audire ꝓmerent᷑.Qui ẽt nõ bñdicat deũ:ſic hãc diligẽtẽ ꝓuin
ciã & eius hĩtatores:ut te ad regni culmẽ eueheret᷑.Oñdẽs ãt poſt uerba hec quẽadmo
dũ eius regis habuiſſet effectũ:ẽt muneribus aperuit ſuę mẽtis indicium.Viginti nãq;
auri talenta regi dedit : & aromatum innumeram multitudinem : & lapides precioſos.
Dicunt aũt:quia & radicem balſami quam hactenus fert noſtra prouincia:ipſe dederit
regi.Cui ẽt e diuerſo ſalomon bona multa donauit:et maxime q̃ ipſa deſideranter elige
ret:nihilq; fuit quod poſtulanti nõ p̃beret:pronius dabat q̃ illa petierat:quã q̃ ipſe ma-
gis offerret:eãq; ſuæ largitatis munere p̃currebat.Regina itaq; ægyptiorũ et ethiopiæ
dans:et ruſum dona recipiens quę p̃diximus:ad ꝓpria remeauit.Eodẽ tpe delati ſunt
regi a terra q̃ uocat᷑ aurea lapides p̃cioſi:et ligna pinea qbus uſus eſt ad fortitudinẽ tẽ-
pli domũq; regalẽ et ad inſtrumenta muſicorũ fecitq; ex eis cytharas et nablas ut dice
rent deo hymnũ leuite.Oĩum uero rerũ q̃ fuerant quocũq; tpe regi delata:ea q̃ illo die
deuecta ſunt magnitudinẽ & pulchritudinẽ p̃cellebant.Nullus igit᷑ arbitraret᷑ ꝙ ligna
pinea quę nunc ꝓpter præcia uendentiũ ſic appellant᷑ illis uicina ſint:illa ſiquidẽ uiſio
ne rotunda quaſi pinea ſunt:ſed multa candidiora:& ualde fulgentia . Hoc aũt dixi ut
nullus naturã uere pinus ignoret.Quia uero ꝓpter utilitatẽ regis eius memoriam feci-
mus oportunũ ẽẽ iudicamus:ſignificare allati auri illo tpe quantitatem: q̃ fuit pondere
talentorũ ſexcentorum ſexagintaſex:nõ reputatis eis:q̃ negociatores emerant:neq; q̃
dono arabie toparchie:regeſq; mittebant.Conflauit ergo aurũ:ut ducentas lanceas fa
ceret: q̃ ſiclos ſexcentos haberent.Fecitq; & ſcuta trecenta uno quoq; habente auri mi-
nas tres:poſuitq; eas in domũ q̃ ſilua libani uocat᷑ : necnõ & coopcula ex auro & lapi-
dibus p̃cioſis ad conuiuia neceſſaria p̃parauit.Dũq; uno p̃cipuo artifice hęc feciſſet:etiã
alia uaſorũ opa largitate auri u taceret exqſiuit.Non enim aurũ aut argentũ uendeba-
tur aut emebat᷑ :ſed multæ fuere naues quas rex in mari tharſico cõſtituerat:ut interio
ra gentiũ penetrarent:& oĩa cõpararent:& cõparatũ aurum argentũq; regi deferrent:
necnon & elephãtes:& pauos:& ſimias.Nauigio uero euntes & redeũtes tribus annis
ĩplebant.Tunc enĩ regis illuſtris opinio oẽs in circuitu ꝓuincias circuibat:uirtutẽ eius
ſapientiãq; ubiq; diuulgans:ita ut oẽs undiq; reges deſiderarent eius aſpectũ : propter

incredulitatē reꝝ quæ de eo referebanť:magniſq; muneribus ſuū circa eū ſtudiū demōſtrabant. Mittebāt itaq; ei uaſa aurea et argētea:ueſteſq; purpureas:& aromatū genera multa & currus & equos: & onagros:mulaſq; quæ uirtute et pulchritudine regi placerēt:ita ut curribus et equis priſtinis ex his q dirigebāť accreſceret curruū numerus quadringētorū:erāt enim primitus mille:et iter equoꝝ duo milia:cū primitus fuiſſent .xx. milia. Nutriebanť aūt ut eſſent pulchri pariter et curraces:et cōparatiōe facta:nec decētiores alii nec uelociores inuenirentur. Exornabantur aūt et aſcēſores eorū:primū decora iuuētute florentes:habēteſq; magnā ꝓceritatē:et ſatis alios excēdētes:lōgāq; diffundētes in equoꝝ ſeſſiōe cesariē: ex purpura tyria ueſte circūamicti:auriq; tincturā quotidie in ſuis comis adiicientes:ut equoꝝ capita ꝑcuſſo ſole auro radiante fulgerent. His circa eum armatis exiſtentibus:arcuſq; ferentibus:rex uectus in curru: & alia ueſte circūamictus:ſolitus erat exire ad quendā locum qui ab hieroſolymis duobus funiculis abeſt uocaturq; hortus:aquaꝝ rigatiōibus gratus & locuples. Huc ergo cauſa delectationis egrediebať circa res oēs maxima ꝓuidētia & ſtudio ſp utēs:& ubiq; cultus ac decorus exiſtēs:neq; uiaꝝ deſidiā habuit: ſed regias uias quę ad hieroſolymā ducerēt:lapide nigro ſtrauit:ut ēt ambulantibus non poſſent eē difficiles: & oñderēt diuitiaꝝ et impii dignitatē. Diuidēs aūt currus:et diſponēs ut ſingulis ciuitatibus certus coꝝ nūerus eſſet: paucos qdē circa ſe retinuit: urbes aūt ubi diſperſi ſunt ciuitates curruū nolauit. Argēti uero tātā multitudinē fecit rex in hieroſolymis abūdare: quāti erāt et lapides : ſed et lignis cedrinis q̄ prio nō fuerāt: ſicut arboribus mori cāpos iudeę ita cōpleuit. Iuſſit āt et negociatoribus cōmercita ex ægipto deferētibus:ut uēderēt ei currū unū cū duobus eqs dragmis argēti ſexcētis:quos ipſe regibus ſyrię et trās euphratē habitantibus deſtinabat. Qui dum fuiſſet omnium rerum glorioſiſſimus atq; religioſiſſimus : et prudētia et diuitiis excelleret uniuerſos:q ante eū hębreorū tenuerunt principatū : non in his uſq; ad terminū uitæ ſuæ ꝑmanſit:quando relinquens ſolēnitatū cuſtodiā paternarum:non ſine ſimili rerū quas de Dauid p̄diximus conuerſatus eſt:ſed circa mulieres & ueneriam intemperantiā turpiter exardeſcens non prouincialiū ſolūmō delectationē habuit fœminarū:ſed ēt multas ex alienigenis gentibus duxit uxores:ſydonias:& tyrias:ēt ammanitidas & idumeas:& leges eſt p̄uaricatus moſaicas:qbus ille cōtradixit alienigenis mulieribus hębreos debere miſceri:& deos illarum cœpit colere : ut mulieribus earūq; amori placuiſſet:cū legiſlator p̄dixiſſet :ne hæbreus alienæ regionis uxores duceret:ne forte illarū ſolēnitatibus mixtus & deos earū coleret:& a ueneratione proprii dei ꝓpiter ſe abſtineret. Sed hæc qdē deſpexit ſalomon irrōnabili amori conſtrictus:& ducēs uxores principū inſigniū uirorū filias numero ſeptingentas:& trecentas concubinas:ſuper has aūt & filiā regis ægyptiorū:repente captus ab eis eſt:ita ut earū ſectareť quoq; culturas. Et ideo cogebať fauoris ſui præbere & dilectionis inditia: ut more earū patriæ uiueret:& quæ illis eſſent grata cōpleret. Aetate ſiquidē ꝓcedente:& ratione propter tp̄s pariter infirmante:cū iā non poſſet ſtudia patria retinere:deū quidē ꝓpriū non ſolum illicitis uxoribus iugiter inhonorabat:ſed ēt ante hęc peccauerat:& circa legū cuſtodiā iā deceptus fuerat:quando boū ęneorū ſimilitudines fecit : quos mari ſubiecit:et leonū quos in ſuo ſolio regali decoris cā diſpoſuit. Non enim hęc facere fas erat: dū optimum et familiare paternę gloriæ et uirtutis habuiſſet exemplū:quod ei ꝓpter dei pietatē fuerat relictū. Hoc ergo non imitatus cū ſecūdo cū deus ꝑ ſomniū patrē monuiſſet ſequi: in gloria huius rei expers effectus eſt. Venit ergo propheta miſſus a deo dicens. Quia neq; iniquitas eius lateret eū:neq; diu in his eſſet leraturus:incriminatus ſimul : quia ei qdē non auferret iperiū:quō Dauid patri eius fuerat ꝓmiſſum:moriente uero eo:citius

filiũ hoc amittere:non tñ oẽm ab eo populũ receſſurũ:ſed decẽ qdẽ tribus eius traderet
ſeruo:duas aũt nepoti Dauid huius filio reſeruaret:et pp illũ q dilexit deũ:et ꝓpter hie-
roſolymoꝝ urbẽ:in qua tẽplũ habere decreuit. Hęc audiẽs ſalomon cõtremuit:et ual-
de turbatus ex oĩbus pene bonis in quibus erat repẽte eſt mutatus non multo tpe tran
ſeunte ex quo hæc eniipſa ꝓuenere quę p̄dicta fuerũt a propheta. Mox ſuſcitauit ſup eũ
deus inimicum adat noĩe:quaꝝ inimiciciarũ cauſa fuit hmõi. Hic adat puer erat gene-
re idumeus de ſemine regio natus. Qui dum ioab princeps militię Dauid uaſtaſſet idu
meã:& oẽs qui armis uti poterant ſex mẽſibus pemiſſet:fugiẽs uenit ad pharaonẽ ægy
ptioꝝ regẽ qui eũ magna largitate ſuſcipiẽs dedit ei domũ & ꝓuinciã ad habitandũ. Et
cũ creuiſſet dilexit eũ: ita ut ei uxoris ſuæ ſororẽ noĩe talphim daret uxorẽ:ex qua natus
eſt ei filius:& inter filios regis eſt nutritus. Audiens ergo in ægypto Dauid mortẽ pĩter
& ioab, accedẽs ad pharaonẽ rogauit ut eũ ad ꝓpria remeare pmitteret. Cũq; regreret
rex cur hoc peteret:aut quid paſſus eum relinquere deſtinaret: cũ ſæpius ei inoportune
& nimis inſiſteret atq; rogaret, tunc qdẽ dimiſſus nõ eſt:ſed tpe quo iã ſalomon in ma-
lis erat pp p̃uaricationes p̄dictas & deinde pariter irã, dimiſſus adat a pharaone uẽit in
idumeã. Et cũ eã nõ potuiſſet a ſalomone exercitu retollere:qa multis p̄ſidiis ſeruabat:
nec eẽt facilis eius inuaſio, ſurgens inde uenit ſyriã. Iunctus aũt illic cuidã raam noĩe:q
regẽ ſophone adrazaꝝ dominũ ſuũ fugerat:& ꝓuinciã latrociniis deuaſtabat:eiq; ami
ciciis copulatus:cũ haberet ille circa ſe latronũ maximã multitudinẽ aſcendens & ten-
dens ſyriã:rex eius effectus eſt. Tunc quoq; diſcurrens iſrahelitaꝝ prouinciã affligebat
& adhuc uiuẽte ſalomone uaſtabat. Et hæc qdẽ hębreis prouenerũt per adat. Inter hæc
autem hieroboam filius nabath ſurrexit contra ſalonem et quoſdam contribules ſuos
ſecundũ prouinciã olim ſibimet dictã. Is cum eſſet puer a patre derelictus et erudiretur
a matre, uidens ſalomõ robuſtũ et nimis ſtrenuũ eũ ſup edificiũ murorũ eſſe conſtituit:
quãdo munitionẽ ꝓpugnaculorũ in hieroſolymis fecit. Qui ita in hoc opere laborauit:
ut rex eũ approharet: eiq; principatũ militiæ ſup tribũ ioſeph conferret. Illo itaq; tpe cũ
hieroboã ueniret hieroſolymis, occurrit ei propheta de ciuitate ſylo noĩe achia. Quẽ dũ
ſalutaret deflexit eũ paululũ ex itinere ad quẽdã locũ ubi nullus alius intereſſet:et diui
dens ſuũ palliũ quo erat indutus in duodecim partes:iuſſit ut hieroboam decẽ ex his ſu
meret p̄dicens ꝙ deus hæc uellet:ut ſciſſo principatu ſalomonis:filio quidẽ eius propter
promiſſionẽ Dauid duas relinqueret tribus:& illi decẽ:quõ ſalomon in eo peccaſſet: &
mulieribus earũq; diis ſe lprouide ſubdidiſſet:ſciens inqt cãm ꝓ qua deus ſuã dilectio-
nẽ a ſalomone ſubtraxit: eſto iuſtus & eius cuſtodi p̄cepta propoſitã habens palmã de
pietate & honore dei p̄cipuã. Talis utiq; futurus:qualẽ noſti fuiſſe Dauid. Elatus itaq;
hieroboam ex ꝓphetæ ſermonibus cũ eſſet natura feruenti iuuenis: & rerũ grandium
appetitu imenſus non qeſcebat:ſed cũ ueniſſet ad exercitũ:habens memoriã eorũ quæ
ei dixerat achias, repente niſus eſt populo ſuadere:ut a ſolomone recederet:& regnũ ei
contraderet. Cognoſcens uero ſalomon eius uoluntatẽ & dolũ q̃rebat ut eũ cõpręhen-
dens:uelociter interimeret. Quod dũ cognouiſſet hieroboam:fugit ad ſeſach ægyptioꝝ
regẽ:& uſq; ad ſalomonis obitũ ibi moratus eſt:& ne quid pateretur lucratus & futuro
ſeruandus iperio. Mortuus eſt itaq; ſalomon:ualde longeuus:qui regnauit quidẽ annis.
xl. uixit aũt quattuor & nonaginta:& ſepultus eſt in hyeroſolymis:cunctos fœlicitate
& prudentia & diuitiis reges excellẽs:p̄ter illa in quibus circa ſenectutẽ deceptus mu-
lierũ ardore preuaricatus eſt:de quibus & de malis quę propterea prouenirẽt hæbreis:
oportunius explanabo.

Cap. IIII.

p Oſt mortẽ ſalomonis iſ eius regno filio ſuccedẽte roboã:ex muliere ammanitide

naama noĩe ꝓcreato, repẽte miſerũt ĩ ęgyptũ prĩceps populi:et reuocauerũt hieroboã.
Qui dũ ueniſſet ad eos in ciuitatẽ ſycimorũ, ẽt roboã uenit in eã. Placuerat enĩ ut illic
cõuenientes iſrahelitæ eũ cõſtituerent regẽ. Adeũtes ergo eũ principes populi ſimul et
hieroboã:rogabant dicẽtes ut aliqd de ſeruitio relaxaret: et melior eẽt patre:cuius fue-
rant ꝑgrauati iugo:ut et ipſi deuotiores eẽnt:et propter manſuetudinẽ potius q̃ timorẽ
ei ſeruirẽt ac diligerẽt. Qui dũ poſt tres dies reſponſurũ ſe eoꝝ petitiõibus dixiſſet, mox
qdẽ eos ſuſpectos fecit:cur nõ repẽte quæ petebat̃ annueret. Nam rẽ bonã & humanã
eſſe iudicabant:& magis in iuuene: attamẽ & in eo ꝗ cogitare ſe dixerat:& non repẽte
negauerat:ſpem aliquã faciebat. Qui cõuocatis paternis amicis:tractabat cũ eis quale
deberet populo ꝓbere reſponſum. Illi uero quę deuoti facerẽt naturã uulgi utiq; ſciẽtes:
monebant ut manſuete loqueret̃ ad populũ: & cõmunius quã regibus exigeret faſtus:
ut Ita fauorẽ ſibimet obligaret:dũ naturaliter diligant ſubiecti potius mãſuetudinẽ re-
gũ:quã cõminationẽ. Tunc ille optimũ cõſiliũ forſitan deo uolẽte deſpiciẽs: uocãs ado-
leſcẽtulos ſecũ nutritos:eiſq; pandẽs ſenioꝝ conſiliũ:quod oporteret fieri iuuenes exq-
ſiuit. Illi uero cum neq; iuuẽtus: neq; deus meliora eos tractare ꝑmitteret:monuerũt ut
aſperius reſpõderet ad populũ:& inferiorẽ ſuũ digitũ:lumbis paternis diceret uaſtiorẽ.
Et ſeueritatẽ quã fuerant in illo cõperti:in ſe multo potiorẽ agnoſcerẽt: & ſi ab illo fla-
gellis caſtigati ſunt:cedi a ſe ſcorpiis expectarẽt. In his delectatus rex:et credẽs dignita-
ti regiæ cõuenire reſpõſum:cũ die tertia plebs auditura ueniſſet: et oĩs populus uideret̃
ſuſpẽſus eẽ:ut uerba regis audiret:credẽs aliqd fore clemẽtius:relinquẽs ille conſiliũ ſe-
nioꝝ reſpondit adoleſcentiũ. Hæc aũt dei uoluntate gerebant̃:ut quæ ꝓdixerat achias
perducerentur ad terminum. Tunc ergo cuncti ei ſermonibus uelut opere iam percuſſi:
& dolentes quaſi iã experimẽto ipſaꝝ rerum quę dicerẽtur afficerẽtur:indignati ſunt et
oẽs pariter uoce magna clamauerunt:nihil ſibi poſt illum diẽ eſſe cõmunem ad genus
Dauid uel q erant ex eo progeniti:ſed ſolũ templũ ei cedere quod pater eius edificaſſet:
cumq; interminati ſunt ſe relicturos:& ſic amare iracundiã ſeruauerunt:ut dum miſiſſet
rex roboã quendã nomine adorã ſup tributa conſtitutũ:q eos aliquõ mitigaret:& poſt
ſermones q petuãlter ab ętate iuuenili ꝓlati fuerant:ad concordiã reuocaret, paſſi non
ſunt:ſed cũ lapidantes interemerunt. Quod dũ uidiſſet roboã: credens quoq; ſe lapidã-
dũ:metuens ne & ipſe tale aliqd ſuſtineret:aſcendens in currũ fugiẽs mox uenit in hie-
roſolymam. Et tribus qdẽ iuda ſimul & beniamin eũ cõſtituere regẽ:reliqua uero plebs
ab illa die recedens a filiis Dauid:dominũ rerũ hieroboam eſſe conſtituit. Roboã uero
ſalomonis filius cõuentu facto duarũ tribuum in qbus regnabat:ſumens ex eis electos
milites centũ octoginta milia uirorũ:contra hieroboam & cõtra populũ dimicare cogi
tabat:quatenus eũ ſubderet ſibi bello ſeruiturũ. Prohibitus uero ẽ a deo p ꝓphetã Ra-
meũ:ut bellũ inferret:eiſq; dicebat non eſſe iuſtũ ut aduerſus cõtribules dimicarent:cũ
ab eo dei uoluntate populus receſſiſſet. Quo facto:nequaq̃ egreſſus eſt ad ꝓliũ. Diuiſo
itaq; regno prius narrabo q̃cũq; hieroboã iſrahelitarũ rex egit. Deinde q̃ a roboã duaꝝ
tribuũ rege geſta ſunt explanabo. Sic enĩ totius ordo hiſtoriæ ſeruabit̃. Igit̃ hieroboam
inſtitutus in ſycimorũ ciuitate regalibus: ibidẽ morabat̃: quod ẽt in phanuel ciuitate
fecit. Dũq; non multo poſt ſcenophegiæ feſtiuitas imineret:cogitans hieroboam qa ſi
ꝑmitteret populo ut deum in hieroſolymis adoraret:pergens & feſtiuitatẽ illic ſolemni
ter agens pœnitentia duceretur:& propter templum:& propter dei religionem forſitan
metuens ne eum quidẽ relinqueret:ad regẽ uero priſtinum temearet. Et ob hoc mortis
ꝑicula ſibimet imminerẽt:opus hoc malignum ſua cogitatione molitus eſt. Fecit duas
uitulas aureas & totidẽ tẽpla conſtruxit;unum quidẽ in ciuitate bethel;aliud circa dan:

q̃ ad fontes

q̄ ad fontes iordanis minoris uidet̃ exiſtere:poſuitq; has uitulas in tēplis quas p̄diximus
ciuitatū:& rex inuocās decē tribus quibus ipſe regnabat:his uerbis cōtionē fecit ad po
pulū. Viri cōtribuli noſſe uos puto:q; oīs locus habeat deū:& non oſtēdit̃ locus in quo
ꝓprie p̄ſens eſt ſed ubiq; ſemp exaudit:& cultores ſuos intēdit. Vnde mihi nō uidet̃ ne-
ceſſitatē uos pati ad hieroſolymā properandi ad hoſtiū utiq; ciuitatē:ut adoretis deum
longo itinere fatigati. Homo enim illic edificauit tēplū : & ego feci duas uitulas aureas
deo equiuocans.quarū unā quidē in bethel ciuitate dedicaui:aliam uero in dan urbe cō
ſtitui:quatenus quicunq; ueſtrū eis urbibus ſunt uicini adorent in eis deum. Conſtituā
ergo ex uobiſipſis ſacerdotes earūq; leuitas ut tribu leui nequaq̄ neq; aarō filiis egeatis
ſed q uoluerit eſſe ſacerdos offerat uitulū deo & arietē unū quod & primum pontificem
aaron feciſſe dicunt. Quod dū dixiſſet ſeduxit populū ut a patria religione recedēs ꝑua
ricaretur leges. Hoc itaq; hæbreis malorum fuit initiū & qui cuncta deuicerant p̄liis in
alienarū ſunt gētiū ditione ſubiecti. Sed hęc quidē opportune narrabimus. Igit̃ dū iſta
ret.vii.mēſe feſtiuitas,uolēs & ipſe eā ita i bethel agere ſicuti duæ tribus in hieroſolymis
celebrabant:ante uitulā qdē edificauit altare & ipſe pōtifex factus cū ſacerdotibus ad al
tare conſcēdit. Cūq; eſſet hoſtias & holocauſta corā populis oībus oblaturus: uenit ad
eū hieroſolymis propheta noīe iadan:miſſus a deo. Qui ſtans in media multitudīe:ſtāte
etiā rege:faciēs ad altare ſermones:deus inquit futurū quendā eſſe p̄dixit ex genere Da
uid noīe ioſiam:q non tm̄ tēporis illius ſupra te & altare falſos pimat ſacerdotes : ſed ēt
oſſa hoꝝ populoꝝ ſeducētiū & errorū eorū & ipiorum ſup te tunc ſimul exurat. Vt aūt
credant hoc futurū:ſignū eis nunc prædico faciēdum:ſubito enī rumpetur hoc altare:&
oīs pinguedo ſacrificioꝝ ſup illud poſita fundet̃ in terrā. Hæc dicēte ꝓpheta:īdignatus
hieroboā:manū extendit: præcipiens eum cōtinuo cōprahendi. Cuius manus mox eſt
arefacta:nec ualuit eam deīuo reuocare:ſed habuit eam marcidam & ſolutā . Ruptum
ergo eſt repēte ſacrariū:& ſicut ꝓpheta prædixerat cūcta diffuſa ſunt. Cūq; uideret ſera
cē hominē:& pręſentiā diuinā habere cognoſceret :rogauit ut ſupplicaret deo:quatenus
eius dextera curaretur. Quo rogante deū:manū ſibi naturaliter reſtitutā gaudebat:ꝓ-
phetāq; rogabat enixe:ut eius conuiuiis intereſſet. Iadan uero dixit:nō ſe pati ut ingredi
ret̃ ad eū: nec panē aut aquā in ciuitate guſtaret:hoc ſibi pręceptū a deo dicens:ut ēt &
alio quā unde uenerat itinere remearet. Huius igitur abſtinētiā rex miratus:erat ī timo-
re poſitus:& p mutationē rerū ex his quæ dicta fuerant:nō ꝓſpera ſibimet īminere crede
bat. Erat aūt quidā in ciuitate ſenior:malignus homo:falſuſq; ꝓpheta quē hieroboā ma
gnis ſtudiis honorabat:cū eo dicēte quę illi grata forent crebro decipetur. Iſte itaq; tunc
erat in lectulo pp ſenectutis infirmitatē. Filiis aūt indicantibus ei ꝓphetā q de hieroſoly
mis uenerat:& de ſigni effectu:& quō arefacta manus dextera hieroboā:illo orante fue
rat reſtituta:metuēs ne pegrinus eēt melior apud regē:& potiori honore frueret̃ :præce
pit filiis:ut ei repēte ad iter aſinum ſtratū prępararēt. Quibus p̄ceptū feſtinanter iplen-
tibus:aſcēdēs proſecutus eſt prophetā:& inueniēs eum ſub alta & umbroſa ilicis arbore
quieſcētē:ſalutauit primū deinde culpauit:cur apud eū non intraſſet : & eſſet eius hoſpi
talitate participatus . Quo dicēte ſe a deo prohibitū:ut apud quēquā in illa ciuitate gu
ſtaret:nō inqt ꝓhibuit diuinitas ut meā mēſulā deuitares. Nam & ego ꝓpheta ſum &
in ea tecū religione cōis:& adſum nūc miſſus a deo:quatenus te comeſſurū ad me dedu
cā. Ille uero credēs mētiēti:reuerſus eſt. Quibus adhuc prandētibus & pariter epulanti
bus:deus apparuit iadan:eiuſq; mandata preuaricantem dixit ſupplicia ſuſtinere: & q̄li
tatem poenę continuo declarauit:leonem ei occurſurum in itinere quo laceraretur:& q;
ſepultura patria priuaretur dixit. Hęc autem facta reor uoluntate diuina:ut hieroboam

nequaq̃ uerba iadan metueret:quaſi fallacis & ita defuncti.Remeãte ſiqdẽ iadan rurſus
in hieroſolymã:occurrit leo:& deiiciens cũ de aſino peremit:& aſinum qdẽ in nullo no
cuit:ſe cũ eo ſedẽs & illũ & corpus ꝓphetę magna tuitiõe ſeruabat:donec aliq iter agẽ-
tium uidẽtes hoc:& uẽiẽtes in ciuitatẽ falſo ꝓphetę denunciarẽt.Qui miſſus filiis:eius
corpus deuexit ĩ ciuitatẽ:ac ſplẽdida pompa eius celebrauit exequias:pręcipiẽs filiis ut
ipſum mortuũ cũ illo ſepelirẽt:dicẽs ꝙ omnia qdẽ uera eſſent quęcũq; ille prophetaſſet
aduerſus illã urbẽ:& altare & ſacerdotes:necnon & cõtra falſos ꝓphetas:& ꝙ ipſe poſt
mortẽ non pateret̃ iniuriã:ſi cũ eo ſepultus:& eius oſſibus copulatus:propter ſocietatẽ
oſſiũ ꝓphetę nõ poſſet agnoſci.Sepeliẽs ergo ꝓphetam:& filiis iſta pracipiẽs:cũ eſſet
malignus & impius:acceſſit ad hieroboã eiq; dixit. Quare turbatus es uerbis fatui ui-
ri?Cũq; illi rex de ſacrario & manu ſua narraret:ſanctum uere & prophetam egregium
eum uocans:cœpit deſtruere eius opinionẽ:& uериſimilibus utens : rerũ geſtarum credi
tam ĩminuere ueritatẽ.Nitebatur enim ſuadere:quia pro labore portandi multa ſacrifi-
cia:eius manus obſtupuiſſet:& deinde cũ requieuiſſet:ad naturã propriã denuo remeaſ
ſet.Altare autẽ cum prius fuiſſet uacuũ:ſuſceptis multis hoſtiis & ingentibus : propter
onus impoſitorum fuiſſe ruptũ & cecidiſſe dicebat:ſignificauitq; ei ſimul ita mortẽ eius
qui hæc ſigna prædixerat:eo ꝙ fuiſſet a leone diſcerptus:& nihil eſſet quod propheta lo
cutus eſt.Hæc ergo dicẽs regi ſatiſfecit:eiuſq; mentẽ pœnitus auertit a deo:& a ſanctis
operibus:& ad actus impios euocauit. Qui rex tantã deinceps contumeliam diuinitati
fecit:& ita contra leges atrociter inſiluit:ut nihil aliud quotidie quereret:quã ut aliquid
noui ſuper ea quæ iam perpetrauerat ſcelera cumularet.Igitur de hieroboã hæc ĩ præſen
ti dixiſſe ſufficiat.Filius autem ſalomõis roboã:qui ſicut prædiximus ſuper duas regna-
uit tribus:edificauit munitiſſimas ciuitates & magnas:bethleẽ & icã & thecos & beth
ſura & ſocho & odollã:& hipam:& mereſam:& zipha:& adoram:lachis:& zetherã:&
hellum:& ebron.Has quidẽ in ſorte iuda primas edificauit : fecitq; & alias ꝑcipuas in
ſorte beniamin:muriſq; circundãs:cuſtodes iſtituit uniuerſis:& principes multumq; fru
mentũ ſimul & uinum & oleum:& alia quę ſingulis ciuitatibus pro cibariis eſſent ne-
ceſſaria:largiſſima ubertate recondidit:inſuper aũt & ſcuta & iacula nimis ĩnumera.Cõ
uenerũt aũt ex oĩbus iſrahelitis ſacerdotes ad eum in hieroſolymam pariter & leuitæ:&
qcũq; alii de populo erãt boni uel iuſti:relinquentes proprias ciuitates:ut culturã dei in
hieroſolymis exhiberẽt:minimeq; libenter audiebant dũ compellerentur uitulas adora
re:quas fecit hieroboã:& auxerunt imperiũ roboã per tres annos.Qui dum cognatam
quãdam duxiſſet uxorẽ & tres ex ea filios ſuſcepiſſet : poſtea quoq; duxit nomĩe machã
natã de thamar:filiã abſolonis:quę & ipſa uidebat̃ eſſe eius cognata:de qua natus eſt ei
filius maſculus:quẽ abiam appellauit:habuitq; filios ex aliis coniugibus:ſed ſup oẽs po
tius diligebat machã.Habuit aũt lege ſibi coniunctas uxores decẽ & octo : cõcubinas
uero triginta.Et filii qdẽ ei nati ſunt octo & uigiti:filię uero ſexaginta . Succeſſorem ſui
regni conſtituit abiã ex macha ꝓcreatũ:cui et theſaurũ et munitiſſimas credidit ciuita-
tes.Reor enim q͞a ſæpius cã malorũ et iniqtatis exiſtat hoĩbus magnitudo rerũ:carũq;
ad potiora conuerſio.Vidẽs nãq; roboam regnũ ſuum his cremẽtis augeri:ad impias et
iniuſtas cõuerſus eſt actiones:et ſpreuit dei religionẽ:ita ut et populus eius imitaret̃ ini
quitatẽ cũ maioribus.Nã cũ ꝑcipuum moribus corrumpitur conuerſatio:ledit̃ deuotio
ſubiectorũ:et cũ uiderint illorũ luxurias:ſuę caſtitatis merita reſpuẽtes quaſi uirtutẽ eo
rũ imitari nitunt̃ illecebras.Nõ enim opera principum approbare uiderẽtur:niſi etiam
ſimilia agerent.Hoc igit̃ accidit ſubiectis roboam.Nam cũ ille ageret ĩpie et iniq;:ſtu
debant et illi non eſſe iuſti:ne rex uideret̃ oſtendi. Cap.V.

Vapropter uindicem ſuper hębreos miſit deus regẽ ægyptiorum nõie ſeſach : de
q quo narrans Herodotus:actus proſtremo eius adiũxit. Hic enĩ ſeſach q̃nto ãno
regni roboam cum multis milibus exercituũ caſtrametatus eſt . Sequebanť enĩ
illum currus mille ducenti equitum uero ſexaginta milia & quadraginta milia peditũ:
quorum plurimos habebat libyas & ethiopes. Inuadẽs itaq; regionẽ hębreorũ:mũitiſ
ſimas roboam ciuitates ſine dimicatione detinuit & nouiſſime armatus ad hieroſolymã
uenit:ubi roboam et eius exercitus propter militiã ſeſach tenebatur incluſus: deũq; ro⸗
gabãt ut eis uictoriã ſalutẽq; cõferret. Quos tñ non exaudiuit deus nec eis pugnaturus
ſpẽ uictorię ꝓmiſit. Propheta quoq; ſameas ait deũ eis interminari:eoſq; relicturũ ſicut
ipſi eius uidebanť deſeruiſſe culturã. Hęc audientes aĩo ſunt ſoluti & dũ nullã uiderent
in ſe ſalutẽ confitebantur oẽs q̃ eos deus iuſte deſpexerit cũ ipſi circa eũ impie crudeli⸗
terq; geſſiſſent & eius legitima ſpreuiſſent . Quos uidens deus ita deiectos et ad pñiam
fuiſſe pductos non ſe perditurũ eos ꝓphetæ dixit ſed ægyptiis tantũ fore ſubdendos ut
agnoſcerẽt:utrũ hoibus ſeruire eſſet infatigabilius:an certe deo. Capiẽs ergo ſeſach non
lege bellica ciuitatem:ſed pactis præcedentibus roboã eũ ſuſcipiẽte propter timorẽ:in⸗
greſſus fœdera nõ ſeruauit:ſed & templum expoliauit & theſauros dominicos & regios
exhauſit:auri & argenti multa milia & innumerabilia ſecum deuehens ornamẽta:& ni
hil omnino illic derelinquens. Abſtulit aũt & aureas lanceas:& ſcuta q̃ rex fecerat ſalo
mon:ſed neq; pharetras aureas dimiſit:quas Dauid ſumptas a rege ſephone deo dicaue
rat. Quod cũ idẽ ſeſach feciſſet:ad propria remeauit. Meminit aũt huius prelii & Hero
dotus alicarnas:qui ſolummodo circa regis nomen errauit. Sed q̃a & gentes alias mul⸗
tas inuaſit & paleſtinam & ſyriam ſubiugauit:capiens ſine prælio cunctos in ea regiõe
degentes, unde palam eſt quia noſtrã gentem ſubditã ægyptiis indicare uult. Ait ergo:
q̃ũo & ſtatuas eorũ qui ſine prelio ſe tradiderunt reliquerit:& mulierum genitalia in eis
celauerit. Roboã & enim rex noſter ei tradidit ſine prelio ciuitatem. Dixit aũt ethiopas
ab ægyptiis didiciſſe genitaliũ circunciſionẽ phœnices aũt & ſyri ĩ paleſtina fatenť hoc
ſe ab ægyptiis didiciſſe & palã eſt: q̃ũo alii nulli circuncidunť ſyrorum ĩ paleſtina habi
tantiũ ꝑter noſtros. Sed de his ſentiat q̃s quod uoluerit. Igiť diſcedẽte ſeſach:robã rex ꝓ
aureis lanceis & clippeis:erea eiuſdẽ numeri fecit:cuſtodibus regalibus ſeruãda tradidit
& q̃ cũ ſplendẽti principatu & claritate rerũ debuerat impare:& ſub multo ſilẽtio & ti⸗
more regnauit:fuitq; hieroboã regi cunctis tẽporibus inimicus. Mortuus eſt aũt cũ ui⸗
xiſſet q̃nquaginta & ſeptẽ annis:in q̃bus regnauit decẽ & ſeptẽ uir ſupbus:& fatuus:&
nolens paternis amicis credere:pdiderat principatũ:ſepultuſq; eſt in hieroſolymis in tu
mulis regũ. Roboã itaq; ſucceſſit ĩ regnũ filius abia:cum hieroboam octauũdecimum
annũ haberet in regno. Et quidem huiuſmodi fine conſumpta ſunt. Cõſequens eſt nũc
ut de hieroboã dicamus:quemadmodum & ipſe fuerat conuerſatus. Is enim non quie⸗
uit iniquitates facere corã deo:ſed quotidie in excelſis montibus erigebat aras:& ſacer⸗
dotes de populo eligebat. Contra quas impietates ſupplicia non poſt longum tempus
in eius caput & totius generatiõis ipſius erat relatura diuinitas. Illa ſiquidem tempeſta
te cum eius filius nomine abimen egrotaret:dixit uxori ſuæ ut mutata ueſte priuatũ ſce
ma ſuſcipiens:iret ad achiam ꝓphetã:aſſerens eũ uirũ eſſe mirabilem: & futura predice
re:qui ẽt de regno ei ſignificaſſet:& ab eo quaſi peregrina requireret:ſi puer languorem
poſſet euadere: Quæ mutata ueſte ſicut maritus ei preceperat:uenit ĩ ſylo ciuitatẽ: ubi
morabatur achias. Cũq; foret domũ illius ingreſſura:cũ eſſet iã ꝓphetæ uiſus ſenectute
grauatus:apparuit deus ei:utrũq; denũciãs: & q̃a hieroboã regis ad eum ueniret uxor:
& quid deberet pro quibus aderat reſpõdere. Qua in eius domũ ueniente:uelut priuata

ſimul & pegrina:Ille clamauit.Ingredere uxor hieroboā.Quid te celas.Deū latere nō
potes q mihi & te uētura eē denunciauit:& imperauit quæ tibi dicā. Reuertere igit̃ ad
maritū:& dic ei hęc dixiſſe deū.Quō te magnū ex paruulo & nihil exiſtente cōſtitui re
gē:& ſcindens regnū a genere Dauid tibi cōtradidi:tuq; horū nō recordatus:meāq; re-
ligionē deſerēs:fuſileſq; deos efficiēs illos potius honoraſti:deiiciā te denuo:& oē tuū
genus exterminabo & canū uoracitati uolatiliūq; præbebo :& qdā a me ſuſcitabit̃ rex
totius populi:q de genere hieroboā nullū penitus remanere pmittat.Participabat̃ aūt
iſto ſupplicio ēt populus:et copioſa terra hac priuabit̃ :et trās eufratē ulterius diſpget̃ :
quō cuncti regis īpietates ſecuti:deos ab eo factos adorauerunt:et meā religionē uene-
rabilē reliquerūt. Tu uero mulier hæc marito feſtina renūciare: filiū uero tuū īuenies eē
defunctū. Te nāq; īgrediente ciuitatē:ſpiritū mox amittet:ſepelieturq; planctu populi
cōiter honoratus. Hic nāq; ſolus ex genere hieroboam bonus fuiſſe uidebat̃ .Hæc itaq;
ꝓpheta dicēte:exiliens turbata mulier de morte filii lamentans:p uiam feſtinanter ibat
lugens & ingemiſcens:filium utiq; quem in ſpe reliquerat uiuū ulterius non uiſura:quē
continuo moriturū eſſe crederet. Quæ dum ueniſſet in ciuitatē:filiū qdem ſicut ꝓpheta
dixerat inuenit extinctū:regi uero cuncta narrauit. Cap. VI.

Ieroboam itaq; nihil hoꝝ cogitans:multo exercitu congregato cōtra abiā filium
roboā:q ī duabus tribubus patri ſucceſſerat:caſtrametatus eſt:deſpiciebat enim
illū ꝓpter ætatē. Qui dū hieroboā inuaſionē audiſſet:obſtupefactus eſt:uerūta-
mē ultra prudētiā iuuētutis ad ſpē bellādi roboratus:electo ex tribub⁹ duab⁹ exercitu:
occurrit hieroboā ad quēdā locū q uocat̃ mons amorreorum:& caſtra circūfigēs:bello
neceſſaria pparabat. Erat eni eius exercitus quadraginta milia uiroꝝ:hieroboā uero ma
nus duplex erat. Cūq; exercitus ex utroq; ad opus bellicū & certamina cōmittēda eſſet
iam in acie conſtitutus:ſtās in loco excelſiore rex abia māu ſilētiū impauit:& hieroboā
petiit ut cum quiete prius ſe audiret:factoq; ſilētio cœpit hæc dicere. Nec uos eqdē igno
ratis:q deus principatū Dauid & eius ſoboli in tpe uniuerſo conceſſerit: miror aūt qūo
recedētes a meo patre:ſeruo ſuo hieroboā idecēter adheſeritis: & cū eo pugnaturi cōtra
eos q a deo regnare decreti ſunt nūc aduenistis:ut eorū regnū his pręliis auferatis. Ha-
ctenus itaq; regnū hieroboā iniuſte detinuit:quod nō reor maiori eū tpe poſſeſſuꝝ:q iō
pœnas etiā de pterito nūc ſoluēs:ab iniqtatibus & iniuriis nō ceſſabit:quas ei hactenus
inferre præſumpſit:ſed & uos talia perpetrare coegit:q nullā a meo patre paſſi cōtume
liā:& tū qa nō quæ uobis placerēt in cetu locutus eſt malignis hominibus credens:illū
quidē ut putatis ira faciente reliquiſtis:quod autem uerius eſt:a deo uos & eius legibus
abſtraxiſtis:cū potius iguoſcēdū fuerat nō uerbis ſolūmodo durioribus uiro iuuenculo
& contentionis ignaro: ſed etiā ſi ad aliquā difficultatē operis per iuuētutem fuiſſet ex-
pitiāq; pductus:eſſet pferēdus ꝓpter ſalomonē patrē illius:& beneficia uobis ſæpe col
lata:quę danda ſunt utiq; peccatis filiorū:pro beneficiis & affectu parentū. Vos autem
nihil eorum cogitaſtis:neq; tunc:neq; mō:ſed ſup nos tantus uenit exercitus. Vel ī quo
de uictoria cōfiditis? An in uitulis aureis & aris in montibus conſtitutis? quę ueſtrę ſunt
impietatis & non religionis indicia? An certe ſpem uobis multitudo præbuit? quia no-
ſtra caſtra tranſcēdit. Sed nulla uirtus illic eſt:ubi licet cū multis milibus aliqs pugnat
iniuſte: ſolūmō enim iuſticia & pietate diuina ſpes uictoriæ conſtat īmota:quæ ſcilicet
& apud nos eſt:ſeruantes a principio leges:& deū ꝓpriū uenerantes:quē nō manus de
putreſcibili ſilua fecerunt:nec excogitatio mali regis ꝓ populi ſeductione cōſtruxit:ſed
cuius eſt opus principiū finiſq; cūctoꝝ. Vnde ſuadeo ēt nūc uobis: pœnitētiam pterito
rū ut habeatis & meliora cogitētes:dimicare ceſſetis:paternaſq; leges recolatis: & ge-

quid ad magnitudinẽ uos tãtæ fœlicitatis euexit. Hæc equidem abias eſt locutus ad po
pulũ. Adhuc aũt eo loquente: quoſdã militum hieroboã latẽter imiſit: ut abiã ex aliqui-
bus partibus circundarẽt: qua exercitus nõ uideret. Qui cum inter hoſtes apparuiſſent:
exercitus quidẽ eius conturbatus expauit. Abias aũt cõfortauit eos: & in domino ſpem
habere poſcebat. Tunc illi pariter inuocãtes dei ſolatiũ: ſacerdotibus tubis clãgẽtibus:
cũ clamore hoſtes aggreſſi ſunt. Et illorũ qdẽ audaciã ac iuuentutẽ diſſoluit deus: exerci
tũ aũt abiæ fecit excelſiorẽ. Nã quãta i illo bello referẽ cędes fuiſſe cõmiſſa: neq; gręco
rũ: neq; barbaroꝝ referũt hiſtoriæ. Abia aũt & filii iuda & beniamin de exercitu hiero-
boã mirabilem & famoſiſſimã poeperunt deo conferrẽte uictoriam. Quinquaginta mi-
lia enim hoſtiũ bello ꝓſtrata ſunt: eorũq; munitiſſimas ciuitates dirupuerũt: iſup bethu
liam eiuſq; regionem forti dimicatione tenuerũt. Hieroboam itaq; hac dimicatione fati
gatus: nequaq̃ uires habuit: quãtocũq; tẽpore poſt hæc abia uixit. Qui tamen poſt hãc
uictoriã ꝑuo tẽpore ſuperueniens: obiit cum regnaſſet annis tribus & ſepultus eſt in hie
roſolymis: in monumentis paternis. Reliquit autẽ filios quidẽ duos & uiginti filias aũt
decẽ & ſex: quos oẽs de uxoribus uigintiſeptẽ ꝓcreauit. Huic ſucceſſit i regno filius aſa:
cuius iuuenculi fuit mater nomine maacha. Hoc ergo mõ abię filii roboam nobis geſta
ſunt tradita. Mortuus eſt aũt & hieroboam rex decẽ tribuũ: cũ uiginti & duobus annis
tenuiſſet imperium: ſucceſſitq; ei filius nadab: ſecũdo iam anno regis aſa trãſacto: regna
uitq; hieroboam filius annis duobus: patris ĩpietati malitiæq; cõcordans. Cap. VII.

i N his autem duobus annis caſtrametatus eſt contra gebethon ciuitatẽ paleſti-
norum. Cũq; eam foret obſeſſione capturus: dolum paſſus a quodam amico no
mie baaſa meheli filio mortuus eſt. Qui poſt eius obitũ potitus ĩperio: omne ge
nus hierohoam interemit & euenit: ut ſecundum prophetiam dei: alii quidem cognatoꝝ
hieroboam in ciuitate mortui lacerarenẽ a canibus atq; conſumerentur: alii uero in agris
a uolatilibus deuorarẽtur. Et domus qdẽ hieroboã pro eius ĩpietate atq; iniquitate per-
tulit ultionẽ hac uice dignam. Cap. VIII.

c r Ex aũt hieroſolymoꝝ aſa dũ moribus eẽt egregius: ſemperq; ad diuinitatẽ reſpe
xerit nihilq; gereret neq; cogitaret: quod nõ eſſet pietati conueniẽs: aut ad legũ
cuſtodiã ꝑtineret ſuũ cõpoſuit regnũ: abſcidẽs cũctã ab eo nequiciã: & ab oĩ ma
cula emundans. Habuit autem exercitũ electoꝝ uiroꝝ arma gerentiũ ſcuta & lanceas:
de tribu quidem iuda trecenta milia: de beniamin autẽ ſcuta arcuſq; portantiũ: ducenta
quinquaginta milia. Cũq; iam decem regnaſſet ãnis: caſtra cõtra eũ mouit cũ maximo
nimis exercitu zara rex ethiopię: ducẽs pedeſtriũ qdẽ ducẽta milia: eq̃ſtriũ uero decẽ mi
lia: & currus trecẽtos. Qui dum uſq; ad ciuitatẽ moriſam quæ eſt in tribu iuda cũ exerci
tu ſuo ueniret: occurrit ei aſa: & caſtris cõtra eũ poſitis: i quadã cõualle noĩe ſabatatha:
nõ ꝓcul a ciuitate: cũ uidiſſet ethiopũ multitudinẽ: poſcebat a deo cũ clamore uictoriã:
& ut multa milia hoſtiũ ipſe ꝑimeret. Neq; eni & in alio cõfidẽdũ eſſe dicebat: quã in eo
q poſſet ẽt paucos multoꝝ potiores oſtẽdere: & facere ĩfirmos fortiſſimis ꝓualere. Hęc
orãte aſa ſignũ uictoriæ deus oſtẽdit: & cũ gaudio: diuinitatiſq; auxilio bello cõgreſſus:
multos ethiopũ ꝑculit: et cõuerſos in fugã ꝑſecutus eſt uſq; ad geraritidẽ regionẽ. Relin
quentes aũt occiſionẽ hoſtium: ad direptionẽ gentium ciuitatis gerarctine cõuerſi ſunt
quã ceperant: eorũq; ad caſtra protinus acceſſerunt: ita ut tollerent multum aurũ: mul
tũq; nimis argentũ: prædãq; deueherent ualde mirabilẽ camelosq; & ſubiugalia: & pe
cudũ greges inumeros. Aſa igiẽ & eius exercitus ſumpta hmõi a deo uictoria atq; p̃da: i
hieroſolymis remeauit. Quibus uenientibus occurrit in uia azarias noĩe propheta: & ꝑ-
cipiens ut paululum a greſſu itineris abſtinerẽt: cœpit ad eos dicere: q̃ illa uictoria fuiſ

ſet eis a deo cōceſſa. eo ꝙ iuſtos ſe ſanctoſq; ſeruaſſent: & omnia dei uolūtate feciſſent. Quos in eius mādatis ꝑmauentes dixit ſup hoſtibus ꝓualere: & habituros diuina uirtute fœlicitatē: relinquētes aūt eius religionē in cōtraria deuenire: futurūq; tp̄s: in quo nullus iueniret̃ uerax ꝓpheta in eo populo: neq; ſacerdos: q iuſte aliqd reſpōderet: ob quā rē ita ciuitates ſubuertēdas: & gentē in oī terra diſſeminādā: & uitā miſerabilē & inopē habituros: ſuaſitq; eis: ut dū hæc haberent bene agerent: & nequāq̄ a diuina deuotione recederēt. Hæc audiēs rex: & populus gauiſi ſūt: multū ſtudiū & oēs ī cōe: & ſinguli circa iuſticiā exhibebāt: miſitq; rex in oēm ꝓuinciā ꝓcipiēs ut legitima diligēter ubiq; ſeruarēt. Sic igit̃ aſa duaꝝ tribuū regis actio gerebat̃. Reuertar aūt ad regē baaſa q iſraheliticū populū poſſidebat: occideratq; nadab filiū hieroboā: & eius tenuerat principatū. Hic eni iter ſauli ciuitatē degēs: & hitaculum ibi cōſtituēs regnauit qdē ānis uiginti & q̄ttuor ſed fuit malign⁹ & ipius ultra hieroboā & filiū eius: & populū multis malis afflixit: & deo fecit iniuriā. Qui mittēs ad eū gimō ꝓphetā: dixit & ſe & oē gēus eius exterminaturū: & hiſdē malis qbus domū hieroboā ꝑdiderat ꝑdituꝝ ꝙ rex ab eo conſtitutus: bn̄ficiū nō repēſauit: ut iuſte & pie populo p̄ſideret: cū hæc primitus ipſis ꝓdeſſent: deide gratiſſima deo ſemꝑ forēt: ſed magis imitatus eſt peſſimū hieroboā: cuius dū depiſſet aīa uiueret tn̄ eius in iſto malignitas: dicebatq; ſuppliciū maloꝝ illius hūc habiturū q ei ſimilis extitiſſe uidebat̃. Baaſa aūt q̄uis ꝑ ꝓphetā audiſſet futurā ſibi ſuoq; generi ꝓ cōmiſſis ſceleribus ultionē: tn̄ de reliquo nō q̄euit: neq; reſpexit ꝙ male agēdo depiter igloriose: ſi nō pēitēdo ꝓ malis p̄teritis a deo uēiā mereret̃: ſed tanq̄ illi qbus p̄miū ꝓponit̃ laborare nō ceſſant: donec ad ꝓpoſita dona uēiāt. Sic & baaſa ꝓpheta p̄dicēte ſibi futura tāquā ſi ad magna bona cōcurreret: in ꝑniciē ſui generis: & totius domus interitū peior fieri quotidie nō ceſſabat. Nāq; uelut athletha neqciei ī his agebat̃ malis. Nouiſſime uero exercitu ſumpto: rurſus nō ignorabilē quādā ramath ciuitatē obſederat: q̄ quadraginta ſtadiis ab hieroſolymis aberat: eāq; capiēs: cogitauit ut in ea exercitū derelinq̄ret: q̄tēus & inde ꝓcedēs: terrā aſa regis īuaderet. Metuēs ēt aſa cōamē hoſtis qa poſſit exercitus q ramath cepat eius uiolare ꝓuīciā: miſit ad regē damaſcēoꝝ legatos: ſimul & aurū & argētū: petēs ab eo ſolaciū: & cōmemorās qa amiciciā antiqtus habuiſſent. Ille uero & pecūiaꝝ opulētiā grate ſuſcepit: & ſolatia p̄buit: ſoluēs amiciciā quā habuerat cū baāſa: miſitq; ad ciuitates q̄ baaſan uidebāt̃ ipio ſubiacere: ut eas affligeret. Qui alias qdē īcēderūt alias populati ſunt. i. eleō: & abella: et alias mſtas. Hæc audiēs rex iſrahelitaꝝ edificare qdē ramath atq; munire ceſſauit: reuerti uero cū ſtudio feſtinauit: ut ꝓpriis ferret auxiliū. Igit̃ aſa ex apparatu edificioꝝ quē baaſa congregauerat | cōſtruxit in eo loco duas fortiſſimas ciuitates: quarum altera gabaa: altera uero maſpha uocabat̃. Cap. IX.

e T poſt hoc tp̄s nō habuit iā baaſa pugnādi aduerſus aſa. Perēptus ē enim a creone: et ſepultus ī ciuitate therſa: cui ſucceſſit filius helan. Hic cū regnaſſet duobus ānis defūctus ē: quē occidit zamarias equorū ordinis dimidii princeps. Nā dum epularetur apud diſpēſatorē ſuū noīe oſa: ſuaſit qbuſdā eqtibus ut ſubito deſerētibus cū armigeris & principibus: deſolatū reperientes occiderēt. Illi nāq; cuncti circa obſeſſionem gabathenæ ciuitatis in paleſtina poſitæ occupati uidebāt̃. Perimēs itaq; helā regē princeps equoꝝ zamarias: ipſe regnauit: & omne baſan genus ſecūdum prophetiam gimon interemit. Eodem nāq; modo eius domus ꝓpter impietatem radicitus eſt euulſa: ſicut genus hieroboā piſſe deſcripſimus. Exercitus q gabathon obſidebat audiēs quod de rege cōtigerat: et ꝙ zamarias occidēs eū īuaſiſſet īperiū et ipi pricipē ſuū amari cōſtituere regē. Qui a gabathena urbe mouēs exercitū: uenit ī therſa: et accedēs ad ciuitatē: manu bellica eā cœpit. Zamarias aūt uidēs ciuitatē fuiſſe deſertā: fugit ad locū aulæ re-

gię ſecretiorē:& ſuccedēs eā ſemetipſum pariter cōcremauit:cū regnaſſet diebus ſeptē. Moxq; iſrahelitarų diuiſus eſt populus & alii qdē themā regnare uolebāt alii aūt amari. Cūq; uiciſſet pars amari interēptus ē themā & in toto exercitu regnauit amari. Triceſimo aūt anno regis aſa amari ſuſcepit imperiū & tenuit annis duodecim. Quorų qdē ſex annis ĩ therſa fecit reliquos āt in ciuitate ea q̄ mareō appellat̃ a grecis uero ſamaria. Hic aūt noīauit eā ſomareon a ſomaro quodā:q ei montē uenundauerat in quo ciuitatē cōſtituerat. In nullo āt differebat a ſtudiis priorū regū:niſi q; peior erat: oēs enim q̄rebant modū:quatenus ſuis ĩpietatibus quotidie populū facerēt a deo recedere:& ꝓpterea extinxit eos:& nullum permiſit ex eorum genere ſupereſſe. Et is ergo defunctus eſt ĩ ſamaria ſucceſſitq; ei filius ahab. Ex his namq; cognoſcitur:quātam ꝓuidentiam humanarų rerū ꝓbatur hēre diuinitas:& q̄uo bonos qdē diligat:malos aūt abhorreat & a radice diſꝑdet. Iſrahelitarum deniq; reges ꝓpter ſuā iniquitatē & iniuſtitiā alter ſup alterų irruentes multi paruo tēpore perierunt:& eorū genus exterminatū eſt. Cap. X.

Za aūt rex hieroſolymorū qui duabus tribubus p̄ſidebat:& propter pietatē atq; iuſtitiā ad longā fœlicēq; a deo pductus ē ſenectutē:& cū regnaſſet quadraginta duobus ānis:bona morte defunctus eſt. Quo moriēte ſucceſſit ei filius ioſaphat: de abida matre ꝓcreatus. Hūc āt imitatorē ꝓaui ſui Dauid pietate atq; fortitudine cūcti ipſis operibus decreuerūt. Sed de hoc rege non eſt mō referēdi neceſſitas. Igit̃ ahab iſrahelitarū rex habitabat ĩ ſamaria:tenuitq; pricipatū ānis uiginti:& mēſibus duobus: nihil āplius renouās:q̄ priſci fecerāt reges:niſi q; mali magnitudine tenderet ad peiora: ſupans oēm eorū neqtiā:& quod ad diuinā ptineret iniuriā uiuaciter imitatus:& ꝑcipue cōſtructas adorauit uitulas:& ſup hec alia peiora molitus eſt. Duxit uero uxorē filiā iotabal regis tiri & ſydonis noīe iezabel: p quā didicit eius adorare deos. Erat enī mulier nimis accerrima ſimul & audax. Quæ ad tātā uēit luxuriā atq; ueſaniā:ut ēt deo tiri & ſydonis quē baal appellabāt tēplū edificaret:& plātaret oium arborų lucos. Conſtituit aūt & ſacerdotes:falſoſq; ꝓphetas huic deo ſeruituros. Sed & ipſe rex multos hmōi circa ſe fouebat:ſtultitia atq; nequitia omnes priores ſuos excellēs. Quidā igitur propheta ſummi dei de ciuitate thelbites galaditidis regionis ueniēs ad ahab:dixit ei. Quia dixerit deus:neq; hymbrē:neq; roſillis ānis ĩ ea ꝓuincia ſe miſſurų:niſi ipſe rurſus apparuiſſet. Et ĩ his dictis cū iuraſſet acceſſit ad ptes auſtrales:& habitabat circa torrentē quēdā unde poculi habebat auxiliū:nā corui cibū ei quotidie deferebāt. Cūq; fluuius ſiccitate nimia defeciſſet in ciuitatē ſareptā nō ꝓcul a ſydone tiroq; deuenit:q̄ ciuitas in harų medio cōſtituta eſt. Deus enī ꝑceperat cuidā illic mulieri uiduę:ut cibū ei preberet. Cūq; nō ꝓcul eēt a porta:uidit mulierē uiduā ſibimet colligentē ligna. Cui cū deus ſignificaſſet hanc eſſe q̄ ei cibū miniſtratura foret:accedēs ſalutauit eā:& ad bibendum aquā ſibi tribui poſtulabat. Quæ cū procederet:denuo uocans eam:etiā panē ſibi poſcit afferri. Illa cum iuraſſet nihil ſe intus ĩ domo habere:niſi modicū farinæ & paululū olei:& ꝓpterea prexiſſe ad colligēda ligna:ut cōſperſa farina ſibi ſuoq; filio panes faceret:qbus expēſis cum aliud nihil ſupeſſet ut fame morerētur, ait ꝓpheta. Cōfidēs pge:& ſpe meliori cōſi ſteſaciēs primitus mihi paululum defer. Prædico naq; q; non tibi deficiet hidria farinæ: neq; uas olei:dōec dei gratia hymbrē fundat ĩ terras. Hęc ei dicēte ꝓpheta:ueniens ea q̄ dixerat fecit. Et ipſa habuit paululū:& ex hoc filio miniſtrauit piter & prophetæ:nihilq; horų defuit eis:donec ſiccitas defecerat. Meminit ēt ſiccitatis & menander in geſtis uali thiorų regis ita dicēs. Et ſiccitas ſup eos facta eſt a mēſe hiperueritheon uſq; ad aliū ānū hipuerithei. Qui dū deo ſupplicaret multa flumia ſunt emiſſa. Iſq; ciuitatē botrā edificauit ĩ pheuice & aazou ĩ bliphſa. Et hoc qdē ait:ſub ahab factā ſignificās ſiccitatē. Hoc

eni tpe ithabalus cuius menāder fecit mētionē:regnauit ī tiro.Mulier itaq; quā paulo-
ante diximus pabulū prophetę p̄buiſſe:cū cecidiſſet eius filius in languorē:ita ut aīam
dimitteret & mortuus eē uideret̄ deflēs & mãibus ſemetipſam ualde diſcerpēs uoceſq;
quas dictabat luctus emittēs accuſabat apud ſe ꝓpheta p̄ſte factā iniuriā:q̄ſi ipſe pecca
ta eius argueret:& ideo puer fuiſſet extinctus.Ille uero eā equo aīo eſſe ꝑcipiēs ſibi filiū
cōtradi dicēs uiuū ſe eū reſtituere ꝓmiſit.Qua tradente portans eū ad locū in quo ipſe
degebat & in lectulo collocās clamabat ad deū dicens q̄ nō fuiſſet bene mulieri repen
ſatū q̄ illū ſuſcepat & nutrierat cū eius filius eēt ablatus rogabatq; ut denuo aīam' puer
recipet atq; uiuendi copia p̄beret̄.Cūq; deus & matris habuiſſet miſericordiā & uellet
uxores alienigenas ducentes:et genus ſacerdotale confundentes:petebantq; ut legibus ſubueniret: ne cõmunis ſuper oẽs ueniens ira calamitatibus iterũ eos inuolueret. Quæ cum audiſſet, mox præ merore ueſtẽ diſrupit: et caput barbãq; contumelioſe dilacerãs ſeſe proſtrauit in terrã:q; tale facinus populi primates cõmiſiſſent:exiſtimans: qa ſi pci peret eis uxores cum earũ filiis deſerere, nemo obediret: et iõ pmanebat in terra iacens. Concurrebant aũt omnes mediocres eorũ ad eum:& dolorũ eius in his quę facta ſunt, participes erant. Cum aũt Eſdras a terra ſurrexiſſet: & manus ad cælum tetendiſſet: di cebat. Confundor qdem a deo propter populi delicta ueniã ſuſcipere:q ẽt de ſua memo ria parẽtum noſtrorum iniquitatẽ remiſit. Rogabat uero deum q ſemen aliquod & reli quias ab illa eorum captiuitate ſeruauerat:& rurſus ad hieroſolimã & ppriam terrã re ſtituerat: q & reges pſarũ impẽdere eis miſericordiam pparabat, ueniã ſolita pietate cõ cedere:ſe uero morte qdem digna cõmiſiſſe: bonitatis aũt dei eſſe hos tales a tormentis eripi. Qui poſtq̃ orando conticuit, cunctis lugentibus q cum uxoribus & filiis ad eũ cõ uenerunt, qdam Achanonius noĩe primus hieroſolymitanus:accedens ad eum dicebat ipſos qdẽ peccaſſe: cohabitantes cum alienigenis uxoribus: pſuadebatq; ei oẽs iurare: quatenus ſuas uxores cũ earũ filiis amouerent:& eos punirẽt:q legi obedire cõtẽnerẽt. Flexus igitur eſdras fecit principes tribuum ſacerdotum:& leuitarũ:& iſraelitarũ iurare q, uxores ſuas & filios ſecundũ achanonii conſilium incunctanter abdicarẽt. Suſcipiẽs ergo ſacramẽta ſtatim egreſſus eſt tẽplum:habitaculũ uero Ioãnis ingreſſus filii eliab: & nihil poenitus illo die propter merorẽ comedẽs ibidẽ cõmoratus eſt. Facta aũt pdica tione iubẽs oẽs q ex captiuitate redierant ad hieroſolymã colligi:& hos q añ biduũ aut tres dies occurriſſent alienari a multitudine:& ſubſtantias eorum auferri decernens:ſe cundum iudicia ſeniorum: conuenerũt intra tertiam diem ex tribu iuda & beniamin:in uiceſimo die noni menſis:q ſecũdũ hębreos caſſeu:ſecundũ macedones appelleos uoca tur. Cumq; in ſuperiori loco tẽpli conſediſſent:pſentibus ſenioribus: et ppter zelũ uehe menter afflictis: ſurgens Eſdras criminabat̃ illos q præter legis conſuetudines alienige nas duxiſſent uxores:nũc uero facturos eos rẽ deo gratã:et ſibi utilẽ dicebat: ſi uxores eiicerẽt. Cũ ergo oẽs ſe id pfecturos clamarẽt:ſed abundantẽ eſſe multitudinẽ:tẽpuſq; hyemale: et hoc opus non huius aut duorũ eſſe dierũ: ſed oportere ut duces & alii q cũ alienigenis habitabãt uxoribus tpſ acciperẽt dilationis: et ſeniores cohabitãtes cũ alie nigenis uiſitare multitudinẽ. cũ hæc decreuiſſent: cæperũt q̃rere a primo die menſis de cimi eos qui cũ alienigenis habitabant uſq; ad primum diem ſecundi menſis:& inuene runt multos ex nepotibus principis ſacerdotum ieſu:& fratrũ eius ſacerdotum.& leuita rum: & iſraelitarum: qui uxoribus filiiſq; earũ dilectionem magis legum ſuarum præ ponentes eas ilico refutarent. Quo facto hoſtiis placantes deũ immolantes arietes ob tulerunt. Quorũ nomina minime uiſum eſt nobis dicere neceſſarium. Igitur prędictum nuptiarum peccatũ ſic Eſdras purgauit:ut decętero hæc conſuetudo non permaneret. Septimo uero menſe ſcenophegiam celebrantes:& toto tunc populo congregato:aſcẽ dentes ad ſuperiora tẽpli ad orientalem portã eſdram rogabant:ut leges eis moſaycas legeret. Qui ſtans in medio populi a ſolis ortu legit uſq; ad mediũ diem. Et cũ audiſſent recenſitas leges, iuſticiam quidẽ ad præſens:& impoſterũ docebantur:de præteritis aũt gemebant:lachrymaſq; fundebant & recordati ſunt:q, ſi legẽ cuſtodiſſent:nihil ex tot ſupradictis malis perpeſſi fuiſſent: Cũq; uideret Eſdras ſic eos afflictos præcepit ad ſua diſcedere:& lachrymis abſtinere ppter feſtos dies:in qbus minime liceret affligi:horta baturq; magis ad epulatiões eos conuerti:& facere q̃ ſunt grata & cõuenientia celebra tioni pſenti:penitentiã & meſticiã de prioribus peccatis habendã & obſeruandũ:ne qd

in poſterum

ipoſterum eis ſimile ꝓueniret. Poſtq̃ uero eos Eſdras hortatus eſt, cœperunt habere leti
ciam. Cumq; hoc per dies octo in ſuis tabernaculis egiſſent: ad ꝓpria diſceſſerũt: laudã
tes deũ: ꝑ emundatiõe oĩum peccatorũ: eſdręq; gratias referebãt. Cui cõtigit poſt glo
riã quã habuit, demum in ſenectute uenerãda finire uitam: & in hieroſolymis cũ multa
ſepeliri liberalitate. Sub idẽ tp̃s & Ioachim defuncto principe ſacerdotũ: filius eius Elia
ſibi ĩ pricipatũ ſacerdotalẽ ſucceſſit. Quidã aũt ex captiuis iudeis Xerxe regis pincerna
nomine Neemias: occurrens quibuſdã pegrinis aute metropolim perſarũ ſuſi ex longo
itinere ad ciuitatẽ intrãtibus: & audiens eos adinuicem hębraice loquẽtes: cõſulebat uñ
eſſent profecti. Illis aũt reſpõdẽtibus: ſe a iudea ueniſſe, rurſus ĩterrogabat: qualiter ha
beret ſe eoꝝ multitudo: & metropolis hieroſolyma. Cũq; dixiſſent: male hẽre ciuitatem
et depoſitis in ſolum muris multa mala gentes in circuitu poſitas inferre iudeis: et die to
ta percurrere: deuaſtantes prouinciam: & nocte tanta mala conferre: & multos a ꝓuin
cia uel ab ipſis hieroſolymis captiuos abducere & omnes uias ſingulis diebus cadaueri-
bus plenas inueniri occiſorum, tunc Neemias propter ſuorum calamitatẽ fleuit: & extẽ
dẽs palmas ad cælũ dixit. Domine uſq; quo deſpicis quæ noſtra patiť generatio. Sic ra
pina uel ſpolia ab omnibus ſumus effecti. Remoranti aũt eo in porta: & hæc deflẽti q-
dam nunciauit iam regẽ accumbere præparatum. Qui ſtatim ſicut erat illotus: ad mini
ſteriũ poculi regis feſtinauit. Vt aũt rex cœnauit: ſuauitate plenus ad iuuenẽ reſpexit me
ſtũ: & querebat cur triſtis eſſet. Tunc ille deum deprecatus ut gratiam ei quandam po-
ſtulanti præſtaret: quõ inquit poſſum tibi rex non talis apparere: qualem mærorẽ in cor
de teneo: dũ audierim patriæ meæ hieroſolymorum in qua & monumenta & ſepulchra
meorũ ſunt parẽtũ, muros in terra iacẽtes: & portas eius incenſas. Sed præſta mihi pro-
ficiſcẽti muros reſtituere: partẽq; templi cadentẽ denuo reconſtruere. Tunc rex ãnuit da
re ſe donationẽ ei quamcũq; ſupplicaſſet: & ad ſatrapas litteras deportandas: quatenus
eum honorarent: & omnia quę opus haberet pręberẽt ei dicẽs. Repelle triſticiã: & dere
liquo gaudens nobis miniſtra. Igiť Neemias deum adorans: & regi gratias agens me-
ſticiam uultus confuſionẽq; ſuam pollicitationis hilaritate mutauit. Poſtea aũt die con
uocans eum præbuit ad ſyrię & phœnicię & ſamarię pręfectum Addo epiſtolam defe-
rendam: in qua de honore iuuenis: & de impẽdiis edificationis mandauerat exhibendis.
Veniens ergo ad babyloniam & multos gentis ſuę ſponte eũ ſecutos adducens, ad hie
roſolymam peruenit uiceſimoquinto anno regnante Xerxe: & demonſtrãdas epiſtolas
porrexit Addo & aliis præfectis equitum: & congregãs oẽm populũ ad hieroſolymam
ſtetit in medio tẽpli: talẽ ad eos fundẽs orationẽ. Vos ſcitis uiri iudei deum quidẽ ĩ me-
moria patrum Abraã & Yſaac & Iacob ꝑmanere: & per illorum iuſticiam non derelin
quere prouidẽtiã noſtri. Vnde & adiuuit me: ut acciperẽ a rege poteſtatẽ muros ueſtros
refabricare: ac reliquã partẽ tẽpli perficere. Volo aũt uos uicinarum gentium certe ſcire
inimicicias: & quia ſi cognouerint magnificenter nos edificia reparare reſiſtent: & mul
ta molientur: ut nos ĩpedire ualeant. Primũ ergo in deum confidere debemus: qui illorũ
inimiciciis poteſt reſiſtere: nec die uero nec nocte ſtudiũ edificandi relinquere: dum tem
pus oportunum exiſtit. Cũq; hęc dixiſſet: iuſſit & magiſtratibus muros metiri: & opera
eius diuidere populo per uicos & ciuitates: ſecũdum uniuſcuiuſq; poſſibilitatem: pollici
tus & ſemetipſum cum ſuis ſeruis edificationẽ adiuuare. Solutaq; contione iudei ſtatim
opus aggreſſi ſunt. Iudei uero dicti ſunt ex die qua a babylone profecti ſunt ex tribu iu-
da: quę prior ad illa loca peruenerat. Vnde & ipſi: & prouincia a tali appellatione uoci
tantur. Audientes uero murorum edificationem accelerari ãmanite: & moabite: uel ſa-
marite: & omnes qui inferiorem ſyriam habitabant, moleſte ferebant: & meditabantur

ĩſidias contexere:quatenus uoluntaté eorum impediréť:multoſq; interficiebant iudeos:
ipſum ét Neemiã dilacerare querebant quoſdam aliẽigéas conducentes:qui cum pme
rent.Propterea in timoré & turbã diſperſis rumoribus eos mittebant: tanq̃ multis géti
bus paratis contra eos arma ꝓferre: quibus turbati rumoribus conſtructioné poene reli
querũt.Neemias aũt nullo modo his permotus ſtudiũ operis dereliquerat:ſed cuſtodie
cauſa corporis ſui armis ſatellitũ circumſeptus:ſine uulnere permanebat: operis deſide
rio tribulationé non ſentiens.Ita ſiquidé intentus agebat ac ꝓuidebat ſue ſaluti:non ti
more mortis:ſed cognoſcés poſt ſuũ interitũ minime cõcedi ſuis ciuibus muros cõſtrue
re.Vnde ꝑcepit ĩpoſterũ: ut armis edificatores cincti fabricarent.Igitur edificatores:uel
ĩpéſarũ portitores gladios habebũt:clypeos aũt iuxta eos poni decreuit.Bucinatores ét
qngentis pedibus ſtatuit: ꝑcipiens ut ſi hoſtes appareréť:ſignificaréť populo:quatenus
armati reſiſterent:ne eos nudos inermeſq; oppugnarent.Ipſe uero nocte circuiens ciuita
tem:minime aut opibus:aut ſomno:aut cibo fatigabatur:nihil aũt hoꝝ ſuauiter:ſed ſub
neceſſitate utebať.Quos labores ſuſtinuit per annos duodecim & méſes quattuor.Nã
tanto tempore hieroſolymoꝝ ſunt muri perfecti:octauo & uiceſimo anno, & menſe no
no imperii Xerxe.Sed poſtq̃ muri perfectioné acceperunt, Neemias & reliqua multitu
do ſacrificauerunt deo pro eoꝝ edificatione:ac ꝑ octo dies ſunt epulati. Gentes igitur q̃
ſyriam habitabant audientes factã cõſtructioné muroꝝ, grauiter augebanť.Neemias
aũt in ciuitate uidés paucos hoĩes hĩtare, rogauit ſacerdotes & leuitas:ut uicos relinqué
tes: ad ciuitatem migrarent: & in ea manerent:fabricans eoꝝ domicilia ꝓpriis expéſis.
Populũ ét agros colenté decimas fructuum ad hieroſolymã iuſſit offerre:ut habentes ſa
cerdotes & leuitæ alimenta:ꝑpetua religionis iura non derelinquerent.Et hi quidé libé
ter ſequebanť decreta Neemiæ.Ciuitaté uero exinde contigit hominũ multitudine cõ
pleri.Multa ét alia bona laudibus digua cum ſumma feciſſet magnificentia Neemias:
ad ſenectuté ꝑueniens:defunctus eſt:uir benignus & natura iuſtus atq; magnificentiſſi
mus erga ꝓpriã géte: qui in memoria eterna ſui muros hieroſolymitanos reliquit Hæc
ergo imperii Xerxe ſunt anno.xxviii.menſe nono. Cap.VI.

Efuncto uero Xerxe: regnũ ad eius filiũ Cirũ: qué græci Artarxerxen uocant:cõ
d tigit trãſferri.Quo regéte pſarum imperiũ:periclitata eſt tota gens iudeorum ut
cum mulieribus & filiis deperiret.Cauſam uero paulopoſt demonſtrabo . Nam
decet primum de rege differere:quéadmodum iudeam duxit uxoré de regio genere quã
noſtram dicunt ſeruaſſe genté.Nam cum regnum Artarxerxes accepiſſet:& ordinaſſet
ab india uſq; ad ethiopiam cétum & uigintiſepté ſatrapas, tertio imperii ſui anno ami
cos ſuos & gentes perſis ſubiectas cum ducibus earum magnifice pauit:ſicut regé opor
tuit:qui diuitiarum oſtentationé ꝑ cétum & octoginta dies parauerat:Poſtea gentes ac
legatos earũ in ſuſis per ſeptem dies delitiis ſaginauit:quorum conuiuiũ huiuſmodi erat
inſtructum.Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteiſq; columnis:uela purpurea
ſuper eas extendens: ut multa milia diſcumbentium operirent.Miniſtrabatur ergo po
culis aureis: & lapidibus precioſis ad delectationé ſimul & ſpectaculũ preparatis.Præ
cepit itaq; & miniſtris: ne cogerent bibere eos:potioné eis offerentes quod apud perſas
fieri ſolet:imo concederéť cuiq; diſcũbétium:ut quéadmodũ uellet epularetur.Miſit au
tem ꝑ omnem ꝓuinciam:denuncians:ut opa relinqueréť:multiſq; diebus pro eius impe
rio letarentur.Regina quoq; mulierum cõuiuium in aula collegit.Quam rex prudenti
bus uolens oſtendere,ad conuiuium iuſſit accedere pulchritudine cunctas mulieres pre
cedentem.Quæ pro legum cuſtodia perſarum:prohibentium ab extraneis alienas con
iuges uideri, non acceſſit ad regem .Cunq; ſæpius eunuchos ad eam mitteret inuitan

dam, nihilominus ſuum denegans permãſit aduẽtum. Vnde rex ira cõmotus ſoluit cõ
uiuiũ:& ad ſe cõuocãs ſeptẽ ꝑſas:apud quos legũ mandata ſeruãtur, accuſabat uxorem:
dicẽs qualiter fuiſſet ab ea cõtẽptus:cũ ſępius ad cõuiuiũ uocaretur:& nec ſemel paruiſ
ſet. Pręcepit ergo:ut ꝓnunciarẽt cõtra eam quandã legis definitionẽ. Tunc unus ex his
nomine Nocheus:locutus eſt dicẽs: nõ ipſi ſoli hanc iniuriã factã fuiſſe:ſed oĩbus perſis
periculũ uitę patiẽtibus:ut turpiter a ſuis cõtẽnant̃ uxoribus:nullo enĩ iam pudore te-
nebunt̃: exemplũ reginę ſuperbiæ aduerſum te oĩum rectorẽ habentes:& hortat̃: ut eã
quę ſic iniuriata fuerat regem:maximis damnis afficeret:& hoc facto cunctis gentibus
denunciaret:q̃ ſunt in reginã decreta. Placuit ergo:ut regina uaſthi proiiceret̃:& honor
eius alię mulieri pręberet̃. At ille amore cõiugis detẽtus:grauiter diſiunctionẽ eius fere
bat: & conciliari quidẽ ꝓpter legẽ nõ poterat:triſtis tñ in ſollicitudinibus permanebat.
Quẽ uidẽtes amici nimio merore cõfectũ:perſuadebant:ut memoriam quidẽ uxoris &
amorẽ nihil ꝓfuturũ deponeret:& quereret per uniuerſam terrã uirgines decoras ex q-
bus pulchriorẽ haberet uxorẽ, extingui enim prioris ſic poſſe cupidinẽ alia introducta:
& paulatim deſiderium a muliere ꝓiecta ſubtractũ ad cohabitantẽ poſſe cõuerti. Hoc
flexus conſilio ſtatim quibuſdam iuſſit de palacio eligere pręcellentes uirgines pulchri
tudine:& ad ſe deducere. Cũ uero cõgregatæ multæ fuiſſent, inuẽta eſt quędã puella in
bablonia ambobus orbata parẽtibus:q̃ apud auunculũ noĩe Mardocheũ nutriebatur.
Is eni fuerat ex tribu beniamin. Omneſq; primas iudeoꝝ heſter (hoc enĩ nomẽ ei erat)
pulchritudine ſuperabat:& gratia uultus ſui reſpiciẽtiũ magis delectabat aſpectũ. Quę
traditæ cuidã eunucho ꝓ diligẽtia:cuncta regꝝ ꝓuidentia fruebant̃: affluẽtia aromatũ:
odore & largitate unguẽtorũ quibus corpora utũtur irrigabant̃:& his fruebant̃ ꝑ men
ſes ſex:numero quadringẽte. Cunq; putaſſet uirgines ꝑ prædictum tẽpus diligẽtie ſatis
habuiſſe:& dignas iã regio factas cubiculo:per ſingulos dies ad cõcubitũ unã regi mit-
tebat. Qui poſt cõcubitũ ſtatim eã ad eunuchũ remittebat. Veniẽte uero ad eum heſter
delectatus eſt:in amoreq; incidẽs puellæ:legitimã ẽt duxit uxorẽ:& nuptias celebrauit
imperii ſui anno duodecimo:mẽſe qui dicitur adar. Deſtinauit aũt ꝑ oẽs gẽtes eos q ag-
garii dicunt̃, præcipiẽs eis ꝓ ſuis nuptiis feſta celebrare. Ipſe aũt ꝑſas & primos gẽtium
paſcebat per totum mẽſem pro nuptiis ſuis. Quã cum introduxiſſet ad aulã corona eã
induit. Habitauitq; cũ eo heſter:minime ei prodens: ex qua eſſet natione. Tranſiẽs aũt
& auunculus eius a babylone ad perſicam ſuſin:& habitans illic:ſingulis diebus in pa-
lacio cõmorabat̃: requirẽs qualiter puella conuerſaretur:quã tanq̃ filiam diligebat cũ
legẽ rex poſuiſſet:ut nemo familiarium ad eũ non uocatus accederet:cum ſuper ſolium
ſederet. Sedebat itaq; ẽt rex uirgã aureã ferẽs. Quam cum aliquẽ liberare uoluiſſet:ho-
rum q non uocati uenirẽt:porrigebat ei:& cum tetigiſſet uitabat periculum mortis. De
his quidẽ ſufficiẽter a nobis dictũ eſt. Interiecto uero tẽpore inſidiantibus regi batha:&
theodeſto:bargani eunuchus ſeruus alterius eunnchi:genere iudeus: cum ĩtellexiſſet inſi
dias:reginæ auunculo indicauit:Mardocheus aũt ꝑ heſter manifeſtans inſidiatores ꝓ-
didit regi. Rex autẽ turbatus ueritatẽ iuẽiens:eunuchos qdẽ crucifixit:mardocheo autẽ
tunc nihil præſtitit:quãuis ſalutis eius nuncius extitiſſet:nomẽ tamen eius ãnalibus mo
numentis inſcri pręcepit:& in palacio cum ꝑmaneret:ut amicus regi neceſſarius exiſte-
ret. Quo tẽpore aman amadathi filium genere Amalechitam: ad regẽ introeuntẽ ꝑegri
ni & perſæ ſalutabant. Nam hunc ei honorem Xerxes ab oĩbus iuſſerat exhiberi. Mar
docheum uero propter ſapiẽtiam & patrias leges non adorantẽ Aman cuſtodiri fecit:
& interrogauit eũ ex quo genere eſſet. Audiens autem iudeum eſſe idignatus dixit. Om
nes liberi perſę adorant me:hic ſeruus exiſtens hoc facere dedignatur. Et punire uolens

mardocheū: ipſum quidē a rege petere:ad tormenta paruum putauit:gētē aūt eius de-
creuit totā una pimere. Nam iudeos ī odio ſatis habebat:quoniā amalechitarum genus
e qbus ipſe fuerat ab ipſis omne pierat. Audiens ergo regē accuſabat dicens: gentē eſſe
malignā diſperſam p uniuerſum orbē:qui eius ſeruiret imperiis:nec mixtā: nec aliis gen
tibus coadunatā: nec eādē cum cæteris religionē colētē:quæ nec legibus inqt ſimilibus
utitur:& inimica moribus & pfeſſionibus tui populi & hoībus cunctis exiſtit. Sed ſi uis
aliquod ſubiectis beneficiū cōmodare: iube radicitus eam pire:nec eius reliqas aliquas
remanere:nec aliquos eorꝝ ad ſeruitutē aut ad captiuitatē ſeruari. Verūtamē:ut nullum
patiaris damnū:tributa eorꝝ de propria ſubſtantia ipſe me prębere polliceor:quadragin
ta milia pecuniarum talēta ubicunqꝫ præceperis. Has aūt pecunias libēter offero:ſi pa
catū ab his malis tuum fuerit imperiū. Poſtq̄ Aman hæc intimauit, rex ei & pecūias &
homines donauit:quicquid de his uellet efficeret. Deſiderio autē adepto: Aman ſtatim
mādat tanq̄ a rege p oēs gentes præcepta hunc modū continentia. Rex maximus Ar-
tarxerxes ab īdia uſqꝫ ad ethiopiam:cētum uigintiſeptē prouinciarū principibus & iudi
cibus:qui eius īperio ſubiecti ſunt:ſalutē dicit. Cū pluribus gētibus impaſſem:& uniuer
ſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, uolui nequaq̄ abuti potētiæ magnitudine:ſed cle
mētia & lenitate gubernare ſubiectos:ut abſqꝫ ullo timore uitā ſilētio trāſigētes:optata
cūctis mortalibus pace fruerētur. Querente aūt me a cōſiliariis meis: qūo hoc poſſet im
pleri, unus q ſapiētia ac fide cæteros precellebat:& erat poſt regē ſecūdus Aman noīe:
indicauit mihi in toto orbe terrarū populū eſſe diſpſum:q nō noſtris uteret legibus: &
cōtra oīum gētiū faciēs cōſuetudinē regū iuſſa contēneret:& uniuerſarꝫ cōcordiam na-
tionū ſua diſſenſiōe uiolaret. Quod cū didiciſſemus:uidētes unā gētē rebellē aduerſum
oē genus hoīum pūerſis uti legibus:noſtriſqꝫ iuſſiōibus cōtrariare:& turbare ſubiectorꝫ
nobis puinciarꝫ pacē atqꝫ cōcordiā, iuſſimus ut quoſcūqꝫ aman q oībus puinciis p̄po-
ſitus eſt:& ſecūdus noīs mei pater mōſtrauerit:cū cōiugibus ac liberis deleantur ab ini
micis ſuis:nulluſqꝫ eorꝫ miſereat̄ q̄rtadecima die mēſis adar āni p̄ſentis:ut nefarii hoīes
uno die ad īferos deſcendentes:reddant pacē impio noſtro quod turbauerunt. Hoc p ci
uitates & puincias ueniente præcepto:oēs ad īteritū iudeorū cōſtituta die parabantur:
quod ēt in ſuſis pabat̄. Rex uero & Aman epulationibus uacabāt: ciuitates uero turba
bant̄. Quod Mardocheus cognoſcēs:ueſtē rupit & ſacco indutus:cinereqꝫ pſuſus:ciui-
tatē circuibat:clamās īterimi gentē q̄ nihil peccauit. Et hoc dicens ad aulā puenit:& an
ipſam ſtetit. Nā minime ei licebat ingredi:tali circūamictū habitu. Idē ēt oēs fecerūt iu
dei p ciuitates qbus de hoc litteræ pponebātur:lugētes & plāgētes nunciatas ſibi cala
mitates. Cū uero qdā reginæ nūciaſſet mardocheū ī tā miſero ante aulā habitu ſtantē:
audito ſermone turbata:miſit q eius ueſtimētū mutarēt. Quo nolēte ſacco exui:qa nō-
dū erat malū finitū: p quo ſaccū īduerat:uocās aſſiſtentē eunuchū Acratheon:ad mar-
docheū deſtinauit:īterrogās qd ei triſticiæ contigiſſet:qꝫ hūc habitū nec ea petēte depo
neret. Tunc Mardocheus indicauit eunucho cām:& litteras cōtra iudeos per oēs puin
cias ſub rege cōſtitutas tranſmiſſas:& pmiſſionē pecuniarꝫ:p quā a rege perditionē gē
tis cōparauerat Aman. Harū ēt exemplū ad heſter tradidit reportandū:quę ppoſita in
ſuſis fuerant:mādans ei quatenus de his regi ſupplicaret:nec recuſaret p ſalute gētis ha
bitū humilē accipe:p quē regi oſtenderet iudeis periculū iminere. Aman inquit q ſecun
dū honorē poſt regē obtinet:accuſando iudeos:regē aduerſum eos incendit. Hęc cū re-
gina cognouiſſet, ruſum mittit ad Mardocheū:dicēs:qꝫ non eſſet a rege uocata:& ſiqs
ad eū nō uocatus intraret moreretur:niſi uolēs quendā ſeruare:porrigeret ei uirgam au-
reā. Nā inuocato & ad eū intrāti:ſi hoc rex fecerit:hic ſolus nō īterimeretur: ſed ueniam

accipiẽs liberat̃. Mardocheus uero ea uerba deportanti ſibi ad heſter eunucho renũcia
re pcepit: nõ ſuæ ſaluti puidere: ſed totius gentis piculũ amouere. Nã ſi nũc ipſa cõtem-
pſerit: adiutorẽ qdẽ gẽti deũ oĩbus modis futurũ: ipſam uero & paternã eius domũ ab
illis quos cõtẽpſerat perituram. Heſter aũt denũciauit Mardocheo p eundẽ miniſtrũ:
ut pgẽs ad ſuſis: conſtitutos illic iudeos ad contionẽ cõgregaret: & ieiunare cũctos tri-
duo p ipſa præciperet: quod & ipſa cũ ſuis agens ancillis: pmiſit ſe præter legẽ adire regẽ:
& ſi mori oporteret non recuſaro. Mardocheus aũt ſecundũ heſter mãdata populũ fecit
ieiunare: deũq; ſuũ petere: ut nec eam: nec gentẽ eius piturã contẽneret: ſed ut ſeculi ſalu
tẽ puidit: & peccãti ueniã cõceſſit: & nũc a denũciato dudũ interitu liberaret. Nõ eñi pp
aliquod peccatũ ita cogebatur ſine gloria depire: cũ & ipſe dominus noſſet cãm furoris
Amã q cũ nõ ſalutabat. Neq; eñi inqt honorẽ quẽ tibi domine offerebã hũc illi quoq;
patiebar offerre: ideoq; iratus cõtra eos q tuas leges nõ tranſgrediunt̃ talia machinatus
eſt. Eaſdẽ ẽt uulgus uoces emittebat: petens deũ puidere ſuę ſaluti cunctoſq; iſraelitas
p oẽm liberare terrã a futura calamitate: nã iam prę oculis eã ſperabant: & ſimul habe
bant. Rogabat ẽt heſter deũ pro patria ſe lege pſternẽs in terra lugubriq; ueſte circũ-
amicta. Cibũ aũt & potũ: oĩaq; ſuauia renuebat p tres dies deũ petẽs ut adiuuaret eam
quatenus regi uideret̃ ſupplicãs ſuauis eloquio: ſpecie uero pulcherrima: ut ex utroq; ſu
ſtẽtata: & ipſa piculũ euitaret: & gentis ſuæ ſalutẽ acquireret: in aman quoq; regis odiũ
cõcitaret. Sic deũ p tres dies deprecãs: lugubrẽ ueſtẽ depoſuit & habitu mutato ornata:
ſicut oportebat reginã: ibat cũ duabus ancillis: quarũ una leuiter eã incũbentẽ ſuſtẽta-
bat: altera uero ſequens longitudinẽ ueſtis: q uſq; ad terrã profuſa erat: ſumens eã digi-
tis deportabat. Quę ita facie rubore plena: uerecũdũ ac modeſtũ habens decorẽ adibat
regẽ ẽt cum timore. Cum uero ad faciem eius ſedẽtis in ſolio deueniſſet: & audiſſet eum
circundatũ ornatu: q ex uaria ueſte: uel auro ac lapidibus pcioſis ualde fulgebat: terribi
lioreq; magis eũ ppter hęc intuens: cũq; & ille aſperius eã: uultuq; iracundo aſpiceret:
mẽbrorum eã debilitas cõprehẽdit: & ſup ãcillas quæ ppe latera eius erãt: repẽte collapſa
eſt. Rex aũt uoluntate arbitror dei mentẽ mutauit: & timẽs ne qd mali uxor eius timo-
re pateretur: ſurrexit a ſella: ſuoq; eam gremio colligens fouebat & oſculabat̃ blandeq;
loquebat̃: confidere petens eam: ne aliqd metueret q ad eũ nõ uocata ueniſſet: nã legẽ
iſtam propter ſubiectos eſſe poſitam: ipſam aũt ſimiliter cũ eo regnãtẽ omnem habere
licentiam. Hæc dicens ſceptrumq; in manu eius ponens: uirgã ſup ceruicẽ tetendit eius:
ppter legẽ: liberans eã a mortis diſcrimine. Ille uero reſpirans: domine inqt: non habeo
facultatẽ explanandi: quę mihi ſubito contigerunt. Nam ut te uidi maximũ & pulchrũ
atq; terribilẽ: ſtatim ſpiritus meus receſſit: & a mea aĩa ſum relicta. Vix illa cũ debilita-
te hæc loquẽte: ẽt regẽ anxietas habuit: deinde confidere: melioraq; ſperare heſter inuita
bat. Nã mediũ ei regnũ ſe cõcedere ſi hoc peteret pmittebat. Heſter uero ad cõuiuium
eũ cũ Aman amico ad ſe uenire ſupplicabat: paraſſe ei cœnã ſe dicẽs. Cũq; ãnuiſſet: &
adueniſſet: inter poculorum leticiam iuſſit rex heſter aperire quod uellet: nihil enim ſe ne-
gaturum eſſe promiſit: etiam ſi mediam partem regni poſcere uoluiſſet. Tum illa in po
ſterũ diẽ explanaturum ſe ſuum conſiliũ pmiſit: ſi rurſus ad cõuiuium cum Aman cõ-
ueniret. Cũq; rex promiſiſſet: Aman egreſſus eſt gaudens: q ſolus apud heſter cum re-
ge meruit epulari: dum nullus alius talẽ honorẽ potuiſſet adipiſci. Videns uero in aula
Mardocheũ: nimis indignatus eſt: q nõ aliquam ab eo uenerationem ſibimet exhiberi
ſenſiſſet. Tũc ingreſſus ad ſemetipſum: uxorẽ Zaraſam cũ amicis uocauit. Quibus prę
ſentibus honorẽ expoſuit quo frueret̃: non apud regem tantum: ſed & apud reginã: &
qualiter illo die ad eã cum rege ſolus accitus eſſet: & in poſterum diem rurſus inuitaretur.

Dicebat aũt:nõ ei placuiſſe:q̃ Mardocheum uiderat in aula iudeum. Cui reſpõdit uxor
ſua Zaraſam. Iube lignũ ſecari quinquaginta cubitorũ: & mane pete Mardocheum a
rege crucifigẽdum. Cuius conſilium laudans:præcepit famulis lignum paratũ in atrio
conſtituere:quod ad pœnã Mardochei ſeruaretur. Deus aũt ſpem malignã Aman deri-
debat:& accidẽtia præuidens:de futuris delectabat̃. Nam regi ſomnum per illã noctẽ
abſtulit. Qui nolẽs in ocio uigilias perdere:ſed ad gubernationẽ ſui principatus eas ha
bere:ſcribã iuſſit libros afferre prædeceſſorum ſuorum:& factoꝝ eoꝝ monimenta rele-
gere. Cunq̃ detuliſſet:& recenſeret:iuenti ſunt quidã:qui pro uirtute ſua pręcium agros
acceperant:quoꝝ & nomen ſignatũ erat:alter uero pro fide donatiouẽ ĩpetrauerat. Poſt
hæc legendo uenit ad bagathan & theodeſtũ eunuchos ĩſidiatores regis: quos Mardo
cheus ĩdicauerat. Et cũ hoc tantũ ſcriba pronũciaſſet:& ad alterius tranſiſſet actus:rex
eũ detinuit:cõſulens ſiq̃d ei pro remuneratiõe datum ſcriptũ haberet̃. Scriba reſpõdit,
Nihil. Tunc rex iuſſit eum tacere:& iterrogabat eos quibus hoc cõmiſſum fuerat: q̃ ſit
hora noctis. Audiens autẽ iam diluceſcere:præcepit:ut quẽ ĩuenirent amicorum ante au
lam præſentem nunciarent. Euenit aũt Amau ĩueniri. Nam pręter ſolitã horã maturius
proceſſerat mortẽ Mardochei petiturus. Cunq̃ ſerui renũciaſſent Aman ante edem ſta
re:pcepit eum uocari Cum ergo intraſſet:amicũ ĩquit te ſciẽs ſolũ fidelẽ:peto ut cõſiliũ
mihi præbeas:quẽadmodum debeã ſecundum meam magnificentiã honorare quendã
ualde chariſſimũ. Amau uero putans:cõſilium quod dediſſet hoc ſibi ꝓfuturũ: nã ama
ri ſe ſolum credebat a rege:quã exiſtimabat optimã eſſe ſententiã : regi declarabat & di
xit. Si uis quẽ dicis hoĩem dilectum gloriæ meritis honorari:fac eum ſup equũ ꝓcedere
tua ueſte ĩdutum:& torquẽ aureã habere:& pręcedere unũ ex tuis neceſſariis amicis:cla
mantẽ p totã ciuitatẽ: q̃ tale beneficium merebit̃:quẽ rex honorificari uoluerit. Igitur
Aman huiuſmodi largitatẽ arbitratus ad ſe uenturã:talia pſuaſit. Rex uero delectatus
hac ãmonitõe:uade ait habẽs equũ:& ſtolã & torquẽ:regre Mardocheũ iudeũ: & his il
lum ĩnduens;antecede equũ eius. Nã tu inq̃t amicus es mihi præ cunctis. Ergo perfice
cõſilium cuius utilis pſuaſor extitiſti: & hæc ei a nobis donent̃:qui meã aĩam liberauit.
Poſtq̃ hęc præter ſpem oẽm audiuit:mente confuſus & meſticia pculſus exiit:equũ du-
cens:cũ purpura & auro & Mardocheũ reperiens: ante aulam ſacco ĩdutũ:iuſſit exutũ
purpura circũdari. Tum neſciens ille ueritatẽ:ſed deludi ſe putans:peſſime inquit oĩum
hoĩum:ita calamitatẽ meã derides. At uero certe cognouit:q̃ ei rex hũc honorem dona
uerit ꝓ ſalute quã illi prębuerat;inſidiatores eunuchos redarguens purpura induit̃:quã
rex ſæpe ueſtitus gerebat:& torquẽ ceruice circũdatus:& ſup equum ſedẽs totã circui-
bat undiq̃ ciuitatẽ:pręcedẽte Aman & pręedicante:q̃ hmõi fruitur donis:quẽ rex ama
uerit:& dignum honore ꝓbauerit. Cunq̃ totam circuiſſet ciuitatẽ:Mardocheus ad re-
gem ingredit̃. Aman aũt ex cõfuſione ad ſe recedens: cum lachrymis uxori & amicis q̃
cõtigerant:ĩdicauit. Illi nequaquã puniri poſſe Mardocheum dicebant:deum enim eſſe
cum ipſo credebãt. Dumq̃ hæc adinuicẽ loquerent̃:uenerunt Heſter Eunuchi: Aman
urgentes ad cenam. Sabuchadas uero unus ex eunuchis: uidens crucẽ fixã ĩ domo Amã
quã Mardocheo parauerat:cõſuluit aliquẽ ſeruoꝝ:cuius cauſa eã paraſſet:& audiẽs re-
ginæ auunculo:quia Aman a rege eũ petiturus erat ad pœnã:tunc quidẽ tacuit. Cunq̃
rex una cum Aman epulans ĩterrogaret reginã:quã uellet ab eo donationẽ impetrare:
cõpletuꝝ enĩ ſe eius deſideriũ ꝓmittebat, tũc regina ꝓ populi depræcabat̃ periculo:eo
q̃ tradita fuiſſet ad perditionẽ cum ſua gente:ideoq̃ ſermones ad eũ facere decreuiſſet.
Neq̃ enim moleſtum ſibi dicebat:ſi amaram eius ſeruitutẽ imponeret: paruum enim ei
hoc eẽ malum : ſed ſupplicabat hęc amoueri. Itaq̃ interrogaute rege:a quo hęc ſancita

ſuiſſent:accuſabat iam manifeſte Aman:& maliuolum contra eos exiſtentē:has moli-
tū inſidias arguebat. Tunc rex ad hoc turbatus:a conuiuio ad hortos egredit̄ . Heſter
uero reginā Aman petere cœpit:ut ueniā pro peccatis expoſceret:nā ītellexerat:ī qbus
iam malis eſſet. Cūq; ſuper lectum procidēs reginā peteret ſuperuenit rex:& hmōī uiſu
magis incitatus dixit. Peſſime oīum uxori meę iam uiolentiā irrogare conaris. Ad quod
Aman obſtupuit:& nihil potuit rn̄dere. Tunc Sabuchadas eunuchus cœpit aman ac-
cuſare:quēadmodū inueniſſet ī atrio eius paratā crucem ad mortem Mardochei:nā hoc
illi iterroganti ſeruus īdicauerat:cū ad ipm inuitaturus cū ad cœuam ueniſſet:crucē aūt
dicebat eſſe altitudine cubitorū qnquaginta. Quod rex audiēs:in illa eum pœna trade
re decreuit:quā contra Mardocheum ipſe tractauerat ſtatimq; iuſſit cruci ſuspenſum ſte
rni. Vnde mihi cōtigit mirari nomen dei:& ſapiētiā:& iuſticiam eius agnoſcere:q nō
ſolum maliuolentiā Amā puniuit:ſed q excogitata contra aliū tormenta ī eum conuer
tit:& cæteros hoc ſentire permiſit:qūo qui contra alium quædam molitus fuerit hæc in
ſe primū parata cognoſcat. Itaq; aman honorē quē a rege pceperat ſupra modū abuſus:
huiuſmodi cruci cōfixus eſt. Rex aūt ſubſtātiā eius reginę donauit: & Mardocheū ad-
uocans: dedit ei anulum quē aman ipſe pſtiterat. Nam iam heſter ad notitiā eius perdu-
xerat cognationē quam ad illū habebat. Donauit uero & regina Mardocheo aman poſ
ſeſſionē:& ſupplicauit regi liberari a mortis metu gentē iudeorū:cito nota ei faciēs:quę
per uniuerſas puincias ſcripſiſſet aman filius amatdathi. Nam patria gēte ſua perēpta:
nullatēus ſe uitā poſſe tolerare dicebat. Cui rex pmiſit:nihil eam fruſtra petere: nec ſtu
dio eius aliqd cōtrarium puenire. Vnde pcepit:ut ſcriberet q̄ uellet de iudeis noīe regio:
ſignaretq; eius ſigillo:& trāſmitteret p omne eius imperiū ut ſiqs legeret ſignatas epi-
ſtolas ſigillo regio:minime ſanctiōībus obuiaret. Scribas ergo regales uocans:iuſſit ſcri
bere gētibus & primatibus:& magiſtratibus pro iudeis:ab īdia uſq; ad ethiopiam cen-
tum uiginti & ſeptē puinciaꝝ. Epiſtolæ aūt hunc ordinē continebant. Rex magnus ar
tarxerxes ab india uſq; ethiopiā:centum uiginti & ſeptē prouinciaꝝ ducibus ac pricipi-
bus:qui noſtræ obedrunt ditioni ſalutē dicit. Multi bonitate principū & honore q ī eos
collatus eſt abuſi ſunt in ſuperbiā & nō ſolum ſubiectos regibus nitunt̄ opprimere: ſed
datā ſibi gloriā non ferētes in ipſos qui dederunt moliuntur inſidias agitare:nec cōtenti
ſunt gratias non agere beneficiis:& humanitatis in ſe iura uiolare:ſed dei quoq; cuncta
cernentis arbitrant̄ ſe fugere poſſe ſniam:& in tantū ueſanie prorūpere ut eos qui credi-
ta ſibi officia diligenter obſeruant:& ita cuncta agunt ut omniū laude ſint digni, men-
daciorum funiculis conentur ſubuertere:dū aures principum ſimplices & ex ſua natura
alios exiſtimantes calida fraude ſubuertunt. Quæ res & ex ueteribus probatur hiſtoriis
& ex his q̄ geruntur quottidie:quō malis quibuſdam ſuggeſtionibus regum ſtudia de-
prauantur. Vnde prouidēdum eſt paci oīum prouinciarum: nec putare debetis:ſi diuer
ſa iubeamus ex animi noſtri uenire leuitate:ſed pro qualitate & neceſſitate temporum:
& ut reipublicæ poſcit utilitas ferre ſentētiam. Et ut manifeſtius quod dicimus intelliga
tis:Aman filius Amatdathi:& animo & mente macedo:alienuſq; a pſaꝝ gente:pietatē
noſtrā ſua crudelitate cōmaculās:pegrinus ſuſceptus eſt a nobis:& tantā in ſe expertus
eſt humanitatē:ut pater noſter uocaretur:& adoraretur ab oībus poſt regem ſecundus.
Qui ī tantum arrogātiæ tumorē ſubleuatus eſt ut regno nos priuare niteret̄ & ſpū. Nā
Mardocheū cuius fide & beneficiis uiuimus:& cōſortē noſtri regni Heſter cū omni gē
te ſua nouis qbuſdam atq; inauditis machinis expetiuit ad mortē hoc cogitans:ut illis
interfectis:inſidiaret̄ noſtræ ſolitudini:& regnū perſarum transferret ī macedonas. Nos
autem a peſſimo mortalium iudeos neci deſtinatos:ī nulla penitus culpa reperimus:ſed

econtrario iuſtis utẽtes legibus: & filios altiſſimi & maximi ſemperq; uiuẽtis dei eſſe: cu
ius beneficio: & patribus noſtris: & nobis regnũ eſt traditum: & uſq; hodie cuſtoditur.
Vnde & eas litteras quas ſub noie noſtro ille direxerat: ſciatis eſſe irritas. Pro quo ſcele-
re ante portas huius urbis .i. ſuſis: & ipſe qui eſt machinatus: & oĩs cognatio eius pẽdet
in patibulis: non nobis ſed deo ei reddẽte quod meruit. Hoc aũt edictũ quod nunc mit
timus: in cũctis urbibus proponat̃: ut liceat iudeis uti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe
adminiculum: ut eos qui ſe ad necem eoꝝ parauerant poſſint interficere .xiii. die menſis
duodecimi: q uocat̃ adar. Hanc enim diem oĩpotens deus meroris & luctus eis uertit ĩ
gaudiũ. Vnde & uos iter ceteros feſtos dies hãc habetote diẽ: & celebrate eam cum oĩ
letitia: ut & ĩpoſterum cognoſcat̃, oẽs qui fideliter pſis obediunt: dignam pro fide reci
pere mercedẽ: q aũt inſidiant̃ regno eoꝝ perire pro ſcelere. Omnis aũt ꝓuincia & ciui-
tas: quę noluerit ſolẽnitates huius eſſe particeps: gladio & igne depeat: & ſic deleat̃: ut
non ſolũ hominibus: ſed ẽt inuita ſit beſtiis in ſempiternum pro exẽplo contemptus &
inobediẽtiæ. Igitur equites epiſtolas deportantes exierunt: & uiã propoſitã pagebant.
Mardocheus uero regia ĩdutus ſtola: & corona aurea & torque proceſſit ornatus. Quẽ
uidẽtes ita honorificatũ a rege iudei in ſuſis habitantes: cõem exiſtimauerunt eorũ fœ-
licitatẽ. Preterea gaudium & ſalutare lumẽ propoſiti regalibus ſanctionibus p ciuitates
& ꝓuinciaſ iudeos circũdedit ita: ut ẽt multæ gẽtes ꝓpter timorẽ iudeorũ perterrerẽt̃: li
bertatẽ ex periculo eoꝝ cõparatã inſpiciẽtes. Nã duodecimi mẽſis quattodecimo die: q
apud hæbreos adar: apud macedones diſtrios uocatur: portitores regalium litterarum
nunciabant: quemadmodum deberent die quo ipſis periculũ imminebat inimicos cõſu
mere. Tunc perſidis ſatrapæ & tirãni: & regis ſcribæ ſuum iudeis reddebant honorem:
quoniã timor mardochei eos ad tẽperantiã coaceruabat. Poſtq̃ edictũ regis per omnes
prouincias lectum eſt: in ſuſis iudei inimicorum quingẽtos interemerunt. Cumq; rex p-
emptoꝝ in ciuitate numeꝝ heſter nunciaſſet: & in prouincia quod factũ fuiſſet ambige
ret: ſiquid amplius uellet ĩterrogauit eã. Illa uero petiuit eũ: ut præciperet iudeis: & ipo-
ſteꝝ diẽ ita facere ĩ reliquos inimicos ſuos: & ut .x. Aman filii crucifigerent̃. Quod qdẽ
iudeis rex conceſſit: nequaq̃ reſiſtere uolẽs heſter. Iudei uero parati .xiiii. die menſis occi
derunt rurſus aduerſariorum trecentos: nihil penitus poſſeſſioĩs eoꝝ tangẽtes. Interfecti
ſunt ẽt p prouinciam aliaſq; ciuitates a iudeis ſeptuagita ſex milia inimicoꝝ: quos ſtra-
uerũt tertiadecima die mẽſis: quẽ feſtum celebrauerũt. Similiter aũt & iudei in ſuſis col
lecti: die .xiiii. & .xv. eiuſdẽ menſis epulati ſunt. Vnde hactenus oĩs in orbe terraꝝ iudei
hos celebrãt dies: pticulas de cõuiuiis ĩuicẽ mittẽtes. Scripſit ẽt Mardocheus oĩbus ſub
ĩperio artarxerxis degẽtibus iudeis: quatenus hos obſeruarẽt dies ſemp eos celebrantes:
& nepotibus traderẽt p omnia tẽpora celebrandos: ne alicui obliuioni traderẽtur: ꝙ in
his fuerant ab amã pituri: iuſtũq; eſſet: cum uitaſſent periculum: & inimicos puniſſent:
honorare eos: gratias agentes deo. Vnde p̃dictos dies iudei celebrant: appellantes eos
conſeruatores. Mardocheus autẽ magnus erat & clariſſimus apud regem principatũq;
eius regebat: & potiebatur cõmuni cõuerſatiõe cũ regina. Tunc iudei ſuper omnes liber
tatis licentia fruebantur. Hæc quidem ſub imperio artarxerxis geſta ſunt. Cap. VII.

Efuncto autem Heliaſib principe ſacerdotũ: iudas filius eius principatũ ſacerdo-
d talẽ ſuſcepit. Defuncto uero & hoc: Ioannes filius eius honorẽ ſuſcepit. Propter
quẽ uagoſus dux alterius artarxerxis tẽplum uiolauit: & tributa iudeis impoſuit:
nec prius dimiſit quotidianas offerri hoſtias: quã ꝓ uno quoq; anno uectigal exigeret:
dragmas quinquaginta. Hoc aũt ex hmõi cã contigit. Frater erat Ioãnis Ieſus: cui uago
ſus amicus exiſtẽs: ꝓmiſit ei ſacerdotii pricipatũ dare. Qua cõfidentia Ieſus altercatus ĩ

tēplo aduerſus Ioānē ſcitauit fratrē:ut eū interficeret:& tantū in tēplo facinus Ioānes ſ
fratrē cōmitteret:quod nunq̄ prius:nec apud græcos:nec apud hæbreos:ita ſcelerate fa
ctum eſt. Vnde nec deus hoc impune dimiſit:ſed populū propter hanc cām ad ſeruitu-
tē redegit:& tēplum uiolari a perſis dimiſit:dicēte uagoſo. Auſi eſtis homicidium in ue
ſtro tēplo comittere:Ego pemptore illo in tēpore mundior ſum. Et hæc uerba faciēs: in
tēplum ingreſſus eſt. Hac igitur uſus occaſione uagoſus:āno ſeptimo Ioannē pro nece
Ieſu puniuit. Finiēte uero uitā Ioanne ſucceſſit principatui ſacerdotū filius eius Iaddus.
Erat aūt ēt & huic frater manaſſes noīe. Cui ſanaballath miſſus a dario ad ſamariā:ſa-
trapa genere cutheus:ex q̄bus ſamaritę deſcenderunt:audiēs claram eſſe ciuitatē hiero-
ſolymam: & reges eius multa aſſyriis:& habitatoribus humilis ſyrię p̄icula feciſſe: libē
ter manaſſe copulauit ſuam filiam nomine Yſacha: arbitratus p affinitatē obſidē ei fu-
turam ad fidem gentis iudeorū. Cap. VIII.

Er idē tp̄s & philippus rex macedonū ab egeſia pauſania filio ceraſte:genus ab
p oreſte trahēte inſidias paſſus p̄imit̄. Succedēs uero filius eius alexander īperio
trāſiit heleſpōtū:& duces darii deuicit:ſup grānicū flumen cōfligēs cū eis. Cūq̄
p̄curriſſet lidiā & ioniā captiuaſſet frigiāq̄ p̄daſſet:ad loca pāphilię puēit;quod alibi
explanatū eſt. Hieroſolymoꝝ uero ſeniores indignabant̄:q̄d principis ſacerdotū Iaddi
frater Manaſſes:alienigenę cohabitās uxori ſacerdotii p̄ticeps exiſtebat. Arbitrabātur
enī hoc cōnubiū initiū fieri occaſiōis p̄ſtandæ uolētibus leges trāſgredi p uxorū copula
tiōibus: quas ab aliēigenis ſibi cōiungere feſtinabāt. Nā extitiſſe etiā priorē captiuitatē
p hæc cōiugia mala putabāt:q multi ī his peccaſſent: dū nō uxores p̄uīciales ducerēt.
Iubebāt ergo manaſſe diſiungi ab uxore:aut nō ītroire ſacrariū. Pricipes quoq̄ ſacerdo-
tū cū populo hoc īdigne ferebāt. Manaſſes āt phibitus a fratre ad altare accedere:ad ſo
ceꝝ ſanaballan puēit:amare ſe dicēs filiā eius Yſacha:ſacerdotalē uero honorē maximū
eſſe apud gentē & ciuitatē: & genus iudeoꝝ:nec uelle p̄pter hmōi coniunctionē ſacer-
dotii iure priuari. Itaq̄ ſanaballath non ei ſolū ſacerdotiū: ſed ēt principatū ſacerdotii &
potentiā: ac honorē oīum locoꝝ ſibi ſubiectorū dare promiſit:uolēs ſuā apud eū filiam
p̄manere. Dicebat etiā tēplū ei edificare ad iſtar hieroſolymorū ſup montē garizin: q al
tior oībus ſamariæ mōtibus appebat:ſed hoc facere cū regis darii ſnīa. His p̄miſſiōibus
eleuatus manaſſes:p̄manſit apud ſanaballath principatū ſacerdotii arbitratus ſe acce-
pturū dario conferēte. Nā iam ſanaballath uergebat in ſeniū. Multis uero ſacerdotibus
& iſraelitis hmōi ſibi ſubiectis uxoribus:nō p̄ua ſeditio hieroſolymitas habebat:dū plu-
res ad manaſſen tranſirent. Quibus ſanaballath pecunias miniſtrabat:& terram colen
dā:habitationēq̄ deputabat:oībus modis genero ſuo concordans. Eodē tp̄e Darius au-
diēs Alexandrū helleſpontū trāſiſſe:ſatrapaſq̄ ſuos ſup granicū fluuium pugna uiciſſe:
& ulterius acceſſiſſe:exercitū equitū peditūq̄ colligēs:occurrere ſtatuit macedonibus:
priuſq̄ oēs p̄currētes aſyam deuaſtarēt. Tranſiēs ergo fluuiū eufratē & montem cilitiæ
thaurum:hoſtes in ipſa cilitia ſuſtinebat:illic ſperās eos expugnare. Tunc Sanaballath
p̄pter deſcenſum darii gauiſus:ilico manaſſen dicebat: p̄miſſa cōpleri:dario poſt capti
uitatē hoſtium reuertēte. Nam credebat nō ipſe tantū:ſed ēt omnes aſyam habitantes:
nec ad manū belli macedonas cum pſis p̄pter multitudinē eē uēturos. Aliter uero quā
ſperabat̄ euenit. Nam cōgreſſus cū macedonibus rex ē uictus:multāq̄ partē exercitus
p̄dēs:& captis matre:pariter & uxore:ſimul & filiis ad pſas fugiēs remeauit. Alexander
aūt ad ſyriā ueniens damaſcū cœpit:& ſubiugata ſydone:tyrū obſidebat. Litteras uero
ad pricipē ſacerdotū iudeoꝝ direxit īuitans eum auxilia ſibi mittere & uenalia exercitui
præparare:& quāta prius dario cōſecrabat: ei præberet:eumq̄ īuitauit amicitiā mace-

donũ eligere:ne impoſterũ peniteret.Cũq; priceps ſacerdotũ litteratũ portitoribus rñ
diſſet ſacramẽta dario ſe dediſſe:ne cõtra eũ arma portaret:nec poſſe uiuẽte dario conſti
tuta tranſcẽdere Alexãder ĩcitatus tyrũ quidẽ relinquere nõ decreuit: paulopoſt capi fu
turã qua uicta:minabatᷣ cõtra principẽ ſacerdotũ gẽtis iudeoꝝ exercitũ mittere:ut oẽs
ꝑ eũ diſcerent:qbus deberẽt cõſtituta ſeruare.Quapropter intẽtius in obſidiõe ꝑſeuãs:
uaſtauit tyrũ.Cũq; eã cœpiſſet ad ciuitatẽ gazã ꝑuenit eãq; cũ duce ſuo babima ſiu obſi
debat.Arbitratus aũt Sanaballath oportunũ inueniſſe tp̃s:dario iam deſperato:eligẽs
de ſuis octo milia:ad alexãdrũ ꝓficiſcitᷣ:quẽ reperit inchoantẽ tyri obſidionẽ. Cui et ꝑ
miſit dare loca ſub ſua poteſtate cõſtituta: magiſq; ip̃m dominũ libẽter hẽre quã dariũ.
Cũq; ſe intellexiſſet:grate ſuſceptũ:confiſus iã et de p̄ſentibus fretus:uerba ꝓferebat:di
cẽs ſe generũ habere manaſſen:fratrẽ iaddi principis ſacerdotum iudeæ gẽtis: multoſq;
alios cũ eo p̄ſentes ex eadẽ gente: quos uelle aiebat ſub eo tẽplum locis conſtitutis edifi
care:hoc aũt ipſi ꝓfuturũ dicebat:ſi diuideretᷣ in duas partes iudeoꝝ potẽtia.ne eadẽ cõ
cordia gens cõiuncta debellaret:aut ĩ aliquo regibus obuiaret:queadmodũ prius & aſ
ſyriorũ regibus cõtingebat.Cõcedẽte uero Alexãdro:oĩ ſtudio anniſſus ſanaballath edi
ficauit tẽplũ & ſacerdotẽ manaſſen cõſtituit:maximũ arbitratus præmiũ ex filia nepoti
bus futuꝝ.Septẽ aũt menſibus ĩ obſidione tyri trãſactis:& duobus ĩ gaza:ſanaballath
defunctus eſt.Alexãder aũt capta gaza:ad ciuitatẽ hieroſolymitaꝝ aſcẽdere feſtinabat.
Quod priceps ſacerdotũ iaddus audiens: ĩ pauore & timore cõſtitutus:moliebatᷣ quẽ
admodũ macedonibus feſtinus occurreret rege ĩdignãte: & putãte timorẽ eſſe cõtuma
ciã.Præcipiens igitᷣ populo ſupplicationẽ & ĩmolationẽ offerre deo: ipſe deprecabatur
ſubuẽire gẽti:a uẽturiſq; eã liberare piculis.Obdormiẽte uero eo poſt ſacrificiũ deus p̄ce
pit ut cõſideret:ſertiſq; ciuitatẽ ornaret:portaſq; ꝓtinus aperiret:& alios qdẽ cũ ueſte al
ba:ip̃m aũt & reliquos ſacerdotes cũ legitimis ſtolis iuſſit occurrere: nihil ſeuũ ſperãtes
pati:deo ꝓuidente.Cunq; a ſopore ſurrexiſſet:ualde cõgaudẽs:nocturnũ oraculum om
nibus ĩdicauit:& quæ uidit ĩ ſomno cũctis facere demandans:regis p̄ſentiã expectabat.
Quẽ audiẽs nõ lõge eſſe a ciuitate: ꝓceſſit cũ ſacerdotibus:& ciuili multitudine:ſacram
& maiorẽ aliis gentibus ei p̄parans occaſionẽ:ad aliquẽ locũ qui ſaphin appellatᷣ:quod
nomẽ latine trãſlatũ ſcopulũ ſignificat:ex quo loco hieroſolymã tẽplũq; potuiſſet uide
re.Phœnices uero & chaldei regem ſecuti:putabant:quia qcqd potuiſſet furor impialis
ꝑmittere in ciuitatẽ:ipſe cõmitteret: & pricipẽ ſacerdotũ ſummis afficeret contumeliis.
Quod e diuerſo contigit euenire.Nam Alexander p̄uidens multitudinẽ ueſtibus albis
indutam: antiſtites uero cum biſſinis ſtolis:& principẽ ſacerdotum iacinctinã & aureã
ſtolã:ſuper caput hadentẽ cidarim:& ſup laminã aureã: in qua ſcriptum erat dei nomẽ:
adiit eum ſolus:& numẽ adorauit:& principem ſacerdotum primus ueneratus eſt.Om
nibus uero iudeis una uoce Alexãdrum ſalutãtibus:circumaſtãtes ſyriȩ reges:& reliq:
hoc facientẽ ſtupuerunt:corruptãq; regis mentẽ putauerũt.Parmenion uero ſolus eum
ĩterrogauit dicens:cur omnibus eũ nõ adorãtibus ipſe adoraſſet principẽ ſacerdotũ gen
tis iudeæ.Cui ille non hunc inqt adoraui:ſed deũ cuius pricipatu ſacerdotii functus eſt.
Nam ꝑ ſomniũ in huiuſmodi eũ habitu cõſpexi:adhuc ĩ odio ciuitate macedoniæ cõſti
tutus.Dũq; mecũ cogitaſſem:quẽadmodũ poſſem aſyam uincere:ĩcitabat me nequaq̃
negligere:ſed confidẽter tranſire.Nam ſemp ductuꝝ meũ dicebat exercitũ & ꝑſaꝝ tra
diturum potẽtiam:ideoq; neminẽ alium in tali ſtola uidẽs:cum hunc animaduertiſſem:
habẽs uiſionis & ꝓbationis nocturnæ memoriam:ſalutaui.Exinde arbitror diuino iuua
mine me directum:Dariumq; uiciſſe:uirtutemq; ſoluiſſe perſarum.Propterea ſimul etiã
oĩa quȩ in eo corde ſperantur:prouentura confido.Poſtquam hæc parmeoni locutus eſt

principē ſacerdotū honorans:occurrētibus: reliqs ſacerdotibus ad ciuitatē uſq; peruenit:& ad tēplū aſcendens:ſacrificauit deo:ſecūdū ſacerdotis oſtenſionē.Ipſe aūt ſacerdotū principi:& reliqs ſacerdotibus munificēter multa donauit.Allato uero ei uolumine Danielis:in quo ſcriptū erat:quēdā graecorū regē pditurū pſarū potētiā : arbitratus ſeipm eē quē ſcriptura ſignificabat:gauiſus eſt:& tūc qdē multitudinē dimiſit.Poſtera āt die cōuocans eos iuſſit petere:& quas uellent donatiōes accipere.Principe ergo petēte: ut liceret patriis uti legibus:& ſeptimū annū ſine tributis eē:mādauit:et oīa conceſſit. Cūq; ab eo poſtulaſſet:ut iudeos in babylōe et media gēte pciperet ſuis potiri legibus: pmiſit libenter facere q̄ poſcebat. Dicēte uero ipſo ad multitudinē:ſiqs elegerit ei militare:pmanēs ī patriis legibus:et ſecūdū eas uiuēs: paratū ſe eos ducere:ſe pugnaturos cum eo dixerunt.Igitur Alexander ita diſponens hieroſolymā: duxit ad reliquas exercitum ciuitates:omnibus eum ad quos peruenit amabiliter ſuſcipientibus . Samaritæ uero metropolim tunc ſicimam nomine habētes:poſitā iuxta garizin montē:in quo trāſgreſſores habitabant iudei:uidētes ab Alexandro ita magnifice iudeos honoratos: coacti ſunt ſe fateri iudeos.Nam hmōi ſamaritę naturę ſunt:ſicut prius alibi demonſtrauimus:in calamitatibus merſos iudeos negant eſſe cognatos:ueritatē confitētes:& cū uiderint clarum eis aliquod oblatū: tunc ſocios ſe iudaici generis pfitentur : originē ſuā a nepotibus ioſeph:effraī & manaſſe recēſentes . Tunc ergo claritatē & multū animi ſui affectū oſtēdētes:occurrerunt regi:paulominus quā hieroſolymitæ.Cūq; laudaſſet eos Alexāder: ſicimitę adierūt eū cū militibus:quos ad eū ſanaballath trāſmiſerat petētes: ut ad ciuitatē pueniret:& tēplū apud eos poſitū honoraret q reuertēs:ad ipſos ſe uenire pmiſit.Petētes aūt tributoꝝ ſeptimi āni cōceſſionē:nā neq; ipſi ſemināt in eo cōſuluit: qui eſſent qui talia poſtularent . Cunq; reſpondiſſent hębreos ſe quidē eſſe ſicimitas autē a ſydonio nuncupari:iterū interrogauit eos:utrū iudei eſſent illis aūt dicentibus non eſſe : & ego inquit hęc iudeis conceſſi:ſed reuerſus quidem et a uobis certius edoctus q̄ uiſa fuerint agam Et ſicimitis qdē ita poſtulationē negauit.Similiter uero amicos ſanaballath ſeſeq̄ pcepit ad ægyptū : ibi daturū ſe eis iugera terræ pmittēs:quod & poſtea fecit:thebaidā cuſtodire prouinciā eis iniungens.Igit̄ defuncto alexrandro:& principatu a ſucceſſoribus eius diuiſo:templum ſup Garizin montē pmanſit.Et ſiquis culpā habuiſſet apud hieroſolymitas:aut de cibo illicito:ſeu de tranſgreſſione ſabbatorū: aut de huiuſmodi peccato ad ſicimitas recedebat dicens ſe iniuſte culpari.Defunctus eſt autē illo tpe princeps ſacerdotū laddus:& Onias filius principatū ſacerdotalem ſuſcepit.Et in his conſtituti hieroſolymitæ degebant.

INCIPIT LIBER.XII.ANTIQVITATIS IVDAICAE.QVI CONTINET GESTA.C.LXX.ANNORVM. CAP.I.

ALexander rex Macedonū ubi regnū perſarū diſoluit:iudeamq; diſpoſuit ut pdictū eſt a uita diſceſſit.Cumq; multos principatus ſui ſucceſſores reliquiſſet.Antigonus qdē Aſyam appręhendit.Seleucus aūt babylonē:genteſq; uicinas obtinuit.Liſimacho ceſſit Helleſpontus . Macedoniam rexit Caſſander . Ptolomeus filius Lagi Aegyptū poſſedit.Qui dū aduerſum ſe ſeditiones haberent:ſuūq; dilatare contenderent principatū:diuturnis bellis ciuitates cōcuſſæ:multis ciuibus inter certamina pereuntibus ingemiſcebant.Tūc & oīs ſyria ſub Ptolomeo filio Lagi q ſaluator nuncupatur:contraria ſui nominis eſt perpeſſa.Nāq; hic ēt

Hieroſolymã depugnauit:fraudibus & dolis ciuitatẽ die ſabbatorũ igreſſus ſub ſpecie
ſacrificii nequaquã iudeis reſiſtẽtibus quõ hoſtile nihil exiſtimarẽt: & ideo ocioſi ueluti
nihil ſuſpecti ſegnes erant. Qui cũ ſine labore ciuitatẽ apprehendiſſet:crudeliter eis do
minabatur. Teſtis eſt oratiõi meæ Ouidius Sabatarcides:qui ſucceſſorꝫ Alexãdri acta
conſcribẽs ſuperſtitionẽ noſtrã ꝓ qua libertatẽ amiſimus exprobrauit: cũ hæc diceret.
Eſt gens quę iudea dicitur ciuitatẽ munitam & magnam hieroſolymã detinẽs: quę cõ
tẽpſit ſub Ptolomeo conſtituta dum arma capere deuitaſſet: & ꝓpter ſuperfluã ſupſti-
tionẽ ſeuiſſimum dominum ꝑtulit habere. Sabatarcides quidẽ hęc de gẽte noſtra cõſcri
pſit. Ptolomeus uero multos captiuos a mõtanis iudeę:uel a uicinis locis Hieroſolymo
rũ.i.a Samaria uel a Gariſi trahens ad Aegyptũ cõmigrauit. Sed cum cognouiſſet eos
quos ab Hieroſolymis abſtraxerat firmos iuriſiurandi uel fidei cultores exiſtere cũ Ale
xandro legationẽ ad eos mittẽti ſic reſpondiſſent Dario uiuẽte contra eũ arma nequaq̃
ſumere:poſt Darii expugnationẽ multos ad caſtella deputauit: & pes cũ Macedõibus
Alexandrię ciues ſtatuit:fideq; ab ipſis recepit: ut nepotibus ſuis ſocietatẽ cuſtodirent:
cum & alii nõ pauci iudei ſponte ad Aegyptũ ꝑueniſſent opulẽtia locorũ. Ptolomeiq;
munificẽtia inuitati;quorꝫ nepotes ſeditiones contra ſamaritas dũ ſuę gẽtis patriã obla
tionẽ ſeruare feſtinarent excitabant. Nam Hieroſolymitę defendebant: dicentes ſuum
templum ſanctum exiſtere:& immolationes illic tranſmitti oportere. Sichimitę uero ad
Garizim montem deſtinari iubebant. Cap. II.

p Oſt decimũ & ſecũdũ ãnũ ipſi Alexandri:& poſt quadrageſimũ Ptolomei ſalua
toris:regnũ Aegypti Philadelphus obtinuit ꝑ ãnos trigintanouẽ: qui & legẽ iu
deorꝫ ĩterꝑtatus ẽ:& famulãtes in Aegypto Hieroſolymitas a ſeruitutis uinculo
reſoluit uſq; ad centũ uiginti milia ex huiuſmodi cã. Demetrius Falareus ſuꝑ bibliothe
cam regis conſtitutus dũ ſtuderet oĩa ꝑ uniuerſam terrã inuenta uolumina congregare:
& acquirere ſi qd audiſſet dignũ induſtria uel uoluntate regis:quẽ erga collectionẽ codi
cũ munificẽter accẽdi cognouerat:interrogatus a Ptolomeo:quot millia codicũ habe-
ret:cũ uiginti milia iã reſpondiſſet: ſed tpe poſt pauco uſq; ad qnquaginta milia poſſe
ꝑuenire:& nunciatũ ſibi diceret:multa apud iudeos legum eorũ eſſe conſcripta: ſtudio
uel bibliothecę regali digna:q̃ figuris litterarũ uel ſermone illorũ:cõpoſita:laborẽ non
paruũ præberẽt:ſi in grecũ mutarent̃ eloquiũ:cum uideant̃ Syrorũ litteris ſimiles eorꝫ
eſſe figuræ:equa pronunciatione uocis:nihil ergo ĩqt ꝓhibet tuarũ pecuniarũ ſumptu
eas interpretari:dũ in bibliotheca tua illorũ quoq; leges contineant̃. Igitur ex optima
Demetrii ſnĩa delectatus:poſtq̃ ſtudium ſuũ multos colligendi codices demonſtraſſet:
ſcripſit ad principes ſacerdotũ gentis iudeę hæc fieri demandans. Ariſtenus aũt amicus
regi neceſſarius:ꝓpter humilitatẽ morũ ab eo dilectus:cũ ſæpius ante niſus eſſet Ptolo
meũ pẽtere:quatenus dimitteret captiuos iudeos q ſub ĩperio eius eſſent tp̃s hoc petitio
nis proſperũ arbitratus: ante loquit̃ primatibus cuſtodũ regis corporis:Soſibio Taren
tino & Andreæ ut ſimul laborarent:de qbus petiturus regẽ accederet. Quorũ ſnĩa con
firmata: cũ hm̃õi ſermonibus regẽ adiit dicens. Minime rex oportet una nos ſpe negli-
genter decipi:ſed ueritatẽ intimare. Nã ſi legẽ iudeorum non tantũ tranſcribere:ſed etiã
interpretari ꝓ tua gratia ſtudemus:qua ratiõe poſſit hoc fieri:tot iudeis in regno tuo ſer
uientibus. Quos benignitate tuę munificentiæ decet a p̃ſenti iugo ſeruitutis abſoluere:
ac deo q leges expoſuit ꝓ tui regni tutela remittere. Nã cũ multa ſæpius indignaſſem:
cognoui factorẽ eos oĩum deũ colere:quẽ nos zena.i.iouẽ nominamus: q; oĩbus indul-
get zẽ.i.uiuere. Quapropter ad honorẽ dei quẽ maxima religione placant:liberos eos
patriæ & moribus ſuis reſtitue. Cognoſce tamẽ princeps me nec affinẽ eſſe eis:nec ab

eadē gētium natione.ut pro illis hęc ſuggerā:ſed dum omniū hominū factorē deū ſcirē
ſuauiter ſuos benefactores amplecti:ad hāc petitionē ꝑueni. Poſtq̄ hæc Ariſtenus locu
tus eſt & rex in eū hilari uultu ridētiq; conſpexit:quanta inquit arbitraris milia poſſe di
mitti. Tunc Andreas reſpondit dum interfuiſſet: dixitq; pauloplus quā cētū milia poſ
ſunt exiſtere. Nō paruā inqt a nobis Ariſtene donationē poſcis. Soſibio uero cū p̄ſen
tibus dicēte dignū eē munificētię ſuę:ſi deo q regnū ei donauit has gratiarū uices offer
ret:rex ſapiēti uſus cōſilio:ne cōtra eos milites qui eos captiuauerant facere uideretur:&
quorū ſtipēdia captiuorū abſolutiōe minui uiderētur: de ſuo eos erario redimere ſtatuit
dū militibus merces ānone p̄ſtaretur:& ꝓ ſingulo captiuo apud eos cōſtituto dragmę
centū uiginti darent. De q̄bus ēt pręcepta proponere ꝓmiſit: per quæ munificētiā ſuā:
& Ariſteni petitionē confirmaret. Pręterea uoluntas dei affuit:ꝑ quā non tātū illos q a
patre eius uel exercitu illius tranſlati fuiſſent:uerū ēt illos: q ſub regno eius p̄extitiſſent
abſolutioni donaret:uel ſi q poſtea ſuꝑueniſſent:ꝓ quorū redēptione pluſq̄ q̄dringenta
talēta ſunt a rege largita. Vn̄ & exēplū ſanctionis ad manifeſtādā poſteris regis munifi
cētiā cuſtodiri decreuerūt: quod erat hmōi. Quicūq; ſub noſtri patris īperio militātes ſy
riā & phœnicē cū eo iudeāq; uaſtauerunt: & captiuos adductos ad noſtras ciuitates &
ꝓuincias uēdiderūt:hos & q olim ſub meo regno exiſtūt: & ſi quos nūc ſuꝑduxerūt di
mittāt ꝓ ſingulo corpore accipiētes dragmas cētū uigīti:& milites qdē cū ānonis ſuis:
reliq uero a regali menſa redemptionis p̄ciū accipiant. Arbitror enim eos ſine uolūtate
mei patris contra iuſticiā deprędatos: ꝓuinciamq; eorum fuiſſe uaſtatā. Vn̄ & multos
milites profectos eſſe cagnouimus:dū ad ægyptū eos traducerent. Iuſtum ergo conſpi
ciens miſereri eis:iubeo conſtitutos in ſeruitute iudeos oēs dominis eorum antedictam
accipientibus ſummam abſolui: nec quenquam in hac re fraudem aliquam agere: ſed
his potius conſtitutionibus obedire. Diſpoſitiones aūt meas p̄cipio:ex quo miſſę ſunt
ꝑ tres dies ꝓponi:quatenus ad iudices domini conueniant:corpora ſtatim oſtendētes:
hoc enī meo credo ꝓ futurū īperio. Contumaces uero liceat cuiq; uolenti nunciare:qua
tenus eorū ſubſtantię regis poſſeſſionibus socient. Cū hæc ſanctio regis lecta fuiſſet:&
uiſa eſſent oīa iuſte decreta:tantū uero deeſſe de abſolutione priorū:& horū q poſtea du
cti iudei fuiſſent:ipſe de his ſua liberalitate p̄cepit. Præterea ſciens ſubitaneā diſtributio
nē difficilē exiſtere iuſſit rex miniſtris & regiis cācellariis pecūias ſeponere. Quo facto
intra ſeptimū diē oīa regis p̄cepta impleta ſunt:& talenta ſuꝑ quadringenta:ſexaginta
ꝓ redemptione partita noſcunt:dū & ꝓ infantibus domini centū uiginti dragmas exi
gerent:ſicut rex pro his demandaſſet:ſcribendo pro ſingulo corpore p̄dictā ſummā ex
hiberi. Cū hæc ſecundū regiā uoluntatē munificenter diſpoſita fuiſſent:iuſtū uiſum eſt
demetrio de iudaicis codicibus tranſcribendis:eius allegare decretū. Nā nihil fruſtra a
regibus diſpenſat:ſed oīa cū multa diligentia gerunt. Quapropter allegationes:uel epi
ſtolarū exemplū deſignauimus:& ornamentorū tranſmiſſorū multitudinē:& qcqd in
unoquoq; conſtructū eſt. Vnde poteſt optime opificū ars ꝑſpici. & uaſorū oium excel
lentia agnoſci. Allegationis aūt exemplū hmōi probat. Maximo regi demetrius. Pręci
piente te o princeps de his q̄ hactenus ad cōſumationem bibliothecę deſunt:quatenus
colligant:& de his q̄ corruerunt ut debitā diligentiā īpetrarent:oī ſtudio uſus in his: ad
noticiā ueſtrā ꝑduco legiſlationis iudaicæ uolumina nobis cum aliis deeſſe. Nā figuris
hæbraicis:& uoce gentili conſcripta: inexplicabilia nobis exiſtunt. Contigit ēt minus
diligenter ea quæ habent transferri:dū regalē ꝓuidentiā minime percepiſſent: neceſſa
riū tamen eſt hæc apud te cautius expoſita reponi. Nā ſapientiſſima & integra legiſla
tio:ſic a deo data uidet exiſtere. Quapropter inqt Acatius abdiripetas:ſeu cōſcriptores

hiſtoriaꝝ nullatenus meminiſſe eius: nec uiroꝝ qui ſecundũ eiuſdẽ legiſlationis ꝑcepta uixerunt: eo ꝙ caſta nimis exiſteret: ac nõ oporteret eã ꝓfanis linguis exponi. Si uideť ergo tibi rex: ſcribe principi ſacerdotũ gentis iudeæ: q̃tenus trãſmittat ſeniores ab unaquaq; tribu legũ peritos: ut cũ eis codicũ explanationẽ & cõſonãtiã cognouerimus: & interpretationis rerũ cautã expoſitionẽ acceperimus: dignos codices tua uolũtate reponamus. Igiť tali ſuggeſtione facta: ꝑcepit rex: ut ſcriberẽt de his Elezaro principi ſacerdotũ gẽtis iudeę: ſimul ẽt de abſolutiõe ſeruientiũ apud eos iudeoꝝ: ꝑterea mandarent ei: q̃ trãſmiſiſſent ad faciẽdas crateras & libatoria: põdus auri talẽta q̃nquagĩta: lapidũ uero ꝑcioſoꝝ ineſtimabilẽ multitudinẽ: denũciãs ẽt cuſtodibus arearũ in q̃bus lapides ſeruabanť: ut electionẽ illoꝝ darẽt opificibus: quatenus quos uellẽt ad ſpeciẽ opis tollerent necnõ ĩperauit: ut pecuniæ ꝓ imolatiõibus & reliq̃s cauſis cẽtũ talẽta ſacerdoti darenť. Narrabo igiť factas & modũ cõſtructiõis eoꝝ, cũ declarauero exẽplum epiſtolę principi ſacerdotũ eleazaro a rege conſcriptę: q principatus honorẽ pro tali cã ſuſcepit. Defuncto principe ſacerdotũ Onia: filius eius Symon ſucceſſor extitit: qui iuſtus eſt appellatus: ꝓpter pietatẽ quã in deũ: & fauorẽ quẽ erga regẽ habuiſſe uidebať. Quo mortuo & filiũ infantulũ relinquẽte nomine Onia: frater eius Eleazarus de quo ſermonẽ fecimus principatum ſacerdotii ſuſcepit: ad quẽ Ptolomeus hm̃õi litteras deſtinauit. Rex Ptolomeus Eleazaro principi ſacerdotũ ſalutẽ. Multis habitãtibus imperio meo iudeis quos pſę cũ potẽtes fuiſſẽt ad captiuitatẽ traxere: quoꝝ aliquos pater noſter ad militiã maioribus ſtipendiis deputans: honoratus eſt: aliis autem in ægyptum cum eo ambulantibus: caſtella & eoꝝ cuſtodiam demãdauit: ut ſint ęgyptiis in terrorem: Cum uero ego principatum ſuſcepiſſem: omnes clementer tractaui præſentes ciues tuos: quorum plus centum milia captiuos & ſeruientes remiſi: poſſidẽtibus eos pro redẽptione pecunias perſoluens: ętatibus aũt uigentes numeris militaribus deſignaui: multoſq; q mihi uel aulæ potuiſſent fidẽ ſeruare in palacio conſtitui: arbitratus deo iocundũ ꝓ mea ꝓuidentia uotũ ei hoc maximũ deuouere. Porro uolens & iſtis & oĩbus per uniuerſam terrã iudeis ꝓſtare: leges ueſtras litteris græcis ab hębraicis tranſlatis: in noſtra bibliotheca decreui reponere. Bene ergo facies: eligendo uiros optimos ſeniores ſex: ab unaquaq; tribu dirigere: qui per ætatẽ legũ ſunt periti: ualebuntq; interpretationẽ earũ caute nobis exponere. Nã opinor his perfectis: maximã nobis gloriã ꝑparare. Tranſmiſi uero q deberent de his uobiſcũ diſputare, Andreã primatẽ cuſtodũ mei corporis: & Ariſtenũ mihi dilectiſſimos: ꝑ quos ẽt primitias uotorũ ad templũ: & ꝓ ĩmolationibus: & aliis rebus: tranſmiſi talenta centũ. Tu aũt manda nobis q̃ uolueris fieri: quod gratius amplectimur. Cũ regis epiſtola Eleazaro fuiſſet porrecta: nimiũ liberaliter ad eũ ita reſcripſit. Princeps ſacerdotũ Eleazarus: Ptolomeo regi ſalutẽ. Valẽtibus uobis cũ arſiõe regina: uel filiis: bene nobis oĩa conſtant. Cũ uero epiſtolã ſuſcepiſſemus: ſatis de tua uoluntate ſumus gauiſi. Congregantes aũt multitudinẽ legimus eã quatenus oſtenderemus: quã pietatẽ erga deũ habeas. Demonſtrauimus ſecundũ eas pateras quas miſiſti aureas uiginti: argenteas triginta: crateras quinq; ad menſam dedicandã: & q̃ directa ſunt ꝓ ĩmolatione uel renouatione eorũ q̃ templo deſunt: talenta centũ: deportata ꝑ Andream & Ariſtenũ clariſſimos tibi amicos: uiros optimos: & doctrina præcellentes: tuaq; uirtute dignos. Cognoſce uero nos pro tuis utilitatibus: & ꝑter naturã aliq̃d uelle pati dũ reddamus tuis beneficiis q̃ multipliciter in noſtros ciues largiris. Statim ergo ꝓ te: tuaq; ſorore: uel filiis hoſtias obtulimus: & multitudo uota ꝓſoluit: ut uobis eueniant q deſideratis: & tuus principatus in pace cuſtodiať. Ad interpretandã uero legem quã pro tuis commodis accipere poſtulas: elegi uiros ſex ab unaquaq; tribu: quos dixerimus legem

ferẽtes. Erit aũt ueſtræ pietatis uel iuſticiæ: ut poſt legis trãſcriptionẽ ad nos eã caute cũ
portitoribus remittatis. Vale. Hęc q̃dẽ princeps ſacerdotũ reſcripſit. Mihi uero non eſt
neceſſariũ uiſum: ſeptuaginta ſeniorũ ab eleazaro miſſorum nomina declarare: licet inti
mata fuiſſent ſub epiſtola. Vaſorũ tñ magnificẽtiã ad cõſtructionẽ quę deo rex direxit:
nõ incongruũ exponere putaui: quatenus oĩbus munificẽtia regis erga deũ dilucidetur.
Siquidẽ ipſe largos ſumptus p̄ſtitit: & ſemp opificibus opera trãſmittebat: nihil cõſtrui
deſidioſe concedens: quorũ de ſingulis qualis fuerit magnificẽtia narrabo: quamuis hi-
ſtoria narrationẽ eoꝝ minime depoſcat: regis enim diligentiã uel munificẽtiã ita legẽti
bus arbitror apiri. Prius aũt de mẽſa diſſeremus. Igiť habebat rex in ꝓpoſito ſuo ualde
maximã mẽſam cõficere. Pręcepit aũt dedicatę in hieroſolymis mẽſę quãtitatẽ cogno-
ſci: ſi poſſit maior fieri. Cũq; ꝑcepiſſet q̃lis eſſet illic cõſtituta: & q̃a nihil ꝓhiberet maio
rẽ cõſtrui dixit q̃ntuplã magnitudinẽ uelle ſe facere: ſed timere ne ad miniſteriũ pro ma
gnitudinis quãtitate inutilis fieret. Nã nõ eã tãtũ ad ſpectaculũ deuouere: ſed ẽt mini-
ſteriis abilem uoluit dedicare. Quapropter arbitratus mediocrem priorẽ menſam auri
inopia confectam: magnitudine quidem ſuperare priorem noluit: uarietate uero uel
pulchritudine materiali clariorem conficere iudicauit. Sagax ergo ad diſcernendum ua
riarum rerum naturam erat: & inuenire nouas ammirandaſq; facturas: quæ ſine deſcri
ptione fuiſſent. Harum ipſe prudenter inueniebat effectum: & oſtẽdens artificibus: ita
perfici enunciabat: ut quę deſcripta fuiſſent: eorum cautã ſimilitudinẽ euidẽter opifices
imitarenť. Promiſſa ergo complẽtes: menſam deſcribere feſtinamus. Huius duorum ſe
mis cubitorum longitudinem: latitudinem unius ſemis conſtruxerunt: totã de auro for
mantes eam. Coronam quidem in palmam conferunt: frontiſpicia uero uerſatilia ſcul
pturam habentia: ornatam in ſpeciem reſtis ex tribus partibus mare ſimilantis. Trian-
gulis enim exiſtentibus frontiſpiciis unuſquiſq; angulus eandẽ formæ diſpoſitionẽ ha-
bebat. Quę dũ uerterenť: unã & nõ diuerſam ſpeciẽ demonſtrabat coronæ. Porro pars
q̃ ſub menſa erat incluſa: pulchre conſtructa fulgebat: pars aũt quæ de foris apparebat a
artificii decore plus cuncta ſplendebat: q̃a uiſui uel ſpectaculo patebat. Vnde ꝓceritate
partiũ ambarũ acutã fieri cõtigerat: ne ullus angulus triũ ut p̄diximus exiſtentiũ in trãſ
ductiõe minor uidereť. Diſpoſiti uero erant in modũ funiũ torno factorũ pręcioſiſſimi
lapides: aureis ſperulis ꝑ foramina concluſi. Partes aũt q̃ ꝑ latera coronę cernebanť: in
ſpeciẽ ouorũ optio labide factorũ figurate nitebãt: ſculpturæ uirgulas imitatę: q̃ ſpiſſe
circa menſam uoluebantur. Quorũ aũt diſpoſitionẽ circunduxerũt opifices: ornatamq;
oĩum fructuũ naturam: uuas pendentes: ariſtas ſurgentes: malagranata concluſa. Lapi
des aũt ſecundũ genus p̄dictorũ fructuũ ad ꝓpriũ uniuſcuiuſq; colorẽ formatos: circa
totã mẽſam ex auro ligauerũt. Sub corona quoq; ouoꝝ ſimilis ordo: ſeu uirgaꝝ cõſtite
rat: ut ex ambabus ꝑtibus eãdẽ opis uarietatẽ cauãq; ſpeciẽ menſa cõſtructa proferret:
ne frontiſpicii uel coronæ poſitio in alterã partẽ menſæ conuerſa fieret diuerſa: ſed eadẽ
uſq; ad pedes facies opis extẽdereť. Nã ductile aurũ quattuor digitis latũ: ſecundũ totã
menſæ latitudinẽ ſuper quod pedes eius imponerẽt: fecerũt: deinde ſperulis & clauſuris
eos cũ corona menſæ conſtruxerunt: ut eundẽ artificii uel magnificẽtiæ uiſum p̄berent,
in quancunq; partẽ menſa cõuerterenť. Sup menſam aũt Meandrũ fluuiũ ſculpſerunt:
lapides p̄cioſiſſimos in medio eius tãq̃ ſtellas uario colore ponẽtes. Nã carbunculũ uel
ſmaragdũ iocundo aſpectu fulgentes miſerũt: aliorũq; genera lapidũ q uel induſtria uel
emulatione digni: ꝑ excellentiã naturę cunctis exiſtunt. Poſt meandrũ aũt completũ: in
ſpeciẽ funis q̃ddã circunferebatur: in medio figurã ſublongã & rotundã habens: ſuper
quod chriſtallinus lapis erat electrum ĩpoſiti pari pene formaꝝ aſpectu: q delectationẽ

mirã intuentibus p̃ſtabant. Capita uero pedũ eius ſimilia liliis fabricauerãt: curuationẽ
brachioꝝ habẽtia ſub mẽſa reflexã: intus uero rectũ inſtar lilii germẽ uidebat᷑: quos la
pis carbunculus in palmũ factus: figurã crepidinis oñdens: & latitudinẽ octo digitorũ
hñs ſuſtẽtabat. Nã ſup eũ pedũ oẽ pondus innitebat᷑. Sculpſerunt ẽt tenuiſſimo uel la
borioſiſſimo torno unũquẽq; pedũ: in q̃bus hederę uel uitis palmites cũ uuis exiſtenti
bus eminebãt: ut nihil a ueris diſcrepare putarent᷑. Siq̃dẽ ad aure flatum p tenuitatẽ &
extẽſionẽ ſummitatis ſuę cõmotæ: imaginationẽ naturaliũ arte p̃bebãt. Verũetiã figu
rã totius mẽſę tribus tabulis cõſtruxere: cõpagine ptiũ in inuicẽ ita colligata: ut inuiſi
bilis exiſteret: nec intelligeret᷑ coꝝ inſertio. Groſſitudo uero menſæ non minus dimidio
cubito fuiſſe dinoſcit᷑. Talis ergo uotiua menſa multa regis munificẽtia: uel p̃cioſitate
materiæ: ac uarietate pulchritudinis: & iduſtria artis artificũ ſtudioſe pfecta eſt: & licet
magnitudine prioris deo deuote menſę non diſtaret: artificio tamen & nouitate: uel cla
ritate facturæ: ualde melior & ſplẽdidior elimata fulgebat. Crateras ẽt aureas duas fece
runt: ſculpturam uiperam ad inferiore parte uſq; ad cingulum habẽtes: lapidibus uariis
in ſquãma cõcluſis. Dehinc ſuper eos fecerunt Meandrum altum cubito: compoſitione
lapidum diuerſorum: ſpecie magna fulgentẽ: in quo uirgarum ordo inſtabat: de quibus
complexionibus ſimul uſq; ad labrũ protrahebatur. Per medium quoq; quattuor digi
torum ſculptura pulchris lapidibus inſerta: decorẽ craterum oſtendebat: quorum labra
liliorum foliis: & uuarum floribus in orbẽ productis corona complectebatur. Et aureas
quidem crateras duas: capientes utraſq; amphoram hmõi cõſtruxerunt. Argentæ uero
clariorẽ ſpeculis ſplendorẽ emittebant: ut certius in his facies aſpicientiũ uideret᷑. Inſup
fecit rex pateras triginta ex auro necnon lapide præcioſo: & circũdate foliis hederę: uel
auroſis bratteis: quaſi uitis celatura artificioſe obumbrabantur. Hæc ideo ita fiebant ꝙ
per ſcientiã opificis arte mira reliquos anteirent: & multomelius ſtudio uel munificentia
regis formabant᷑. Non enim tantũ iceſſanter & large artificibus impendia præſtabat:
quanto ẽt publicorũ negociorũ relictis regiminibus: ipſe operãtibus ſemp inſtabat: &
frequẽter artifices uiſitabat. Quapropter opera opificũ diligentia regis & induſtria fer
uente propenſius iminebat. Cũq; hęc ad hieroſolymã trãſmiſſa ptolomei uoto fuiſſent:
& princeps ſacerdotũ Eleazarus ea deo dicaſſet: portitores eorũ honorans: donaq; regi
deportanda p̃ſtans ad eũ remiſit. Ergo poſtq̃ alexandriã puentũ eſt: & Ptolomeus p̃ſen
tiã eorũ cũ ſeptuaginta ſenioribus audiuit: ſtatim Andreã & Ariſtenũ] legatos euocari
p̃cepit. Qui uenientes: epiſtolas quas a principe ſacerdotũ deportauerunt obtulerũt: &
ea q̃ uerbis eos diſſerere iuſſerat edixerũt. Studens aũt colloqui ſenioribus ab hieroſoly
mis pro interpretatione legũ directis: diuerſos quidẽ qui pro ſuis cauſis aderãt denũcia
uit dimitti: mirabilem hanc & p̃ter conſuetudinẽ faciens dimiſſionẽ: ut qui ꝓpter hmõi
cauſas ducebant᷑: poſt quintũ diem eum adirent. Legati uero poſt menſam a rege tunc
dimiſſi: illos ab Eleazaro deſtiatos expectabat. Dũq; ſeniores illi cũ dõiſquę regi depor
tãda princeps ſacerdotũ eis dederat aduenĩſſent: cũ uoluminibus tranſierunt: in quibus
litteris aureis cõſcriptę leges continebãtur. Et rex eos de codicibus percũctabat᷑. Cũ ue
ro reuelarent: & oſtenderent tenuitatẽ mẽbranę: uel in cõpręhenſibilẽ eorũ cõpaginem
rex miratus eſt: ꝙ ita fuiſſent compacta. Dũq; hoc diu feciſſet: gratias inquit ago: uobis
quidẽ ꝙ ueniſtis: maiores uero illi quos deſtinauit: ſed ante oĩa deo: cuius hæ leges uene
randę ꝓbant᷑. Cunq; clamaſſent ſeniores: uel hii qui p̃ſentes erant: orantes ꝓſpera regi
diuinitus euenire: nimiũ delectatus: prorupit ad lachrymas. Nã ſępius natura hoc ſum
mo gaudio patit᷑: quod ẽt dolentibus ſolet accidere. Tũc iuſſit Codices primatibus offi
cii deſignari: uiros aũt oſculatus equũ dixit eſſe: primũ ad eos facere ſermonẽ pro q̃bus

eſſent uocari: imo & diẽ quo ad eũ deducti fuiſſent: clarũ ſingulis annis p totũ uitæ ſuæ
tp̃s celebraſſe ꝓmiſit. Nã euenit eundẽ eſſe primũ præſentiæ illorũ: & uictoriæ diẽ: quo
Antigonũ nauali p̃lio uicerat. Epulari ẽt ſecũ eos p̃cepit: hoſpitiaq; in arce denunciauit
eis oĩa deputari. Nicanor aũt ſup ſuſceptionẽ peregrinorũ conſtitutus: Dorotheũ uocãs
q̃ de his curã habebat: iuſſit ſingulis neceſſaria p̃parare. Nã ita diſpoſitũ a rege fuerat:
ut alimenta q̃bus ſingulę ciuitates utunt̃: exhiberent̃ diligenter conſuetudini peregri-
norum ad eos uenientiũ: & eis oĩa ad nutũ eoꝝ pararent̃: quatenus cibis ſolitis magis
delectarent̃: ne forſan corrupti extraneis grauarent̃: quod & circa iſtos effectum ẽ. Do
rotheo uero quẽ ꝓ ſinceritate uitę ſup hęc rex cõſtituerat: p quẽ & p̃parauerat oĩa: q̃ ad
hmõi conuenirẽt cõuiuia hæc implẽte: partẽ q̃dẽ mediã eoꝝ ad dexteram ſuã: reliquos
ſũt poſt eius accubitũ: nihil p̃termitens: quod ad eoꝝ honorificẽtiã ptineret. Poſtq̃ aũt
ita diſcubuerunt: iuſſit Dorotheo ſolita miniſtrare: q̃bus oẽs iudei ad eũ uenientes ute-
bant̃. Tunc itaq; ſacros p̃cones & imolatores & alios qui uota faciũt recuſauit: & unũ e
ſenioribus nomine Heliſeũ ſacerdotẽ exiſtentem: rex petiuit facere orationẽ. Qui in me
dio ſtãs regi bona & ſubiectis eius optauit: & poſt plauſus cũ gaudio & clamore oĩum
ſurrexerũt: & reſidẽtes ad epulationẽ & delicias paratas ſe cõtulerũt. Præterea rex quã-
tũ ſatis ei uiſum eſt cœpit philoſophari: & unũquẽq; eoꝝ naturales pcunctari ſermões:
& ad contẽplationẽ queſtionis accendere: cauteq; illis ad oĩa reſpondentibus q̃ eis obie
cta eſſent & explanantibus gauiſus p duodecim dies hoc conuiuiũ inſtruxit. Et q̃ uult
ſingula cognoſcere: quæ in cõuiuio præparata ſunt: legat uolumina Ariſteni: quæ pro-
pter hæc conſcripſerat: & agnoſcet. Mirante uero eos non tantum rege ſed etiam Mene
dimo philoſopho: dicente oĩa per ꝓuidentiã diſpenſari: ideoq; uirtutem & pulchritudi-
nẽ uideri: deſtitit rex quidem de his facere ſermonem. dicebat autem maxima ſibi bona
per p̃ntiam eorũ fieri: nam ꝓfuiſſe ei: q̃ didiciſſet ab illis: quẽadmodũ deberet regnare:
iuſſitq; dari ſingulis talẽta tria: & deputauit illis: qui eos pducere ad diuerſoria deberẽt.
Poſtquã uero tres exceſſerunt dies: cõgregans eos Demetrius: tranſiit ad ſtudiũ maris:
& unũ trãſiens pontẽ: adiit partes aquiloni cõiunctas cõciliũq; fecit in domo ꝓpe litus
ſtãte: & apta ſecretis ad cognitionẽ negociorũ. Vbi eos pducens: petebat oĩa quę opus
habebant ad legis interpretationem ut ipſis præſentibus dicerent: ut inceſſanter opus
implerent. Cũq; illi munificenter & laborioſe cautã interp̃tationẽ facerẽt: uſq; ad horã
nonã in hoc ſedẽtes: ad curã corporis uertebant̃: ita inuitante eos Dorotheo: uel opulẽ
ter conuerſationis ſalubria præbẽte. multaq; ẽt ex his quæ regi parabantur. Mane autẽ
ad aulã uenĩẽtes: Ptolomeũ ſalutabãt & rurſus ad eũdẽ locũ redibãt: & manus in mari
lauantes: & ſeipſos purificantes ita legis interp̃tationi uacabant. Itaq; trãſcripta lege &
ope interp̃tationis ad effectũ per. lxxii. dies tranſacto. Cõgregãs Demetrius iudeos oẽs
ad locũ in quo traſlatæ leges fuerant: præſentibus ẽt interp̃tibus legit eas. Cũq; multi-
tudo: amplexa legẽ: uel ſeniores eius interpretes: Demetriũ eo q̃ magnarũ rerũ inuentor
eſſe uideret̃ laudaſſet rogauit ẽt: ut & p̃ſidibus ſuis daretur legẽda: & petierunt omnes
ſacerdotes interpretes: ſeniores: & p̃poſitos gentis: ut bene interpretata: pmaneret imo
bilis. Cum uero oẽs ſnĩam laudaſſent: iuſſerunt: ut ſi quod aut ſuperfluũ: aut minus ali
q̃d ſcriptũ uiderent in lege: hoc deſpicerẽt: & manifeſtũ faciẽtes emẽdarẽt: hoc caſtigã
tes: ut quod ſemel iudicatũ fuerat bene ſe habere: ſempiterna memoria remaneret. Gaui
ſus ergo rex & uidens uoluntatẽ ſuã ad utilẽ rẽ eẽ ꝑfectã: & delectatus relictis legibus:
& ſenſum: & ſapientiã: & legiſlatores obſtupeſcens: ad Demetriũ ſermones facere cœ-
pit: q̃ ita mira exiſteret legiſlatio q̃ nemo neq; hiſtoriographus: neq; poeta mẽiniſſet.
eius. Cui Demetrius reſpondit: neminẽ fuiſſe auſum: harũ legũ tangere conſcriptionem

ꝙ diuina & uenerabilis eſſet:& ꝗa leſi ſunt ꝗdā a deo hoc ꝓſumētes.Significabat uero:
qualiter Theopompus uolēs in hiſtoria aliꝗd de his conſcribere:fit mēte turbatus:plus
triginta diebus:& cum ad ſe reuerſus cum humilitate a deo ueniam ſupplicaret:dei ſibi
clemētiam factam ſuſpicatus eēt:necnō & in ſomnis uiderit:ꝙ ei ideo accidiſſet:ꝗa di-
uina ſcrutatus eſſet:& ꝓferre ea ad hoīes impuros uellet:cum cōſcribere quieuiſſet rece-
pit ſenſum.Referebat āt & de Theotecto tragœdiarū poeta dicēs:quia cū niſus fuiſſet
in aliquo dragmatheoꝝ meminiſſe:quæ in diuino uolumine continētur:oculis obſcura
tis recognouit cauſam ſuæ cecitatis:& ita liberatus eſt a paſſione deo ueniā indulgente.
Hęc ergo rex pure ſuſcipiēs petiuit interp̄tes:frequēter ad ſe de iudea ꝓficiſci:hoc enim
eis ad honorē & ad donationē ab eo profuturum dicens:nunc uero iuſtū eſſe eos dimit
ti dicebat:ſponte aūt ad eum ueniētes:oīa quę ęquū eſſet ſapiētiā eoꝝ impetrare:& pro
ſua maieſtate dignū largiri promiſit.Et ꝗdē tunc remiſit eos donans unicuiꝗ optimas
tres ſtolas:& auri talēta duo & calicē unius talēti:totūꝗ conuiuatorium.Principi autē
ſacerdotum Eleazaro deſtinauit ꝑ eos lectos cū aureis pedibus decē:& conuenietē eis
ſuppelectilē:& calicem talentorum triginta:inſuper ſtolas decem:& purpuram:& co
ronam decoram:& lineas de byſſo centum:præterea & pateras:& trullā:& libatoria:
& crateras aureas duas deuouēdas.Petiuit āt & ꝑ epiſtolas:ut ſi quis de his uiris uoluiſ
ſet reuerti ad ſe:eū permitteret:dum nimium delectaretur cum eruditis habere ſermonē
& diuicias ſuas libenter talibus impiri.Huiuſmodi quidē cauſam ad honorē & gloriā
iudeorum Ptolomeo nomine philadelpho fieri contigit. Cap.III.

Mpetrauerunt aūt & a regibus Aſyę honorē:quō cū eis caſtrametati ſunt.Nā
i Seleucus noīe Nicanor in ciuitatibus quas per Aſyā edificauerat:& in inferiore
ſyria et in ipſa Metropoli Antiochia republica ſua dignos eos effecit et æquum
eis honorē cū habitatoribus macedonibus & gręcis deputauit.Hactenus in eadē con-
uerſatione eos aliquando manſiſſe ſignū eſt:ꝙ iudei nolentes alienigenarū uti oleo:acci
piunt diffinitā quandā a principibus olimpiaci certaminis ꝓ pręcio olei pecuniā:popu
loꝗ Antiocheno in p̄ſenti bello uolenti ſoluere conſuetudinem:Mutianus p̄ſectus tunc
ſyrię cōſtituta ſeruauit:& poſt hæc imperatoribus Veſpaſiano & Tito orbis terrarum:
ſupplicauerunt Alexandrini & Antiocheni:ut eis ius reipublicæ de reliquo cū iudeis nō
deberet eē cōe:nec impetrauerunt.Vnde pōt conſiderari romanorū modeſtia:& potius
magnificētia Veſpaſiani & Titi.Qui cū multa p̄icula bellando contra iudeos ſuſtinuiſ
ſent:acerbe ferētes ꝙ ſe tradere noluiſſent:ſed uſꝗ ad finē pugnantes ꝑmāſiſſent,nihil
penitus eis de hoc quod dudū p̄ſtitum fuerat abſtulerunt:ſed ſimul & priorē irā & peti
tionē magni populi Alexandrini & Antiocheni uiuaciter expulerunt:dū nihil neꝗ pro
amiciciis ad gratiā iſtorū:neꝗ ꝓ inimiciciis deuictorū concederēt:quatenus ꝑſoluerēt
aliꝗd priſtinæ iudeorū utilitatis:dicentes eos in pugna dediſſe pœnas:ꝗ arma cœperūt:
inſontes aūt non eſſe iuſtū ſua poſſeſſione priuari.Simile uero & Marcū agrippā erga
iudeos ſenſiſſe cognouimus.Nā motis contra eū cretēſibus:& petētibus Agrippam:ut
conuerſationē quā eis Antiochus Seleuci nepos:ꝗ apud græcos deus nūcupatꝰ,dederat
ſoli poſſiderēt & dicētibus:ut ſi cognati eſſent eorū iudei:colerēt ꝓprios eorū deos:ha-
bito iudicio iudei uicerunt:ut ſuis utantꝰ moribus:defendente eos Nicolao damaſceno.
Nā Agrippa interlocutus eſt:nihil innouare eis licere.Siꝗs aūt certius hęc uult noſſe:
legat nicolai centeſimā & uiceſimātertiam & quartā hiſtoriā:& Agrippæ ꝗdē iudiciū
non eſt forſitā admirandū.Nō.n.pugnabat tunc gēs noſtra aduerſus romanos.Veſpa
ſiani ēt & Titi magnificētia ꝗlibet decētius obſtupeſcitꝗ poſt tot bella tantaꝗ certa-
mina ꝙ̄ contra nos habuerunt tā pie diſpoſiti ſunt.Repetam aūt orationē:unde ad hæc

uideor eē digreſſus. Iudeos igiť ſub iperio magni Antiochi regētis Aſyā cōſtitutos cōtigit multa tolleraſſe: dū terra eoꝝ diuerſis calamitatibus ſubiaceret: cū illis q humilē ſyriā hītare uidebanť. Nā cū Antiochus pugnaſſet cōtra Eupatorē ptolomeū: & eius filiū Ptolomeū: cognomine epiphanē: laborare cōtigit eos cū uincēte & uicto: & eadē pa ti ut pares exiſterēt naues turbate & tēpeſtatibus fluctuātes: dū inter fœlicitatē & calamitatē antiochi fuiſſent cōmuniter cōſtituti. Cūq; uiciſſet Ptolomeū: Antiochus iudeā recepit. Defuncto uero Ptolomeo filio Eupatore: filius eius magnā uirtutē militū miſit: & ducē Scopā noie: contra humilē ſyriā: multaſq; eoꝝ ciuitates cepit. Ex quo noſtra gēs expugnata adiecta ei eſt: & nō poſt multū Antiochus Scopā uicit: cōfligēs contra eū iuxta foutē iordanis: & multos ab exercitu eius ꝓſtrauit. Poſtea uero antiocho capiēte ſyriæ ciuitates: quas Scopa tenuerat: ex ſamaria ſponte gens iudeorū ad eū trāſiēs: in ciuitatē oēm eius exercitū ſuſcepit: & elephātis abūdāter alimēta ꝑbuerūt: & obſidēte eos q ab Scopa in arce hieroſolymoꝝ relicti ſunt cuſtodes: ꝓno aīo auxiliū ꝑſtiterunt. Igiť Antiochus iuſtū arbitratus iudeoꝝ erga ſe ſtudiū liberaliter remunerandū: ſcripſit magiſtratibus et amicis teſtimoniū exhibēs q; ab eis bñ tractatus ē: ſed et dōatiōes q̄s eis ꝓ gratia retribuere cogitauit: manifeſte illis inotuit. Referā uero epiſtolas q̄s magiſtratibus de ipis ſcripſerat: ꝓponēs teſtimōiū: qđ nobis ꝑbet Polibyus megelopolitāus in undecima hiſtoria ſua ita dicēs. Ptolomei dux Scopa ad ſupiora uadēs loca: ſupauit hyemis tpe gētē iudeoꝝ. Dicit nāq; et in eodē uolumie: qualiter Scopā Antiochus deuicens Bythyniā et Samariā: et Abella: et Gadera cepiſſet. Paulopoſt uero tradiderūt ſe ei iudei: q circa tēplū habitabant. Factę aūt apparitionis in templo: ad aliud tp̄s narrationē differamus. Polibyus qdē hęc iu hiſtoria cōſcripſit. Nos aūt reducamus orationē ad narrationem priorem: intimantes epiſtolas regis Antiochi. Rex Antiochus Ptolomeo ſalutē. Iudei mox ut prouinciā eorū ingreſſi ſumus: liberalitatē circa nos ſuā oſtēderūt: & uenientes ad ciuitatem clare nos ſuſceperunt: cū ſenioribus & principibus occurrentes: & abunde miniſtrauerunt militibus: & elephantis uictualia & nobiſcū ad arcem pugnauerunt cōtra cuſtodes ægyptiorū. Ergo dignū & nos iudicamus eos remunerari: & reficere ciuitatem deſtructā: & rurſus in eā habitatores cōgregare diſperſos. Et primū conſtituimus ꝓpter pietatem eis ꝑſtari ad īmolationes uictimarū: & uini & olei & libaminis ꝑciū argenteorū uiginti milia: & ad ſimilā ſecundū ꝓuincialem legem tritici modios mille quadringentos ſeptuagintaquinq;. Præberi aūt hęc inquit eis uolo ſecundū mea mandata: & opus tēpli cōſtrui: & porticus: & ſi qd oportet aliud reſtitui. Materies aūt lignorū deponať ex ipſa iudea: & ab aliis gentibus: & a libano: nullo ꝓ his exigēte uectigal. Similiter & in aliis in qbus oportet clariſſimā tēpli fieri uolumus edificationē. Conuerſeť oē genus eorū ſecundū ꝓprias leges: relaxenť & ſacerdotes & ſcribę tēpli: & cantores ſacri a tributis: q̄ pro ſuo capite dabāt: & regio uectigali: uel ab aliis cunctis oneribus: ut pro opere eorū ciuitas habitationibus hominū apta reddať. His quoq; qui uel nūc habitāt: uel habitaturi cōueñiūt: dōamus tributa uſq; ad mēſem biperheretheū: & p tres annos liberamus a tertia parte fiſcaliū: quatenus eorū leſio releueť. Et quicūq; ab ipſa ciuitate ad iuga ſeruitutis abſtracti ſunt: ex ipſis genitos libertati donamus: & ſubſtantias eis reddi ꝑcipimus. Epiſtola quidē hæc cōtinebat. Ornato aūt tēplo: edictū p oē ſuū tranſmiſit imperiū: in quo cōtinebať neminē alienigenarū intra muros tēpli ingrediēdi habere licentiā: nec iudeos niſi qbus mos eſt purificatos ſecūdū patriā legē: neq; inferre ciuitati equinas carnes: neq; mularū: neq; ferarū māſuetarū uulpiū: aut luporū: aut leporū: aut pardorū: et generaliter oīum animaliū q̄ iudeis interdicta ſunt: ut nec pelles eorū liceret afferre: neq; horum aliqd intra ciuitatē paſcere: ſed ſolitis parentum

uictimis.ex qbus & deo oportet ſacrificare:uti ꝑmiſſum eſt. Qui aũt aliquid hoꝝ trãſ
greſſus fuiſſet:iuſſit ut multatus pecuniæ p̄ſtaret ſacerdotibus dragmas tria milia. Scri
pſit ẽt teſtimonia noſtræ pietatis:& fidei p̄bẽs:cũ rebelles phrygas & Lidos adiſſet:co
tp̄e: quo ad ſupiores Perſarũ ierat ꝓuincias iubens Zeuſidi cariſſimo: ut mitteret quoſ
dã noſtroꝝ a babylõe ad phrygiã:ita ꝑ epiſtolã ſuã mãdãs rex Antiochus Zeuſidi pñ
ſalutẽ. Si ſani eſtis:bñ eſt: ſanus & ego ſum. Audiens aũt phrygas & lidos rebellare ma
gna cogitatione ꝑmotus cõſiliũ aĩo ꝑcepi qd oporteret fieri. Placuit aũt ad caſtella uel
neceſſaria loca meſopotamiæ & babyloniæ iudeoꝝ domus duo milia cũ apparatu ſuo
deducere: credo enĩ fideles nobis eos cuſtodes futuros ꝓpter pietatẽ: quã circa deũ ha-
bent. Nã teſtificantur parẽtes noſtri fideles eos: & ꝓnũ aĩum hẽre in his quæ petiti fue
rint. Volo igit̃ licet difficile eſſe credã migrari:ut ꝑmittas eos legibus ꝓpriis uti: & cũ
eos ad prædicta loca migraueris:ad edificandas ſibi domos locũ unicuiq; diſtribui: ter
ramq; colendam dari:& uitium plantationes & tributa fructuũ terrę cõcedere per ãnos
decẽ. Accipiant uero uſq; quo fructus colligant triticum ad cibum ſeruorũ quod eis ſuf
ficiat: ut noſtram impetrantes clementiam:proniores ſeipſos erga nos præbeant. Præte
rea prouidentiam faciens eorum gẽtis ſecundũ poſſibilitatẽ:quatenus a nullo moleſtiã
patiãtur. De amicitia quidem magni Antiochi & iudeorum:hæc a nobis ꝓ teſtimonio
dicta ſint. Poſtea uero ut amicitiam & fœdus Ptolomeus cum Antiocho cõpoſuit: de-
dit ei filiam ſuam Cleopatram ad nuptum:concedens ei humilem Syriam:& Samariã:
et Iudeam:et Phœnicen dotis nominę. Diuiſis autẽ in utrũq; regẽ tributis unuſquiſq;
ſublimiſſimus patriæ ſuæ colligens uectigalium ſummam ſtatutã regi offerebat. Eodẽ
uero tempore ſamaritæ infœliciter agentes:multa contra iudeos mala fecerunt: terrãq;
eorum depopulantes:multos inde captiuos trahebant: quæ facta ſunt ſub principe ſa-
cerdotũ Onia. Nã defuncto Eleazaro principatũ ſacerdotii patruus eius Manaſſes ſuſ
cepit: cuius poſt finẽ uitę Onias eo in honore ſucceſſit filius exiſtẽs Simonis:cognomi-
ne iuſti:q Simon frater Eleazari:ſicut prędiximus:erat. Cap. IIII.

S aũt Onias paruulus mente:& pecuniis auarus exiſtens: ꝓ populo regibus ue-
i ctigal quod patres eius ex ꝓpriis dabãt ideſt uiginti talẽta pecuniarũ nõ reddens
ad irã regẽ Ptolomeũ cõmouit:q & legatũ tranſmittens ad hieroſolymã: culpa
bat Oniã nõ reddentem tributa:& interminabat̃:ut ſi nõ acciperent tributa:terrã eoꝝ
ad iugera metiret̃ & mitteret ad habitãdũ illic milites. Audiẽtes uero mãdata regis iu-
dei turbarbant̃: hunc aũt Oniã nihil horũ flectebat ꝓpter auaritiã ſuã. Ioſeppus aũt q-
dã iuuenis ætate:ſed ꝓpter caſtitatẽ & ſuã prudentiã iuſticiæ gloriã habens apud hiero
ſolymitas:patre Tobia:& ex ſorore Oniæ principis ſacerdotũ ꝓgenitus:mandante ma
tre legati p̄ſentiã dũ ille eſſet ad ficulã uicũ:ubi natus erãt:ueniẽs in ciuitatẽ increpabat
ſacerdotẽ:non prouidentẽ innocentię ciuiũ:ſed ad pericula mittere uolentẽ gentẽ pro-
pter pecuniarum priuationẽ: dum ꝑipſum populum dignitatẽ accepiſſet:& principa-
tum ſacerdotalis honoris impetraſſet. Si aũt cupiditate haberet pecunias:ita ut propter
ipſas & ꝑiculũ fieri patrię:& ciues ſuos afflictos uidere pateret̃:ſuadebat ei ad regẽ ire &
petere:ut ei aut oẽs pecuniæ aut pars concederet̃. Tunc Onias neq; principatũ uelle ſe
gentis habere reſpondit imo & ſacerdotalẽ honorẽ ſi eſſet poſſibile paratũ ſe eſſe depo-
nere:ne tãtum ad regẽ accederet. Et dũ nihil ad ſe de his ꝑtinere dixiſſet:ioſeppus inter
rogauit eũ:ſi ſibi concederet legationẽ ad Ptolomeũ gerere pro gẽte. Cũq; conceſſiſſet
Onias:aſcendit ad tẽplũ ioſeppus:& conuocata multitudine ad contionẽ nihil turbari
eos uel timere ſuadebat propter auunculi Onię circa eos negligentiam:ſed rogabat:ut
deponerent cordis meſticiã:qua ꝓ regis mãdatis affligebant̃. Nam legationẽ facturũ
ſed ad regẽ

ſed ad regē ꝓmiſit:ut flecteret eū:quo nihil iniqtatis ī eos efficeret. Multitudo qdē hæc
audiēs. Ioſeppo gratias egit:ipſe āt a tēplo deſcēdēs:in hoſpitiū ſuſcepit Ptolomei lega
tū: donauitq; ei magnificētiſſima munera:& ꝑ multos dies munificētiſſime eū pauit:&
ad regē remiſit: ꝓmittens ei ut & ipſe ſequeret̃. Nā ꝓnior factus erat ꝓficiſci ad regē le
gato inuitante:& cōcitante eū ad Aegyptū peruenire:& ꝓmittēte oīa quæ a Ptolomeo
peteret per ſe eū īpetraturū:qa modeſtiā morū eius nimis amabat. Cūq; legatus ad ęgy
ptū perueniſſet:& regi nunciaſſet indeuotionē Oniæ: & utilitatē Ioſeppi: quē uenturū
ad eū dicebat:& ſatiſfacturū pro exceſſu Oniæ:qui ēt regē patronū eſſe cōſideret:tanta
laudū magnitudine ꝓ adoleſcēte utebat̃:ut regē & uxorē eius Cleopatrā prius familia
rē faceret habere Ioſeppū quā eū haberent p̄ſentē. Ioſeppus aūt mandās amicis ad Sa-
mariā:& mutuā ab eis accipiēs pecuniā: & parās cōuenientia ꝓfectiōi:ueſtes & pocula
& ſubiugalia:q̄ oīa ad uiginti milia dragmas eſſent ad Alexandriā uſq; ꝑuenit. Cōtigit
āt ꝑ illud tp̄s oēs primat⁹ & magiſtratus aſcēdere ciuitates Syriæ & Phœnicię:ut uecti
galiū ſuſciperent exactionē. Nam ſingulis annis potētibus ꝑ ciuitates eā rex cōmittere
cōſueuerat. Vidētes autē hi ꝑ uiā Ioſeppū deridebāt eius paupertatē & inopiam. Cūq;
ad Alexandriam perueniſſet:in Memphi Ptolomeū eſſe cognouit:cui occurrere feſtina
uit. Sedēte aūt ſup currū rege cū uxore & amico Athenione:q cū legatione ad Hieroſo-
lymā deſtinatus:& a ioſeppo hoſpitio clemēter exceptus eſt. Vidēs Athenio mox regi
innotuit:dicēs hūc eē:de quo ab hieroſolymis ueniens nunciauit:quā bonus inquit iuue
nis & liberalis. Ptolomeus uero primus eū ſalutauit:& aſcēdere ſuper currū fecit. Poſtq̄
uero ſedit cœpit rex Oniā accuſare. Tunc Ioſeppus ait. Veniam ei queſo pręſta propter
ſenectutem. Non enim uos latet q̨ ſenes & infantes eandem mentem cōtingit habere.
A nobis aūt reddit̃ tibi ratio:ut ei penitus iraſci nō debeas. Gauiſus aūt rex de prudētia
atq; beniuolentia iuuenis:plus eū quippe iam expertū diligere cœpit:iuſſitq; in aulā re-
giam ſuſcipi:& quottidie ſuæ menſę eſſe conuiuā. Cūq; ueniſſet ad Alexandriā rex: uidē
tes Syrię priores conſedentē Ioſeppum:egre ferebant. Inſtante uero die quo ſuſcipi habe
bant uectigalium ſolēniter exactiones, diuerſarum ciuitatum nobiles data pecunia ſuæ
patrię exigenda fiſcalia cōducebant:q̄ uſq; ad octo milia talenta humilis Syriæ & Phœ
nicię & Iudeæ & Samariæ colligebantur. Audiens ergo Ioſeppus culpabat eos qui con
ducebant:tanq̄ paruo munere exigenda regi uectigalia promiſiſſent. Ipſe autē duplum
dare pollicitus eſt:& fiſci iuribus peccantium ſubſtantias applicare. Nam & hoc cum
uectigalibus tradebatur. Rex itaq; libenter audiuit q̨ ad eius ærariū expectaret augmē
tum: & petente Ioſeppo confirmari ſibi uectigalium conductionem interrogauit ſi ſe-
cundum ꝓmiſſionem ſuam uades idoneos habere potuiſſet. Ille uero facile reſpondit.
Dabo inquit homines bonos & optimos de quibus confidas. Cūq; diceret rex:qui ſunt
iſti uades:quos te dare promittis: Ioſeppus:te inquit o rex & tuā uxorem pro utraq; par
te ſpōſores prębebo tibi. Cuius uerba libēter ſuſcipiēs Ptolomeus ſine fideiuſſoribus ue
ctigalia eum habere permiſit. Quod factum nimis contriſtauit eos qui de ciuitatibus
Syrię ad ęgyptum uenerant:q̨ ſimili non fuerant benignitate tractati:unde cū magna
confuſione ad ſuas unuſquiſq; prouincias receſſere. Ioſeppus uero accipiens a rege duo
milia peditum:petiuerat enim aliquod auxiliū ut uires haberet contra contumaces ac
rebelles exigere:tunc mutuans propter expenſas ſuas ab amicis regis quingenta talēta
de alexandria in Syriam eſt profectus:q poſtq̄ uenit in aſcalonā uectigalia exigens aſca
lonitas quō nihil dare uolebant: ſed ēt contumeliis eum grauibus afficiebant: capiens
priores ipſoꝝ uiginti trucidauit:& ſubſtantias eorum uſq; ad mille collectas talenta re-
gis utilitatibus applicauit:intimans ei quæ cōtigerunt. Miratus autem Ptolomeus pru-

dentiã eius:& laudãs q̃ facta fuerãt:pmiſit ei agere q̃ uellet. Hęc audiẽtes Syrii obſtu
puerunt aſcalonitarũ cõtumacię exẽpla:metuentes ciuitatibus ſuis:& ideo foribus ciui
tatũ reſeratis deuotis animis aduentũ ioſeppi ſuſtinebant. Nitẽtibus uero ſcitopolitanis
cõtumeliis eũ afficere: & uectigalia denegare q̃ prius ſine dilatõe reddebãt:horũ quoq;
priores iterfecit: ſubſtãtiaſq; eorũ fiſci iuribus applicauit. Colligẽs uero pecũias multas:
& maximũ faciẽs lucrũ ab exactione uectigaliũ abutebat̃ collecta pecũia:ut ei poten
tia pmãeret, occaſionẽ ſibi:& cãm fœlicitatis ſeruare putans ex his q̃ congregauerat:&
multa large regi & cl copatre uel amicis eorũ bona dirigebat patrocinia ſibi eorũ fauo
rẽq; cõciliãs. Potitus uero hac fœlicitate p ãnos uigĩtiduos:& pater factus ab una qdem
uxore ſeptẽ filiorũ:habuit ẽt ex filia fratris ſui Solini, unũ nomĩe hircanũ:quã accepit ex
tali cauſa:cũ fratre quondã Alexãdriã pgẽs:ducẽte ẽt ſecũ filiã nuptiis iã maturam: ut
eã cõiungeret alicui ſublimi iudeorũ: dum apud regẽ cœnaret:& intraſſet Pantomima
ad cõuiuiũ cõcupiuit eã:fratriq; nunciauit deſideriũ ſuũ:petẽs eum celare ſuũ peccatũ.
Nã apud iudeos lege ꝓhibet̃ alienigene cõuenire mulieri:quapropter petebat ut fideli
ter cauſam eius cupiditatis expleret. Frater aũt eius libenter miniſteriũ ſuſcepit ornanſq;
ſuã filiã:nocte adduxit ad eũ et collocauit. Ille ex ebrietate neſciẽs ueritatẽ cũ fratris filia
cõcubuit:quo ſępius facto ualde dilexit eã: dixitq; ad fratrẽ ꝙ uita eius piclitaret̃ ſi rex
ei minime cõcederet Pantomimã. Fratre uero petẽte nihil eũ debere metuere:ega dicebat
ei frui muliere uxorẽq; habere:& uerũ apiẽs ei:ac dicens magis ſe uelle filiã iniuriã ſuſti
nere quã illũ uidere ad confuſionẽ deteſtabilem peruenire:laudans eũ Ioſeppus de con
cordia fraternitatis filiã eius duxit uxorẽ & filiũ ex ea gẽuit Hircanũ ut p̃diximus. Qui
cũ adhuc tertiũdecimũ annũ agens demonſtrabat naturalem fortitudinẽ & prudentiã:
ut ẽt acerbã emulationẽ fratribus ſuis excitaret. Ioſeppo uero ualẽte cognoſcere quis de
filiis ſuis uirtute melior exiſteret:unũquẽq; ad doctorũ ſublimiũ ſtudia deſtinauit. Et cę
teri qdẽ deſidia diſciplinarũ indocti fatuiq; redierunt. Poſt illos aũt adoleſcentulũ hirca
nũ direxit:dãſq; ei trecẽta iuga boũ:trãſmiſit uiã duorũ dierũ ad ſolitudinẽ ſeminare:ce
lans lora quibus ligarent̃:quæ nõ habẽs hircanus:aratorũ qdẽ ſentẽtiã reprobauit ſua
dẽtiũ:ut ad patrẽ mitteret quoſdam deferre lora. Tempus aũt nõ arbitratus nõ oporte
re ſe pdere dum expectaret illos qui tranſmittẽdi erãt:excogitauit uirile quoddã & ma
ius ętate ſua. Occidens enĩ decem iuga:carnes quidẽ opariis diſtribuit:pelles uero eorũ
incidẽs retinacula fecit:per quæ iuga ligauit:& hoc modo ſeminans terrã quã ei p̃cepe
rat reuerſus eſt ad eũ: quẽ pater ſuſcipiẽs nimis dilexit ꝓpter prudẽtiã & argutiã mẽtis:
& fiduciã eius laudans tanq̃ ſolum propriũ filiũ diligebat: ꝓpter quod fratres eius cõtri
ſtabant̃. Vt uero nunciauit qdam Ioſeppo per illud tẽpus filiũ regi ptolomeo gẽitũ:&
ꝙ oẽs priores ſyrię:& ſubiectarum prouinciarum celebrarẽt natalis pueri diẽ:cũ appa
ratu maximo ad alexandriã ire ipſo quidẽ ſenio prohibebat̃:filios aũt interrogauit q ſil
lorũ ad regẽ uellet ire:maioribus uero recuſantibus:& ad tales cõuẽtus indoctos ſe eſſe
dicẽtibus: fratremq; hircanũ poſſe ad regẽ ire firmãtibus cõſuluit eũ. Qui cũ ſe ꝓmiſiſ
ſet iturũ dicẽs ſe in uia non multas opus habere pecunias:dũ ſoleret bibere modeſte: &
ei decẽ milia dragmæ habunde ſufficerent:gauiſus eſt de ſobrietate filii. Deferens autẽ
parũ puer patri ſuadebat dona quidem exinde ipſi regi non mitteret dare uero epiſtolã
ad diſpenſatorem in alexandriam:quatenus ei pręberet pecunias ad comparationẽ eoꝝ
quæ optima uel præcioſa poterat inuenire. Qui opinatus decẽ talenta ſufficere ad ſum
ptum regii muneris: filium collaudãs:ut bene admonentem ſcripſit diſpenſatori Arioni
qui oẽs per Alexandriã eius diſpenſabat pecunias:non minus tria milia talenta exiſten
tes. Nã Ioſeppus a Syria pecuniã ad Alexãdriam mittebat. Et conſtituto die ueniente:

in quo aſſignari regi oportuiſſet. Arioni ſcribebat: ut eas redderet. Igitur Hircanus ſug
gerés patri: accepit epiſtolã ad alexãdriãq; perrexit. Egreſſo aũt eo fratres eius ſcribunt
omnibus regis amicis: ut eũ occiderẽt. Qui ut ꝑuẽit ad Alexandriã: porrexit Arioni epi
ſtolã. Quo interrogante eũ quãta uellet accipere talenta: nã ſperabat eũ querere decem
tantũ: aut his pauco plus: cũq; dixiſſet milie opus habere iratus icrepabat eũ: quaſi uo
lentẽ luxurioſe uiuere: & dicebat quẽadmodum pater eius ſubſtantiam collegiſſet labo
re uel abſtinentia: & imitatorẽ fieri gẽitoris inuitabat. Dare aũt nõ plus niſi decẽ talẽta
ſe dicebat: & hęc ad regiã donationẽ. Tunc furore cõmotus adoleſcens in uincula Ario
nem miſit: cuius uxor ad Cleopatrã demãdãs petiit quatẽus puerũ increparet: nã ualde
Arion apud eam honoribus ꝓcellebat: quod etiam ad regia notitiã Cleopatra ꝑduxit.
Itaq; Ptolomeus ad Hircanum mittens admirari ſe dicebat ꝙ a patre ad ſe tranſmiſſus
nõ eum uidiſſet: inſuper et diſpẽſatorẽ ligaſſet. Vẽire ergo eũ: & cãm ſibi pro qua uẽiret
idicare ꝓcepit: quẽ ferũt nũcio regis ita reſpõdiſſe legẽ eſſe penes iudeos: quę ꝓhibet cõ
munes epulas prius attingere: quã in tẽplo dei imolare. Et ideo diſtuliſſe, ne ſine donis
a patre tranſmiſſis ad regẽ perueniret. Propter hanc cauſam nõ ad eũ ueniſſe: ſeruũ autẽ
puniſſe nõ obſecutũ iuſſionibus ſuis dũ nihil diſtaret iter magnũ & minorẽ dominum:
ſed ſi taliũ cõtumaciã nõ emẽdaſ: et tu inquit ſpera ſimiliter a ſubiectis contemni. Quę
Ptolomeus audiens ad riſum cõuerſus magnanimitatẽ adoleſcẽtis miratus eſt. Cũq; au
diſſet Arion ꝙ ita rex reſpõſum accipiẽs nullũ ei auxiliũ pręberet: dedit adoleſcẽti mille
talẽta: et a uinculis eſt ſolutus. Tres uero differẽs hircanus dies regẽ reginãq; ſalutauit:
quem illi libẽter ſuſcipiẽtes uiderunt: & amicabiliter pauerunt propter honorem patris.
Qui latẽter ad negociatores accedens comparauit ab eis pueros centũ litteras ſcientes
unũquenq; talẽto uno: & cẽtum uirgines ſingulas eodẽ pracio. Cunq; inuitatus ad re
gis conuiuiũ diſcubuiſſet cũ prioribus ꝓuinciaꝝ: ultimus omniũ & tanq̃ puer ab his q
loca ſecũdũ dignitatẽ habebãt cõtemnereſ, Cunq; oẽs cõuiue regis oſſa ciborum ante
hircanũ in mẽſa ꝓiecerẽt: ipſo tacẽte Triſon q ad conuiuia & ad riſus conuiuiarum erat
aptus: rogantibus ſe cõuiuis iuxta mẽſam aſſiſtens regi ait. Vides dñe antepoſita oſſa
Hircano. Ex hoc conice ꝙ & pater eius ſic omnẽ Syriã dẽudauit: quẽdmodũ hæc oſſa
iſte carnibus expoliauit. Ridẽte uero ad uerba Triſonis rege: & iterrogante Hircanũ:
cur tanta ante eum oſſa iacerent: apte iquit domine: nã cães ſemp oſſa cũ carnibus deuo
rant: ſicut iſti fecerunt. Idẽ de accũbentibus dicẽs: quoniã iſta ãte eos minime oſſa iace
bant: hoĩes uero carnes cõedunt: oſſa aũt iactãt quod & ego tanq̃ hõ nũc feci. Rex aũt
miratus eius reſpõſum tã ſapiẽter dictũ oẽs plaudere iuſſit uerbũ eius laudãtes. Poſtera
uero die ad unũquenq; regis amicũ pergens: & ad potẽtes aulę hos qdem ſalutabat: fa
mulos autem iterrogabat: quæ dona daturi ſunt regi die natalis filii eius. Illis uero dicẽ
tibus: quoſdam decẽ daturos talẽta: alios autem nobiles plus ſecundũ magnitudinem
ſubſtantię ſuæ: cõtriſtari ſe ſimulauit quaſi nõ ualẽs talẽ donationẽ offerre: nam pluſq̃
quinq; talenta ſe non habere affirmabat: quod ſerui audientes dominis nunciauerũt: q
gauiſi ſunt ſperantes ioſeppum regem offendere: propter munerũ paucitatẽ: inſtante ue
ro die cæteri quidem regi offerentes talenta nõ plus uiginti: qui magnũ uidebãſ offerre
munerũ quantitatẽ, hircanus quos comparauerat pueros centum & uirgines totidem:
unicuiq; dans talẽtum portare: obtulit pueros quidẽ regi puellas aũt cleopatrę reginę:
omnibus munerũ magnificẽtiã admirantibus & ipſis regibus & amicis eoꝝ: inſuper &
regis ſeruiẽtibus: quia digna dona multis talentis obtuliſſet: unde etiã & mortis pericu
la declinauit hircanus: quę fratres eius zelo ducti parauerunt. Tũc ptolomeus magnani
mitatẽ adoleſcẽtis miratus imperabat ei donationem quã uellet accipere: ille nihil plus

petiuit ab eo in ſe fieri quã ut patri eius ſcripta dirigeret. Honorans ergo liberaliter: & donationes copioſas pſtans patri et fratribus et oībus magiſtratibus ſcripta tranſmiſit. Audiētes aũt fratres eius Hircanũ a rege talia meruiſſe: magnoq; cũ honore redeũtē: i occurſum eius ſe egredi ſimulantes interficere illum ēt patre ſciente oīmō decreuerunt: iraſcebat̃.n.ei pater ,ppter pecunias quas regi obtulerat: et nō curabat ſalutē eius. Et irã qdē quã circa filiũ Ioſeppus habebat regē timēs celabat. Cōmittentibus uero aduerſus eũ fratribus pugnã: multos eoꝝ q eos ſequebāt̃ occidit cũ duobus fratribus ſuis. Cæteri aũt ad patrē hieroſolymã cōfugerunt: q poſtq̃ ad ciuitatē uenit nullo ſe ſuſcipiēte diſceſſit trans iordanē fluuiũ: ubi remoratus uectigal a barbaris exigebat. Per idē aũt tp̃s regnabat in aſia Seleucus q Sother nominabat̃ filius magni Antiochi: tũc moritur et pater Hircani Ioſeppus uir bonus et magnanimis q populũ iudeorũ a paupertate et debilitate ad clariſſimas rerũ cauſas uſq; pduxit. Is ēt uiginti et duobus annis Syriæ et phœnicie et ſamariæ tributa diſpenſauit. Defunctus eſt uero et auunculus eius Onias principatum ſacerdotii Simoni filio derelinquens. Cap. V.

Ortuo quoq; & iſto: filius eius Onias in honorē ſucceſſit: ad quē rex lacedæmoniorũ aruis legationē direxit & epiſtolas: quarũ hmōi cōtinebatur exēplar. Rex lacedæmoniorũ aruis Oniæ ſalutē. Legētes ſcripturã aliquã iuenimus ex uno genere iudeos & lacedæmones extitiſſe: & familiaritatē cũ Abraã ſocialiter habuiſſe. Iuſtũ eſt ergo cũ fratres exiſtatis trãſmittere ad nos & petere quæ uobis neceſſaria iudicatis: facimus uero & nos idē: & ueſtra ,ppria ſimul: & noſtra cōmunia reputamus. Portitor litterarũ Dimotilis epiſtolas uobis defert quadrãgulo ſcriptas ſignaculũ habētes: aqlã draconem unguibus deportantem. Epiſtola igitur a lacedæmoniorũ rege deſtinata textum hmōi cōtinebat. Defuncto aũt Ioſeppo populũ cōtigit ſeditionē pati propter filios eius. Nã maioribus bellũ gerentibus cōtra hircanũ ultimũ filioꝝ Ioſeppi: diſſenſit ab inuicem multitudo: pluresq; maioribus auxiliũ ferebãt cũ principe ſacerdotũ Simone qui cognatus eorũ & affinis extabat. Hircanus aũt redire quidem ad Hieroſolymam minimē iudicauit. Sedens uero trans iordanē frequenter arabas debellabat. Edificauit ergo turrim fortiſſimã ex lapide albo cōſtruens eã & totam uſq; ad terram ſculpſit animalibus diuerſis: & in circuitu fecit magnũ & altũ euripum: id eſt fluuium. Ex petra aũt contra poſiti montis cuius incidens ſiniſtrã extenſionē ſpeluncas multorũ ſpatiorũ in longitudinē ibi cōſtituit. Deinde domos quaſdam in ea ad cōuiuia & ſomnũ: & cōuerſationē fecit aptiſſimã multitudini: cameratas ēt currentium aquarũ delectatione gratiſſimas ad ornamentũ totius aulæ. Oſtia uero ſpelũcarum aperuit minora: ut unus & nō multi p ea poſſint intrare: & hoc cuſtodiæ gratia cōdidit: ut obſeſſus a fratribus minime piculo ſubiaceret. Inſup edificauit & atria magnitudine excellētia: & paradiſis ornauit egregiis: & talē pficiēs locũ tyrũ eũ nominauit. q locus eſt inter arabiã & iudeã poſitus trãs iordanem non longe a Sebonitide regione. præfuit ergo partibus illis per ãnos ſeptem omni tempore: quo Seleucus ſyriæ regnauerat. Hoc enim iam defuncto: poſt frater eius Antiochus: q epiphanes uocabatur regnum obtinuit. Moritur etiã Ptolomeus rex ægyptiorũ: qui ſimiliter epiphanes nuncupabat̃: relinquēs duos filios minores ætate: quorũ unus qui & maior erat Philometor dicebatur: minor uero Fiſcon. Hircanus autem uidens magnam Antiochum uirtutem habentē: & timens ne tentus ab eo tormētis afficeretur pro his quæ cōtra arabas egerat uitam propriæ manus intemitione cōcluſit: cuius ſubſtantiã Antiochus ſuis cōmodis applicuit. Cap. VI.

Er idem tp̃s defuncto Onia principe ſacerdotum: fratri eius Antiochus ſacerdotii contulit principatum. Nam filius quem Onias reliquerat adhuc infans erat

Demóſtrabimus aũt ſingula ĩ loco ꝓprio q̃ ad hũc puerũ pertinere uidebunť .Ieſu uero
nã hic frater erat Oniæ principatũ ſacerdotii rex abſtulit iratus:et dedit eũ iuniori fratri
eorũ noĩe Oniæ:Symoni aũt tres filii hi fuerunt:q ad tres principatus ſacerdotii ſicut p̃
diximus peruenerũt. Et Ieſus qdẽ Iaſonẽ ſe nominauit. Onias aũt menelaus eſt nũcupa
tus. Seditionẽ itaq; prius princeps ſacerdotũ Ieſus aduerſum Menelaũ cõcitauit: & diui
ſa ĩ utrũq; populi multitudie:ꝓ parte Menelai filii tobię cõſiſtebãt populi uero pars plu
rima Iaſonẽ adiuuabat. Vnde et laborãtes Menelaus et filii Tobię ad Antiochũ diſceſ
ſerũt. ad noticiã eius ꝑducẽtes q uellẽt patrias relinquere leges:& couerſationẽ & mo
res obſeruare græcorũ. Rogauerũt ergo eũ ut ꝑmitteret eis edificare Gymnaſiũ hiero
ſolymitis. Cũq; cõceſſiſſet circũciſionẽ ſuã uelauerunt:ut nõ apparerẽt ĩ denudatiõe græ
cis eſſe diſſimiles:cæteraq; oĩa relinquẽtes: quæ illis mos patrius impõebat: aliaꝝ facta
gẽtiũ ritusq; ſequebãť .Antiochus aũt ꝓ ſuo fœliciter impio exercitũ ducere delibera
uit ad ægyptum tractus deſiderio eius contẽnens filios Ptolomei ut debiles:ac nequaq̃
tãta negocia regere ꝑualentes. Peruẽiẽs igiť cũ magna uirtute ad peluſiũ:& dolo philo
metorẽ Ptolomeũ circũueniens ęgyptum occupauit. Et cũ adiſſet loco mẽphiticæ ciui
tatis:eã capiẽs cõtra alexandriã ut obſidẽdo ptolomeũ caperet ambulauit. Expulſus ue
ro eſt:nõ ab alexãdria tantũ ſed ẽt a toto ægypto:romanis ſibi denũciãtibus ut diſcede
cuncta negaret ei: & ne quanta illa pręcepiſſet perficiens: palā iniquus uideret̄. Ideoq;
partes ꝓuincię uniuſcuiuſq; retollens donauit ei præſtans ēt ciuitates q̄ intra fluuium
eleutherum uſq; ad ęgyptū erant: excepto tiro: uel ſydone quas a maioribus liberas eſſe
cognouerat: licet multum cū illa ſibi & eas pręberē ſupplicaſſet. Cū hęc cleopatra obti
nuiſſet: & deduxiſſet Antoniū uſq; ad eufraten contra armenios euntem reuertitur: &
intrat apaimiā & damaſcum: inde etiam ad iudeam peruenit. Quam cū herodes ſuſce-
piſſet: conduxit ab ea reditus Hierichuntis: nam balſamū terra illa generat: quod prę-
cioſiſſimū eſt: & nuſq̄ alibi naſcit̄: & palmas multas: uel optimas. Et dū multū tempus
faceret cū herode: tentabat cum eo concumbere: nā naturaliter & euidentrr libidinibus
exardeſcebat: forſitan & aliquod amatoriū paſſa eſt: ſed quod ueriſimilius ē: regno eius
īſidiabat̄: ſi quō iniuriā a ſe factā poſſet per accuſationē adipiſci: deſiderio uero uictam
ſe eſſe monſtrabat. Herodes aūt licet olim nullatenus faueret cleopatræ: dū ſciret eam
oībus eſſe moleſtā: tunc tamē & ampliori odio eius detētus: q͛ ꝑ luxuriā uellet illa inſi
dias ei parare: uerba qdē eius in ꝑſenti refutauit: conſiliū uero cū amicis ſuis ſumpſit: ut
eā ſub poteſtate ſua poſitā occideret: ut & ſe & multos malis eius liberaret: qbus iā gra
uis facta uel fieri poſſe putabat̄. Nā hoc ipm & antōio ꝓdeſſe: qa neq; illi fidelē eā eē di
cebat. Cū hęc cogitaſſet, ꝓhibebāt eū amici: primū qdē ſuggerētes: q͛ nō dēret maximū
ꝑiculū & manifeſtū ꝓ re tāta ſuſcipere. Cūq; ꝑmanſiſſent ſupplicātes: ne qd temerarie
conaret̄: nā nullatenus Antoniū poſſe pati dicebāt quāuis eū muneribus redimere puta
ret: eū amore eius potius incēderet̄: & uideret uolētia: uel inſidiis illius ſe eius amore pri
uatū: nec mediocre qdā ꝓ ſatiſfactiōe poſſet edicere: ſi contra fœminā hoc ageret: q̄ per
illud tēpus oēs dignitate ſupabat: utilitatē āt quā Antonio dicit futurā: uerēdū eē ne po
tius ille temeritatē exiſtimet q͛ affectu tali eū priuaret: unū nō ē incertū dicebāt: q͛ maxis
uel cōtinuis malis principatus eius uel generatio cōpleret̄: refutare uero concubitū: quē
illa poſtularet ꝓ tpe honeſte ſuadebāt: q cū hæc deſignarēt: & ꝑicula merito demōſtra-
rēt: conatus eius cōpreſſerunt. Tū herodes cleopatrę donis & muneribus ſatiſfaciēs: de-
duxit eā ad ęgyptū. Antonius aūt cū armeniā cepiſſet: artabazin tigrani filiū cū ſatra
pū filiis ligatū in ęgyptū deſtinauit: donās eos cleopatrę: cū oī regio co℞ ornatu. Arme
niæ uero principatū tenuit artaxias maior illius filius q tūc euaſerat. Quę cū archelaus
& nero cęſar expuliſſent: tigranū nouiſſimū eius fratrē ordinauerūt. Hęc qdē poſtea cō
tigerunt. Vectigalia uero quæ debuiſſet de terra donata ab Antonio cleopatræ ꝓbere
herodes iuſtū iudicauit: ne occaſionē ei odii ꝓſtaret. Cap. V.

Rethas āt cū herodes reditus eius cōduxiſſet: tpe qdē aliquāto reddebat duo mi
a lia talēta: poſt āt indeuotus extitit: uix partē aliquā ꝓbens. Herodes qdē hoc mō
defraudātē: nihilq; ſecundū iuſtitiā facere uolētē: ꝑſeq deliberauit: ſed interim ꝓp
bellū romanū hāc diſtulit exactionē. Nā dū in actiaco littore ſperaret̄ pugna: q̄ cēteſi-
ma octogeſimaſeptima olympiade cōtigit: & cęſar cū antonio de republica decertaret:
herodes ex opulēti ꝓuincia ſua multo tpe redditibus & uiribus collectis. Antonio depu
tauit auxilia diligēter ꝑparare: Sed antonius nihil auxilio eius egere ſe dixit: arabū autē
ꝑſequi ꝑcepit. Nā iā audierat a cleopatra perfidiā eius. Petebat enim hoc cleopatra dum

ſibi putaret ꝓdeſſe:ſi unus ab altero:ſterneret͛.Cũ hoc ab antonio iuſſum fuiſſet:Hero
des milites cõgregauit:tanq̃ cõfeſtim arabiã ingreſſurus:parataq; eqtũ & peditũ mul-
titudine:in dio ciuitatẽ ꝑuenit.Cũq; illic & arabes occurriſſent: pugna maxīa cõmiſſa
eſt:in qua uicerũt iudei.Poſtea multũ exercitũ arabũ in chana uico cõgregatũ qui eſt in
inferiori ſyria:audiẽs Herodes uenit ſup eos:ducẽs maiorẽ partẽ ſuæ militiæ:& ꝓpe ca-
lon ſua caſtra metatus eſt:uñ oportune pugnaret.Cũq; hęc diſponeret populus iudeoꝝ
clamabat mora dimiſſa cõtra arabas impetũ facere:dũ crederẽt ſe in hoc paratos eẽ:qa
in priore pugna uictores extitiſſent.Igit͛ ſuũ ſtudiũ milite oſtẽdẽte:rex ſtatuit magnani
mitatẽ eorũ nõ remorari:dicẽs non ſe deeſſe uirtuti eoꝝ & primus ſe armãs oẽs ꝑduxit
ad aciẽ.Statim aũt terror arabis incidit.Contra quos modicũ reſiſtẽtes:ut uiderũt inex
pugnabiles:oĩq; plenos uirtute: plurimi fugerunt fuiſſentq; ꝑempti:niſi athenou He-
rodẽ & iudeos inuaſiſſet:nã hic erat dux cleopatræ ibi cõſtitutus: & inimicus Herodis:
futuraq; nõ imprudẽter ꝓſpexit:ut ſi qd clarũ agerẽt arabes: ipſe qeſceret:uictis aũt eis
quod & cõtigit ex ꝓpriis paratis militibus inuaderet iudeos:quos tunc laſſos:& iã uicis
ſe putãtes ſubito ſuperueniẽs ꝓſternebat.Nam alacritatẽ aĩ cõtra manifeſtos inimicos
aſſumẽtes iudei:& poſt uictoriã remiſſiores:citius a recẽtibus hoſtibus obterunt͛: in lo
cis aſperis & ſaxoſis:quoꝝ noticiã inimici amplius habuerũt.Arabes ergo prius uicti ſe
recuperantes reuerſi occidebãt:fiebatq; diuerſa ꝑditio.Rex aũt Herodes ꝓ actione pu
gnę uectus æquo ducere tẽtauit auxiliũ:ſed nõ ualuit:licet feſtinaſſet ſubuenire. Sed ca
ſtra iudeorũ cũ arabes cepiſſent non mediocrẽ foelicitatẽ & ſine ſpe tenuerunt:nã victo
riã quã prius perdiderant:poſt obtinuerunt: plurimũ aduerſariorũ ꝓſternẽtes exercitũ.
Exinde latrociniis utebat͛ Herodes: multãq; arabum terram diſcurrens : uexabat:dum
ſuper montes caſtra diſponeret : & omnino recuſaret manus cum eis ex equo conferre:
frequenter tamen laborũ diligentia lucrũ ſibi acquirebat:nã & proprios milites oĩbus
modis fouebat ruinã cupiens emendare. Cap.VI.

Nterea acciaco bello inter cæſarẽ & Antoniũ geſto ſeptimo imperii anno hero-
i dis terra iudeorũ cõmota eſt:qualiter nunq̃ animaliũ peſtilẽtia p ꝓuinciã geſta:
perempta ſunt a ruinis ẽt hominũ decẽ milia.Milites uero cũ ſub diuo degerẽt:
nihil ab oppreſſione ſunt leſi.Quę cũ arabes inquirerent: & pluſq̃ in ueritate erat:audi
rent:q̃ facta fuiſſent tãq̃ prouincia hoſtiũ euerſa:& hominibus peremptis nihil ulterius
ſibi aduerſum credebant ſurgere.Quo cũ legati iudeorũ perueniſſent : pãcẽ ꝓpter hæc
q̃ euenerant facturi:arabes peremerunt eos:& cũ alacritate contra milites eorũ ꝑpara-
bant͛.Qui nec inuaſionẽ arabũ ſuſtinuerũt:licet calamitatibus oppreſſi:& bellare de-
cernunt:dum non pares ſeſe ꝓliis eorũ putarent:neq; auxiliũ haberent rebus ſuis domi
ſubuerſis.Quos ita diſpoſitos rex flectere ſermone tentauit : ut recuperaret eis antiquũ
alacritatis aĩum:& exhortatus aliquos optimatũ:auſus eſt iã & ad populũ ſermocinari
nã prius pigebat eũ:nc male ꝓpter calamitates ſuſciperet͛ ab eis.Petebat ergo talẽ ora
tionẽ ꝓferens.Nõ ignoro ſocii quõ multa p hoc tp̃s facta ſunt cõtra noſtrã republi-
cã:& fortaſſe nec hi mõ de ſe confidunt:q multũ uirtute ꝑcellunt:ſed quõ compellimur
pugnare:nec eſt aliqd quod ſemel factũ:nõ poſſit rurſus bene tractatũ emendari:petere
uos elegi ſimul & docere:p quę poſitis in proprio alacritatis aĩo ꝑmanere.Volo tamen
prius uobis oſtendere:ꝙ iuſte bellũ id conamur cõmittere:ꝓpter iniurias aduerſariorũ:
nã maxima magnanimitatis hęc cã nobis exiſtit:poſt uero declarare ꝙ nihil ſint q̃ nũc
nobis mala ſuperuenerunt:ſed multas nos ſpes uictoriæ poſſidere.Exordiar aũt princi
pia:teſtes uos faciens mei ſermonis.Nã arabũ iniquitatẽ noſtis:& circa alios oẽs: ita p
fidã tãq̃ barbarorũ:& qa nec deũ cogitẽt:ſepius cuĩ nos offenderũt auaritia uel inuidia

ſua. Et ꝙ multa dicimus: dũ imineret eis: ut a ꝓprio principatu deciderent: & cleopatrę
ſeruirẽt: qs alter eos de hoc timore liberauit: niſi mea amicitia ꝗ cũ Antonio poſſidebã.
Et illius circa nos affectus nihil hos iportunũ ſuſtinere dimiſit: nã Antõius cauebat age
re ꝙ poſſet nobis in ſuſpitione puenire. Tñ & cũ uellet cleopatrę ptes aliquas ab utraq;
ꝓuincia pbere: hoc quoq; ego diſpẽſaui: multaq; munera ſecretius offerẽs: tutelã utriſq;
acqſiui. Expẽſas aũt ipſe ſuſcepi ducẽta pſtando talẽta: duo milia uero fide dicẽdo: ꝗ ẽt
ꝑ reditibus adimpleui: unde nos nihil ab eis ſuſcepimus: & oportebat qdẽ nulla tributa
ꝓuincię iudeos debere: quod & ſi pbendũ eſſet pro nobis: nõ ẽt ꝓ arabis dareẽ: q nobis
nec gratias aguut: nã ꝓ beneficiis iniqua circa nos egerunt: prius ꝙ nos amicos nõ ho-
ſtes reditibus priuauerũt. Nã ſi fides hoſtibus neceſſario ſeruatur: multo melius amicis:
ſed nõ apud nos eſt ita: q modis oĩbus optimũ putãt inigtatẽ eligere: ſi ſolũ lucrũ eis poſ
ſit acqri. Eſt ergo queſtio nobis utrũ oporteat iniuſtos punire: dũ hoc ẽt deus deſideret:
& pcepit ſemp inigtates & cõtumelias execrari: quę nõ tantũ uerbo: ſed ẽt iuſſit ꝑ bel
lũ ulciſci: nã quod uideẽ iniuſtũ apud graecos & barbaros hoc ſi dici fas ẽ: i noſtros lega
tos cognoſcit perpetratũ. Graeci ſiquidẽ ſacros & inuiolatos dicunt eos eẽ: nos ãt opti
mũ & beatũ decretũ in lege a deo dicimus. Hi nãq; & hoĩbus deũ placãt: & aduerſarios
hoſtibus reconciliant. Qualis igiẽ poſſit iniquitas peior agi: ꝗ ſi legati q pro iuſtitia lo-
quunẽ intereant. Quẽadmodũ aũt poſſint uitã ſuã innoxiã cuſtodire: ſeu circa bellũ fœ
liciter agere: dũ talia perpetraſſent: mihi qdẽ non uidetur. An forſitã rectũ & iuſtũ nobi
ſcum eſt: illi uero fortiores ob hoc putantur. Sed primum quidem indigum eſt uos hæc
credere. Nam ubi iuſtum eſt: ibi deus: deo uero pręſente: multitudo cum fortitudine prę
ſto eſt. Vt ergo de nobiſipſis requiramus: uicimus primo praelio: in poſteriore uero non
ſubſtiterunt: ſed ſtatim ceſſerunt: non ſuſtinentes noſtrę alacritatis impetum: uincen-
tes nos atheni o inuaſit: bellum inferens non praedictum. In primo uero plio nomen &
fortitudo noſtra apparuit: in poſteriori aũt iniquitate uel inſidiis concidimus. Cur igiẽ
minora ſapimus in his ubi maiores ſpes poſſidemus. Quõ autẽ ſtupeſcimus eos q cum
palã decertant: ſemp uincunẽ: cũ uero ſic uincunẽ ab iniquitate: illis hoc euenit: Virtus
ergo non in expugnatione debilium: ſed in oppreſſione fortiũ appareret. Si tamen quęꝗ
illa terrent: ꝗ domi contigerunt: & in terremotu acciderunt primũ quidẽ ſciat: quõ hoc
ipſum & arabas decepit: dũ maiora quã contigerunt: putarent. Pręterea nõ debent hęc
aut illis audaciã: aut nobis timorẽ immittere. Illi namq; noſtris laboribus uel calamita
tibus ſpes ſibi aſſumunt: quas nos egreſſi contra eos uiriliter auferemus. Vos aũt accipi
te alacritatẽ pugnandi: neq; enim in tantũ ſumus contriti: neq; ira dei uulnerati: ut qdã
putant: quę potius accidentia ſunt dicenda. Quæ ſi dei ſnĩa prouenerunt liquet: & iam
ſecundũ illius iudiciũ ira deſiit: dũ ſatius uindictã de factis noſtris accepit. Nam ſi uellet
amplius nobis nocere: nequaꝗ flexus fuiſſet. Bellũ ãt ga & uult fieri: & iuſtũ eſſe cogno
uit: & nobis oſtendit: ꝙ multis ꝑ ꝓuinciã terremotu peremptis: nullus armatus interiit
deo euidenter oſtendente: ꝙ ſi oẽs cum filiis uel uxoribus militarent: nihil penitus eis
inoportunũ accidiſſet. Hæc ergo reputantes: ꝙ in oĩ tpe dei patrocinium poſſidetis: pſe-
quimini fortitudine iuſta iniquos amicos pfidos maliuolos circa legatos: ſemperq; ue-
ſtra uirtute deuictos. Cũ hęc audiſſent iudei multũ audaciæ ſumentes: ad pugnã para-
banẽ. Herodes aũt hoſtiis celebratis cũ magno ſtudio: eos cõtra arabas tranſiens iorda
nẽ fluuiũ ꝓduxit: & ꝓpe aduerſarios caſtra diſpoſuit. Tũ uiſum ei eſt caſtellũ in medio
poſitũ occupare: quod ſibi multũ ꝓdeſſe putauit uolenti maturius pręliũ uel cõmittere:
uel differre. nã oportuno uel munito loco cõſtiterat: Cumq; idẽ ꝓuiderent arabes: bellũ
pro caſtello cõmittiẽ: & primũ quidẽ protelatio: deinde uero multis ex utraq; parte ad

manũ ueniẽtibus:arabes afflicti recedũt. Quod ſtatĩ ſpes iudeis nõ minores erexit:uirtutẽq; accẽdit. Dũq; magis oĩa uellẽt arabes pati: quã decertarẽt: & iudei caſtra eorum inuaderẽt:arabes coacti recedunt:nullas uincẽdi ſpes habẽtes:ſed tantũ a multitudine audaciã ſumẽtes. Itaq; pugna maxĩa facta:multiſq; ab utraq; p̃te cadẽtibus arabes recedũt: quoꝝ plurimis mors fugiẽdo euenit. Nã nõ tantũ ab aduerſariis terrebant̃:ſed ipſi fugiẽtes: ſua multitudine cõtriti moriebant̃. Vnde qnq; milia defuncta ſunt: reliq uero ad caſtra confugierũt:minime ſpes ſalutis firmas hñtes neceſſarioꝝ inopia:& quod peius erat:aquaꝝ indigẽtia. Iudei aũt licet pſequerent̃:tñ inuadere caſtra minime p̃mittebant̃:ſed obſidẽtes erga uias eoꝝ fugere uolentes arcebãt. Igitur in his arabes cõſtituti legatos ad herodẽ dirigunt:primũ quidẽ diſſolutionẽ belli petẽtes: nã ſitis eos urgebat oĩa pati:dum tãtũ in p̃ſenti licẽtia aquas acciperẽt hauriẽdi. Qui nec legatos:nec dona ſuſcepit:neq; mediocre qdẽ pactus eſt:dum obſtinate p̃maneret ulciſci trãſgreſſiones in ſuos ab illis factas. Qui ſiti cõpulſi nimia ſemetipſos tradiderũt:ut p qnq; dies quatuor milia caperent̃:ſexto uero die reliq de caſtris egreſſi: decertare cũ aduerſariis nitebant̃: eligẽtes oĩa pati:ne paulatĩ ſine gloria deperirẽt. Quæ cũ deliberaſſent: nullatenus decertare uoluerunt:nã aĩo uel corpore calamitatibus afflicti pro lucro mortẽ eſſe putauerũt:ne in tribulationibus uitã extenderẽt:quoꝝ ſeptẽ milia priori p̃lio cõſternuntur. Cũ his ergo caſibus uterent̃:arrogantiã priorẽ deponunt: miratiq; Herodis prudẽtiã ceſſerũt:patronũ eũ ſuæ gẽtes ꝓnunciantes. Qui cum multa fœlicitatis gloria reuertit̃: maximam acquirens ſua fortitudine dignitatem. Cap. VII.

Git̃ licet optime p bellũ Herodes res ſuas diſpoſuiſſet: tamẽ in p̃iculum incidit.
i Siquidem pro republica decertans Antonius:in acciaco litore a cęſare uincitur.

Tum in deſperationẽ ſui Herodes uenit: dũ amici & inimici putarẽt non impune amicitias ei ꝓuenire:quas cũ Antonio habuiſſet. Quapropter amici qdẽ deſperabant: inimici uero licet in ꝓſpectu contriſtarent̃:tamen clãnimiũ letabant̃:ſperãtes meliora ſibi rerũ mutatione uentura. Herodes aũt Hyrcanũ ſolũ uidens in dignitate regia cõſtitutũ:prodeſſe ſuis rebus opinatus eſt mortẽ illius:ne iminente ſibi a cęſare periculo:ille daret occaſionẽ:q ſolus regio uidebat̃ ex genere. Cũ hæc cogitaret:nec daret occaſionẽ Hyrcanus:nã modeſtia morũ illã rerũ gubernationẽ curabat & rebus ſtudebat bonis: oĩa concedens fortunę:alexandra nimis pertinax:& ſpẽ rerũ mutationẽ incontinenter credens:uerba ad patrẽ fecit:ne ſuſtineret Herodis iniquitatẽ:in familiam ſuã ꝓcederet: ſed cuſtodiret ſpes eorũ:petebat ut & malcho arabiã tenenti ſcriberet:quatenus ſuſciperet eos ad ſe refugiẽtes:nã ſi mors uenerit inimico cęſari Herodi ad ſe principatũ uenturũ & ꝓpter populorũ fauorẽ:& propter generis dignitatẽ. Dũ his eũ flectere uerbis niteret̃ Hyrcanus uerba depellebat. Sed pertinacia muliebri dũ illa p̃manens:nec noctu: uel interdiu deſinens Herodis erga ſe inſidias accuſaret: cõpellit eũ epiſtolã dare Doſitheo cuidã amico: in qua ſcriptũ erat:ut arabes equites qui deberent eũ ad ſe perducere mitteret prope paludem bituminis q̃ diſtat ab hieroſolymis ſtadiis .cc. Credebat enim Doſitheo:dũ nimis eũ ſibi ipſe & alexandra exiſtimarent propter inimicitias: quas cũ Herode haberet:ut ioſippi cognatus quẽ ille p̃emerat qa & illorũ q tyro ꝓſtrati fuerãt ab Antonio:prior frater exiſteret. Sed hęc Doſitheũ nullatenus Hyrcano fidũ in miniſterio parauerunt. Nã præponẽs illis regis amicitias:porrigit Herodi epiſtolã:q cum ꝓ fide non tantũ laudauit: uerũ ẽt iuſſit ei:ut miniſtraret reliquę cauſę:quatenus epiſtolã traderet Malcho:litteraſq; ab illo reciperet:cũ nõ illiꝰ paruũ putaret & ſniam cognoſcere. Quæ cũ Doſitheus alacrius miniſtraret:arabs reſcripſit & ipſum Hyrcanũ ſe ſuſcipere uel oẽs qui cũ eo uenirent. Deſtinauit ẽt qui deberent eos caute p̃ducere. Vt uero

& hanc epiſtolã Herodes ſuſcepit:cõfeſtim uocato Hyrcano:de factis eius cũ Malch-
pactis requirebat.Cũq; ille negaſſet:epiſtolas corã cõcilio demõſtrans:uirũ interfecit.
Hæc nos conſcripſimus q̃ in animalibus regis Herodis continebant̃.Alii uero nõ ita
exiſtimãt:ſed magis Herodẽ inſidias contra Hyrcanũ contexiſſe:quatenus eũ interfice
ret:dicunt ita ſcribentes in aliquo conuiuio ſine ſuſpitione quẽdã ſermonẽ Hyrcano in-
tulit:ſi quas epiſtolas a Malcho ſuſcepiſſet.Qui dũ ſe confeſſus eſſet:ſalutatorios api-
ces accepiſſe:ille rurſus interrogans:ſi qua ſup hæc ẽt dona recepiſſet:nihil amplius re-
ſpondit quã .iiii.iumenta tranſmiſſa ſuſcepiſſe.Occaſione hac inuenta:dona eſſe corru
ptionis:ſ uel proditionis uociferans:uirũ iuſſit occidi.Signa uero ſunt minime Hyrcanũ
peccaſſe:quatenus termino tali occũberet:modeſtia morũ eius:q̄ nihil in iuuentute ſua
atrocius aut acrius egiſſet:qa & cũ ipſe regnũ habuiſſet:plurimam gubernationẽ anti-
patro cõmiſerat:cũ iã octogeſimũ duceret annũ:& cũ multa tutela ſciret herodẽ regnũ
poſſidere:& eufraten tranſiſſe:honorantes eũ:q̃ oĩa deſpexiſſe eum:& aliquid nouitatis
molitũ:nimis ĩcredibile eſt:qa nec naturæ illius aptũ erat:ſed molitiõe Herodis occiſus
eſt.Ita quidẽ finẽ uitę inuenit Hyrcanus:diuerſas & uarias calamitates expertus.Nã
in principio ut mater eius Alexandra regnauit:principatus ſacerdotii gentis iudeorum
nouẽ annis honorẽ obtinuit:matreq; defuncta cũ imperiũ ſuſcepiſſet:& hoc tribus mẽ
ſibus gubernaſſet:depellit̃ ab Ariſtobolo fratre:reſtituit̃ aũt iterũ a Pompeio:&.xl.
annis honore uſus:ſecundo regnũ p Antigonũ pdidit:& corporis diminutionẽ paſſus:
apud parthos captiuus perductus eſt:& exinde ad ꝓpria poſt tp̃s remeãs propter ſpes
ab Herode promiſſas:nihil ſicut ſperauit executus eſt.Itaq; multis uitę paſſionibus in-
uolutus:& quod peſſimũ eſt ut diximus in ſenectute:nõ dignũ uitæ terminũ ĩpetrauit.
Siquidẽ modeſtus & mediocris in oĩbus exiſtebat:& plurima ſui ĩperii ſub diſpenſato-
ribus innocẽs tractabat:neq; callidus regnũ diſponere:antipatro herodiq; uſq; ad hoc
conamen aperuit iter.Herodes aũt hyrcano interfecto:a cęſare nihil optimũ ſperans de
rebus ſuis propter amicitias quas cũ Antonio habuiſſet laborabat.Cumq; in ſuſpitione
Alexandrã haberet ne tp̃s nanciſceret̃:& multitudinẽ & turbã in regno uel rebus ſuis
concitaret:cõmendauit oĩa fratri ſuo ferorę:matrẽ aũt cypriã cũ ſorore:& cognationẽ
cunctã in maſada cõſtituit iubẽs:ut ſi quod de ſe piculũ audirẽt:principatũ ſibi aſſume
rent mariamnẽ uero ſuã uxorẽ:q̄ nõ potuiſſet ut inimica cũ ſorore uel matre conuerſari:
in Alexandrio cũ Alexãdra matre ſua depoſuit:Ioſippum & ituracum ſoenium ſup eas
dimittẽs fidos ſibi amicos:quos ſub ſpẽ honoris cuſtodire mulieres reliquit.Quibus ẽt
mandauerat:ut ſi qd de ſeipſo piculoſum audirent:ambas interficerẽt:regnũ uero filiis
ſuis cũ fratre ferora cuſtodirent.Cũ hęc mandaſſet:ipſe Rhodo ad cæſarẽ properabat.
Cũq; in ciuitatẽ delatus eſſet:depoſuit qdem diadema:aliud uero nihil de dignitate ſua
diminuit.Vt uero cõmunẽ ſermonẽ cũ cęſare inſeruit:tũ multo potius ſuã magnitudi-
nẽ:ſuęq; maieſtatis honorẽ ſeruauit:dũ nec ad preces:neq; ad petitiones conuerteretur
tanq̃ de peccatis ſatiſfaciens:& ratione actuũ ſuorũ confidens ſine dubitatione cæſari
dicebat amicitias ſibi maximas cũ Antonio fuiſſe:oĩaq; ꝓ uirtute ſua egiſſe:quatenus
ille rerũ potentiã ſortiretur:militię tamen eius nullatenus cõmunicaſſe:eo q̄ occupatos
arabas expugnaret tranſmiſiſſe uero & pecunias & frumenta:nõ tñ minus ad dignita-
tẽ ſuã.Nã q fatetur amicũ uel benefactorẽ aliquẽ habere debet uiribus animæ uel cor
poris aut ſubſtantię participẽ ẽt ad periculũ exhibere:quod ego nõ minus inqt quam
oportebat effeci.Illud uero integre geſſi:qa q̃uis uictũ in acciaca pugna nõ reliq:neq;
manifeſte:tranſiui:cũ & ipſa tranſiret fortuna:ſed ſeruaui ei fidem quãq̃ non oportunus
auxiliator:tamen conſiliarius fideliſſimus exiſtens.Nã cauſa ſalutis & rerum poteſtas

qualiter ꝑdeſſet oſtēdi:dū cleopatrā hortaret occidi:& ſi pempta illa fuiſſet:nullatenus
a rerū principatu concidiſſet: imo magis & tuas facilius indignationes euitaſſet.E qui-
bus nihil ille agendo: ſibi qdē incommode : tibi uero utiliter profuturam præponendo
dementiā periit.Nunc ergo ſiquidē pro Antonii ira noſtrā fidē fuiſſe iudicas:non ſum
denegaturus:qa pui neq; meum erga illū fauorē euidenter prædicans recuſabo:ſi uero
perſona ablata:qs ſim circa benefactorem : uel qualis amicus requiras:poteris a factis
me cognoſcere.Nā licet nomen ablatum fuerit:nihilominus amicitiarum firmamentū
in nobis poterit approbari. Cap.VIII.

V m hæc dixiſſet:& oibus ſuę animæ libertatē oſtēdiſſet:nō mediocriter Cæſaris
c liberalitatē:uel indulgentiā meruit:intantū ut criminū cauſas pro fauore eius uin
dicari depoſceret & tūc diadema rurſus ſibi repoſuit:Cæſare inuitante:dum nihil
ſecus circa eū:quā prius erga Antoniū appareret. Tunc cæſar oēm ei honorem addidit:
cęteris regibus ſcribēs: cū oī alacritate herodē ſibi occurriſſe.Poſtq̄ uero hāc ſatiſſactio
nē p̄ter ſpē ſuſceptā cognouit:uidēſq; ſicut prius firmiorē ſibi principatū a Cæſare datū
decretūq; romanoꝝ: ſibi ꝑ ſtabilitate ſua mercatū:ſecutus ē cæſarē ad ęgyptū ambulā
tē.Cūq; ſup uires ſuas amicis dona obtuliſſet:liberalitatē magnanimitatēq; ſuā oſten-
dēs:petebat: ne Alexāder amicus Antonii aduerſi aliqd pateret̃.Sed hoc nō īpetrauit:
qa iā iureiurando cęſar p̄occupatus fuerat.Rediit aūt iterū ad iudeā cū ampliore hono-
re:& ſperantibus contraria:ſtuporē cū metu incuſſit: q̄ clarior a piculis dei prouidentia
remeaſſet.Cōfeſtim ergo ſuſceptionē cęſari ꝑ ſyriā in ęgyptū eunti parabat.Itaq; cū eū
ſuſcepiſſet cū oī regio apparatu ptholomaide:& prębuiſſet exercitui ſumptus affluēter
omnino inter fideliſſimos reputatus eſt.Dūq; expeditionē cæſar deputaret : in centum
qnquaginta domibus ornatis:eū cū amicis ſuſcepit:Prębuit aūt ꝑ loca arida tranſeunti
bus neceſſariā humanitatē ita ut nec uinū nec aqua:quæ potius militibus acceptabilis
erat:alicui deficeret:ipſi ēt cęſari octingēta talēta donauit:oibuſq; demōſtrauit:q̄ plus
clarior in regno ſuo remunerando eū apparuiſſet:ut magis fidē eius & alacritatē cæſar
probaret.Cui & redeūti rurſus Herodes ab ęgypto nō minus priorē largitatē exhibuit.
Tūc quoq; cū ad regnū ſuū rediſſet:turbatā oēm domū inuenit:ac grauiter ferētē uxo-
rē ſuā:& matrē eius alexādrā:dū putarēt nō ꝑ corpoꝝ tutela in illo oppido ſe poſitas:
ſed tanq̄ in carcerē:cū nihil ille neq; de ſuo neq; de alieno in poteſtate haberēt.Marian
nes qdē amorē regis:diſſimulationē & deiectionē putabat.Angebat̃ autē:q̄ ſi qd ille
piculoſum pateret̃:nec ſpem uitæ poſſet habere:mandataq; ioſippo data recordabat̃.
Quapropter cuſtodes cū nimia diligentia mitigabat:magis uero ſoemū dū illi putaret
oēm poteſtatē creditā.Soemus aūt in initio fidelis:nihil pœnitus de mandatis herodis
palā fecit:ſed cū ſermonibus uel donatiōibus mulierū flexus paulatim deuictus eſſet in
ultimo cuncta regis mandata dilucidauit:dū tamen non oīno ſperaret eū cum eadem
ptāte reuerſurū:ſed & potius periculum fugeret:ne rediret inſignior: ideoq; non parua
mulieribus putauit p̄ſtare:utiq; ampliorē beneficiorū retributionē ſe acceptuꝝ:ſi regna
rent:q̄ ſi proſpere cuncta gerens herodes reuerteret̃ : nequaq̄ contra uoluntatē uxoris
eū poſſe facere ſciret:dū cognoſceret oi ratione regis amorē erga mariānem ampliorē
exiſtere.Itaq; cū hmōi illum fefelliſſet ſpes:ſecreta oia indicauit.Mariānes hęc grauiter
audiens:nec finē ſibi de piculis herodis inuenire putans:cui & infeſta fuerat:nullatenus
eū æquitatē īpetrare orabat:& licet difficilē uitā ſuā poſt mortem illius putaret:nihil tñ
de ſui animi paſſionibus cęlauit:nā cū ille maximas res p̄ter ſpē impetraſſet:nauigauit.
& primū uxori ſuę de his bonis nunciauit:ſolamq; pręponens oibus ꝑpter amorem &
conſuetudinē quā cū ea habuiſſet ſalutauit.Cui dū fœlicitatē ſuam referret : nullatenus

gaudentẽ:ſed & potius grauiter ferentẽ intellexit. Non hęc celare dolorẽ poterat: ſed pro decore nobilitatis ſuæ ad oſcula gemebat: narrationibus uero eius nequaq̃ letabat̃ ſed potius contriſtari ſe demonſtrabat. Vt uero non ſuſpecta tantum: ſed ẽt manifeſta Herodẽ facta turbarent: contriſtabat̃: animaduertens irrationabile circa ſe uxoris odiũ non celatũ: iccirco duriter tolerabat: dũq; amorẽ ferre non potuiſſet: nec in ira: nec amore ꝑmanebat: ſemꝑ ab altero in alterũ tranſiens: in utroq; inconſtans erat. Sic ergo inter odiũ uel amorẽ deſtitutus: ſepius parauit uindicare in illa ſuperbiã: ſed timuit: ne p̃occupatã ſuã aĩam cupidie debilitaret: & nullatenus occidere eã pertulit: dũ uereret̃ ne ꝑempta illa: maiorem pœnã pro amore illius interitus ſuſtineret. Intelligẽtes ergo eũ ita de mariãne ſoror eius & mater optimũ putauerunt tꝑs pro illius odio recepiſſe: & loquebãtur non pauca Herodẽ incitantes in odiũ: q nec inſuauiter hæc uerba attendebat: neq; facere quicq̃ in uxorẽ tãq̃ credulus p̄ſumebat. Peius ergo dolorũ paſſione ſuccendebat̃: dũ neq; illa odiũ celaret: neq; iſte amorẽ. Cõfeſtimq; aliquid nefandiſſimũ actũ fuiſſet: niſi cæſar nunciatus eſſet contrarios uiciſſe: & interemptis Antonio & cleopatra cũctã ægyptũ poſſediſſe. Quapropter feſtinans ad Cęſarẽ: reliquit domũ ita diſpoſitã. Cui ꝓficiſcenti mariãnẽ ſoemo cõmendans: multas habere gratias ei ꝓ diligẽtia ꝓfitebat̃: & partẽ magiſtratus a rege ꝓmeruit: & ille qdẽ honorẽ hũc obtinuit. Cap. IX.

Erodes uero cũ in ægyptũ ꝑueniſſet: cęſari cũ ampliori fiducia ſermonẽ inſeruit:
h tanq̃ iã amicus. Siqdẽ de ſatellitibus gallis cleopatræ quadringentos ei donauit: & terrã ei ruſus reddidit: quã ꝑ illam ꝑdiderat. Addidit ẽt regno eius gadara: uel ioppẽ & Samariã necnõ & maritimã gazã uel antidonẽ uel ioppẽ: & ſtratonis turrim. Cũq; hęc acquiſiſſet: & Cæſarẽ comitatus uſq; ad antiochiã eſſet: reuertit̃: & quantum res ſuas extrinſecus fœliciter tractabat: tantũ domeſticis laboribus affligebat̃: p̃ſertim circa coniugẽ: de qua potius fœlicitatẽ quõdã uidebat̃ habuiſſe: nã amorẽ non minorẽ illis ꝑtulit: quos in hiſtoriis cognouimus cupidine retentos. Sed hic merito mariãnem dilexit: q̃ cũ in aliis caſta uel fidelis eſſet: muliebre uel modeſtũ quiddã naturaliter habebat. Nã dominabat̃ marito ſeruienti libidini: & ſepius contumelioſe eum aggreſſa eſt. Quod ille diſſimulans portabat blandiebat̃ tñ licet matris eius uel ſororis ignobilitatẽ illa derideret & detraheret. Illo uero tꝑe maioribus accuſationibus a ſuſpitione nutritis: anni ſpatiũ complet̃ ex quo herodes a cęſare reuerſus erat: & cũ iãdudũ culpa uolueret̃ tunc erupit alia occaſione data. Meridie nãq; dũ uoluiſſet requieſcere accerſiit mariãnẽ amore quẽ in ea ſemꝑ habebat aſtrictus. Quę cũ intraſſet: non cũ eo incubuit: ſed feſtinanter eũ depulit: & improperauit ei ſui patris uel fratris interitũ. Qui cũ grauiter tuliſſet contumeliã: & paratus ad facinus eſſet: ſentiens ſoror regis Salome paratũ olim pincernã regiũ intromittit: pręcipiens diceret: qualiter ſuaderet ei mariãnes amatoriũ confeciſſe regi: & ſiquidẽ ille turbaretur: & interrogaret quale hoc fuiſſet reſponderet: uenenum illã tenuiſſe: petentẽq; ſeipſum ſubminiſtrare. Si uero nullatenus de amatorio rex cõmoueretur: dimitteret uacuũ: dũ nequaq̃ hoc ei periculũ ferret. Hæc dicens: eum hoc tꝑe locuturũ intromittit. Qui tanq̃ ueriſimilia ducturus cũ ſtudio ingreditur: aſſerens mariãnẽ præmia ſibi p̄ſtitiſſe dũ flecteretur amatoriũ regi porrigere. Cunq; ad hoc rex cõmotus fuiſſet: uenenũ inqt erat: quod illa monebat dari. Cuius uirtutẽ ipſe ſe non ſciſſe fatebat̃ ideoq; nunciaſſet: quatenus ipſe requireret. Itaq; cũ talia uerba Herodes audiſſet: & dudũ iã furibundus: tunc potius excitat̃: & eunuchũ qui mariãne fideliſſimus erat: de ueneno torquebat cognoſcens: q ſine illo tale aliqd non feciſſet. Qui cũ neceſſitatibus intereſſet nihil quidẽ totius de ueneno dixit uxoris aũt odiũ quod in eũ haberet propter ſermones quos ſoemus explanaſſet: manifeſtauit ei. Cũ hæc dixiſſet iratus rex

exclamauit dicēſ:nullatenus ſocmū ſibi fideliſſimū prioribus tpībus hęc ꝓdidiſſe man
data:niſi quid amplius inter eū & mariānem ꝓueniſſet.Et ſocmū qdē ꝓtinus interimi
ꝑcepit: uxori uero iudiciū colligens:familiariū accuſationē parauit:ſtudioſeq; executus
eſt de relationibus amatorii uel ueneni.Eratq; ſermone incontinens:& iracūda: quā ita
ſentientes q pręſentes erant:mortiferā in eā ſniam protulerūt.Dū hæc ſnia pronuncia-
retur:ſubuenit quidam ei uel aliqbus præſentibus:ne ita temerarie illā interficerent:ſed
deponerent eā in aliqua regali cuſtodia.Tunc Salome cū ſuis feſtinauit e medio mulie
rē abducere:quę potius regē īpulit:caue inquiens ſeditionē multitudinis: ſi illa uixerit.
Mariānes interea ita trahebat̄ ad necē.Conſiderans aūt alexandra tp̄s : & q paruam
ſpem haberet:eadē ab Herode paſſura:contra priorē ſuā fiduciā nimis ualde cōmuta-
bat̄ .Nā uolens oſtēdere ſe ignoraſſe cām exiens multa mala contra filiā uociferata eſt:
& oībus audientibus clamabat:malā circa maritū:& ingratā extitiſſe.quapropter iuſte
pati:q audacter ei reſtitiſſet:nec retribuiſſet beneficiorū tantorū remunerationē . Inter
hęc talia & inhoneſta ſimulantē:& audētē ēt capillos ſuos euellere:multa qdē in ea ab
aliis uituperatio deformis diſſimulationis apparuit.Quod potius a pereūte cōprobatū
eſt:cū nec uerbū in initio dediſſet:nec ad illius improperationes turbata reſpexiſſet ſed
qualiter animi grauitate peccatū matris ferret:euidenter demonſtrabat.Ipſa ſiquidē nō
timido greſſu neq; mutato corporis colore ad mortē ducebat̄ :generoſitatē ſuā nequaq̄
in extremitate demutans.Et illa qdē ſic interiit: fœmina q̄ ad continentiā & magnitu-
dinē animi optima erat:mediſtia uero ei nō defuit:pulchritudine aūt corporis & affabi
litatis dignitate magiſq̄ ſiquis exiſtimare poſſet oēs mulieres anteibat:occaſio tamen
exinde maior prouenit:ne cū gratia regis uel delectatione uiueret.Nā dū ſemp potiret̄
illius amore:& nihil difficile ab illo ſperaret:fiduciā immoderatā habuit contriſtabant
aūt eā quæ erga ſuos euenerāt. Hęc oīa ei queādmodū paſſa fuiſſet dicendo:ad ultimū
inimicas ſibi aperuit matrē uel ſororē regis:& illū ſimul in quo tantū cōfidēs nihil quod
moleſtū ſibi oriret̄ ſperabat. Poſtq̄ iteriit:regis potius deſideriū exarſit:ut ſæpius nomē
illius inuocaret.Moliebatur aūt oīa facere q̄ potuiſſent ſolaciū afferre : conuiuia: collo-
quia: quę nihil ei ꝓfuerunt:gubernationes ēt regales recuſabat:& tantū doloribus tene
bat̄ :ut aliquando mariānem uocare miniſtris tāq̄ uiuētē ualētēq; præciperet . Cum ſic
haberet̄ : ſuperuenit egritudo peſtifera:quę plures populi uel amicorū eius extinxit : &
oībus ꝑbuit ſuſpicari:p iram dei hęc cōtigiſſe: ꝑ iniquitate erga mariānē cōfecta.Ideoq;
ad peiora rex peruenit:ut ultimo ſolitudines eligeret ſub occaſione uenationis.His con
fectus cogitationibus:non potuit multos dies ꝓtrahere:ſed incidit in difficillimam in-
ualitudinē.Nā inflammatione uel aſtrictione gutturis:mentiſq; mutatione tenebatur:
& q̄ potuiſſent curā exhibere:nihil penitus ꝓfuerunt:ſed contraria inueniebant̄ .Vnde
poſtea deſperatione facta medici dū nequaq̄ medicaminibus allatis egritudo decreſce-
ret:& rex nihil potuiſſet accipere:oīa q̄ ille uellet iuſſerunt ei ꝑbere deſperationē ſalutis
caſui deuouentes.Et ille qdē in Samaria ſebaſta nominata inualidus iacebat:alexādra
uero in hieroſolymis habitans:cū audiſſet ī qbus eſſet herodes: feſtinauit cuſtodias ciui
tatis obtinere:q̄ duę fuerāt:una qdē ipſius ciuitatis altera uero tēpli:quas ſiqs ſub pote
ſtate ſua cōpręhendiſſet:oēm gentē ſibi ſubdebat.Nā īmolationes nullatenus ſine his
fiebant:quas non exercere impoſſibile iudeis uidebat̄ :parati utiq; magis uitā amittere.
quā religionis dei ſolitū ſacrificiū non implere.Igitur cuſtodibus earū alexādra obtulit:
q oportuiſſet ipſi uel filiis herodis eas tradere ne quis eas alter ꝑoccuparet: illoq; defun
cto:rerū poteſtatē teneret:dicens qa ſi a morbo quo detinet̄ euaſerit:tutius eas poterit
cuſtodire.Cū hæc uerba feciſſet:non patienter tulerunt ſed fideles prioribus tēporibus

extiterunt:tunc magis & ꝓpter odiū Alexandrę:putātes non ſe optime Herode uiuētę
deſperare. Quorū unus conſobrinus regis nomine mane:cōfeſtim nūciauit regi Alexā
drę ſniam. Qui nihil remoratus:interfici eam pcepit. Ipſe uero uix & multo labore cum
egritudinē euitaſſet:aīo uel corpore debilitatus ſimul:& faſtidioſus in omnibus cauſis
factus:ad pœnam peccantiū paratior erat:iccirco & amicos ſibi neceſſarios interemit:
cuſtodibarū:uel liſimachū:uel antipatrū:Gadiam uocatū:necnon & doſitheū:ex hac
occaſione. Cuſtodibarus genere qdē idumeus:erat inter primos dignitate:q a proauis
ſacerdotes uidebantur:goze:quē deū indumei arbitrabantur. Hyrcano uero rempubli
cā eorū ſub iudaicas leges redigente:cū herodes regno ſucceſſiſſet iudicē cuſtodibarum
idumeæ uel gazæ declarauit:& dat ei ſororē ſalomen: Ioſippum occidens priorem eius
maritū ſicuti demonſtrauimus. Cū hęc cuſtodibarus pter ſpē libenter impetraſſet:eleua
tus fœlicitatē paulatim excedebat:putans non eſſe bonū:ſe iudicem herodis præcepta
pficere neq; Idumeos ſub lege iudaica exiſtere. Quapropter deſtinauit ad cleopatrā di
cens:idumeos ſemp illius maiorū fuiſſe:ac ꝓpter hoc iuſtū eſſe:ut peteret ꝓuinciam ab
Antonio. Nā ſeparatū cōfirmabat trāſferre fauorē ſuū ad illā. Agebat tn̄ hæc: nō ꝙ po
tius cleopatrā dominari deſideraret:ſed ęſtimabat:ſi pluribus uiribus Herodes priuare
tur: facilius iā poſſet ſibi gentis iudeoꝝ principatū uendicare:occaſione generis & pecu
niaꝝ quas ꝑpetuo p illicita lucra acquiſierat. Et cleopatra qdē Antoniū perēs: ꝓuinciā
minime obtinuit. Nunciant̄ aūt hęc uerba herodi. Qui paratus cuſtodibaꝝ interficere:
matris petitionibus uel ſororis:ueniā ei donauit:ſed non in ſuſpectū eū impoſterū prio
ribus conatibus dereliquit. Tpe uero interiecto:cū cōtigiſſet Salomen a cuſtodibaro di
ſcordare: mittit ſtatim ei repudiū:connubiū renuens:non ſecundū leges iudeorū. Nam
marito qdē apud nos licet hoc facere: uxori uero nullatenus ſeparare & ducere aliū niſi
prius a priore marito dimittat̄. Salomę tn̄ non generali lege:ſed ptātis ſanctione cōnu
biū ſeparauit:& ad fratrē Herodē dicebat: ꝓ illius fide maritū ſe reliquiſſe:dū cognoſce
ret eū cū antipatro uel liſimacho uel doſitheo nouis rebus ſtudentē:fidē uero ſermōi de
Babe liberis imponebat ꝙ ſeruarent̄ apud eū duodecim annis:quę multū ſtuporē regi
pter ſpem uerba fecerūt. Nā babe liberos deſtinauit olim pſequi ꝙ inimici ſui fuiſſent:
tunc uero p tpis longitudinē de memoria eius exciderant. Quoꝝ inimicitiæ & odiū hic
ortū eſt. Cū Antigonus regnū haberet:& Herodes ciuitatem hieroſolymorum obſide
ret:neceſſitate uel malis quanta obſeſſis aſſiſtunt plures inuocabant herodē: & ad illū
clamabant:babe aūt filii dignitatibus pcellentes & apud populū ualidi:ꝑmanebant cū
antigono:& herodē accuſabant:& ſeruandū regio generi principatū ſuadebāt. Ciuitate
uero capta:cū herodes rempublicā tenuiſſet:cuſtodibarus exitus ciuitatis obſtructurus
ordinat̄:quatenus non recederent ab ea: qui ciuiū rei aut regi cōtrarii extitiſſent: ſciens
in opinione uel in honore populi babe liberos eſſe: & putans magnā partē ſibi eos fore
in rerū mutatione. Qui illorū ſaluti ſtudens:abſcondit in propriis pſidiis:tunc qdē iure
iurando herodē flexit nihil de illis ſciſſe ſe. Quare liberatus eſt a ſuſpitione. Rurſuſq; edi
cto a rege poſito:& oēm modū excogitante ut eos inueniret:non eſt confeſſus. Sed cū
primū negaſſet:non ſine pœna ſui putauit poſtea uiros oſtendere:& non fide iā tantū:
ſed & neceſſitate eos celare feſtinabat. De his cū nunciatū a ſorore fuiſſet:rex deſtinans
ad loca ubi cōmorabantur ſimul cū aliis accuſatis illos occidit: ut iam nihil eſſet reſidui
de genere Hyrcani:ſed regnū ſuo poſſideret arbitrio:nemine in dignitatibus exiſtente:q
iniqtatibus eius reſiſteret. Icciro potius a patriis moribus excedebat:peregrinis inuen
tionibus ueterē ſtatū corrūpebat:q nullatenus maculari debuiſſent:unde non minora
nobis impoſterū mala prouenerunt: diuerſis recedentibus maiorū pietate corruptis:&

primũ qdẽ certamen quinquẽnale cæſari conſtituit: & theatrũ in hieroſolymis cõdidit:
rurſum in cãpo maximo amphitheatrũ: utraq; cõſpicua: moribus uero iudaicis aliena.
Siqdẽ uſus aut apparatio taliũ nequaq̃ tradita fuerat. Celebrationẽ qdẽ illã clariſſimã
ꝑ quinquẽniũ conſtruebat: nunciãs finitimis: & conuocans ab oĩ gente athletas: & oĩa
certamina & de tota terra inuitabat: ut ſpe ꝓpoſitoꝝ ꝑmiorũ & uictoriæ gloria conue
nirent. Igiᵗ collecti ſunt capitales artifices: non tantũ hii q exercitationibus corporis ꝑ-
ualerent: ſed & muſica ꝑcellentes: quos timelicos uocant: ꝓponens maxima uictoriȩ ꝑ-
mia: oẽſq; nobiliſſimos ad cõflictionẽ cõuenire uocitabat. Cõſtituit quoq; quadriiugis
& biiugis: & unius æqui curſui nõ parua dona: & oĩa q̃ munificentia uel decore apud ſin
gulos ꝑfulgebant: uolẽs habere clariora: ſpectaculũ liberalitate cõpoſuit: theatrũ uero
circa cæſaris imagines habebat: & trophea gentiũ quas bellando ille deuicerat: auro ſci
licet uel argento puro cũctis inſtructis: & neq; de ueſte neq; de uaſis: aut lapidibus ꝑcio
ſiſſimũ aliqd defuerat: quod nõ certantibus offerebat. Apparatus ẽt ferarũ fuit. Nã leo
nibus multis cõgregatis: & aliiſque eminerẽt ferocitate: & raro ueniunᵗ: quorũ inter ſe
altercationes & pugnȩ cõtra hoĩes excogitabanᵗ: peregrinis qdẽ ammiratio ſumptuũ
& delectatio ſpectaculi uidebaᵗ: ꝓuincialibus aũt euidentiſſima ſolutio morũ: q apud
nos coluntᵗ. Impiũ enĩ eſt: feris hoĩes ꝓ hoĩum ſpectaculo ſubdere: iniquũ ẽt peregrinis
moribus ſolita permutare: ſup oĩa uero cõtriſtabant eos trophea: dũ putarent imagines
eſſe armis obſitas: quia non patriũ illis fuerat talia colere. Quod nec herodẽ latebat: q
uiolentiã qdẽ eis inferre oportunũ nõ putauit: loquebaᵗ aũt & conſolabaᵗ ut ſuperſti-
tionẽ eorũ auferret: ſed nullatenus ꝑſuadebat: dũ grauiter illi tuliſſent ea quæ uidebant
ſoluta lege committi. Illi uero unanimiter clamabant dicentes. Licet oĩa exiſtimemus
tolerabilia: tamen hominũ imagines uel trophea non eſſe patriũ in ciuitate admitti ꝓſi
temur. Herodes autẽ turbatus & intelligens non facile eos reſiſtentes deuinci ſine ſola
tio: accerſit quoſdã primos eorũ ad theatrũ: & oſtendes trophea conſuluit quid illis hæc
uiderenᵗ. Qui cũ clamaſſent hoĩum imagines: prȩcipiens auferri ornatũ impoſitũ: oſtẽ
dit ligna nuda: quȩ ſtatim ſpoliata riſum plurimũ ſpectantibus incuſſerunt. Tali modo
multitudinis ĩpetũ mitigauit herodes: ut iã plurimi mutati nõ offenderenᵗ. Quidã uero
ꝑmanebant in difficultatibus ſuis: q̃ ſolita minime contuebanᵗ: & putabant initium
patriis legibus deſtruendis. Vnde optimũ exiſtimauerunt magis pericula pati quã mu
tatã rempublicã negligi: dũ Herodẽ ꝓſpicerent uiolenter introducere quæ non ſolita
fuiſſent: & uerbo qdẽ regẽ: operibus aũt hoſtẽ oĩum demonſtraret. Vnde cõiurauerunt
omne ꝑiculũ ſe ſubire decem ciues: & gladios ſub ueſtimẽto portabant. Inter quos fuit
qdã oculis captus: qui per indignationem eorũ quæ audiebat fieri: ſe ipſum pati quȩ &
illi firmabat: qui nõ mediocrẽ eis impetũ in conatibus periculoſis immiſit. Quod con-
ſiliũ cũ deliberaſſent: ex compoſito ad theatrũ pergebant: ſperantes non poſſe Herodẽ
fugere: ſi ſubito eũ inuaderent. Cũq; parati cũ audacia ꝓperarent: unus eorũ qui perſcru
tantes ſingula renunciabant regi: eorum conſpirationem intelligens: parato regi thea-
trum ingredi indicauit. Qui cõfeſtim ſciens odiũ quod plures in eum habuiſſent: & ſedi
tiones quotidianas: diſcedens ad aulam: nominatim accuſatos uocauit. Qui cum a mi-
niſtris euidenter capti fuiſſent: ſcientes q̃ non euitarent periculũ ornauerunt neceſſariũ
uitæ finẽ: nullam deponentes animi ſui fiduciam. Nec enim negauerunt actum ſed &
demonſtrauerunt gladios: confeſſiq; ſunt bene: & pie coniurationẽ ſe feciſſe: lucri quidẽ
nullius cauſa neq; pro ſuis doloribus: ſed pro cõmunibus cauſis: quas ſeruare: aut ꝓ his
mori cunctis dignũ uidereᵗ. Talia quidẽ illi de uoluntate inſidiarũ fiducialiter ꝓlocuti
a regalibus miniſtris circũſepti ducebantur: oẽmq; pœnam paſſi perimunᵗ. Non mul

toplus cũ

toplus eũ qui talia nunciauit odio quidá rapientes non tantũ interfecerunt:ſed & mem-
bratim dilacerantes: canibus appoſuerunt. Videbát aũt multi ciuium q̃ ſiebát:& nemo
nunciauit: uſquequo Herodi acerbiorẽ & certiorẽ facienti inquiſitionẽ quędá mulieres
torte confeſſi ſunt:quæ hæc uidiſſent. Herodes uero eos q facinus commiſerunt ſimul
cum tota domo perimit. Concurſus uero & audacia populi quam pro legibus habebant:
non remiſſiorem faciebát herodem:ſed multo potius cautiorẽ qui ſtatuit undiq; ſeſe mu
nire:ut ſiq nouis rebus ſtuderẽt: manifeſta fieret eorũ cõſpiratio:dũ ciuitas ab aula qua
conuerſabat̃:& a templi cuſtodia tutaret̃ quę antonia dicebatur. Samariá quoq; deli-
berauit muris circundare: quá mutato nomine ſebaſtiá appellauit putans ẽt prodeſſe
prouinciæ locũ munire qui de hieroſolymis aberat unius diei uia:& olim uocabat̃ ſtra-
tonis turris ẽt eũ conſtructũ cæſariá nominauit: & in maximo campo electos equites
deputans:locum ædificauit:qui in galilea gaba uocatur: & trans fluuium ſebonitidẽ.
Hæc ergo paulatim ſemp̃ pro tutela ſua molitus perfecerat: circundans cuſtodiis totá
gentem ut nequaq̃ poteſtatem haberet ſeditiones promptas agere:quibus paruo motu
facto frequenter utebant̃:nec laterent ſi mouerent̃: aſſiſtentibus ſemp̃ in proximo qui
cognoſcerent:& multos quidẽ auxiliatores ſuos plures aũt ex finitimis inhabitare illic
fecit:dũ munificentia ductus tẽplũ cõſtrueret:quo ſimile prius nec in nobiliſſimis ciui-
tatibus exiſtebat:quod magis pro tutela ſua conſtruens:in honore auguſti cæſaris ſeba
ſten appellauit:& ꝓuinciæ partẽ meliorem quę ꝓpe fuerat diſtribuit habitatoribus:ut
prono aĩo conuenientes in ea conuerſarent̃:muroq; firmiſſimo circundans altiora loca:
cuſtodiis cõmuniuit:ne magnitudine minor eẽt maximis ciuitatibus. Ná uiginti ſtadia
habuit intus: in medio uero mẽſura unius & ſemis ſtadii locũ ſtatuit undiq; decoratũ.
In quo tẽplũ altitudine uel publica pulchritudine excellens ędificauit: paulatimq; totá
ciuitatem exornans: munitioni quoq; proſpexit eius:cuius pulchritudinem ob memo-
riá poſteris uoluit ſuę relinquere largitatis. Cap.X.

Odem tp̃e tertiodecimo anno regis herodis inſtante:magnę calamitates prouin
e ciá occupauerunt:ſiue de ultione:ſeu caſu ſic occurrente. Siquidẽ prius gelu ꝑcuſ
ſa terra: fructus nullatenus inferebat:pręterea & ciues per inopiá frumenti mor
bus & paſſio peſtifera poſſidebat. Qui continue malorum diuerſitate compræhenſi:dũ
ĩdigerent cura uel alimentis: plures peſte moriebantur:morbus ita pereuntium & ui-
uentiũ ſolacia auferebat. Nam corruptis frugibus terræ:horreiſq; exhauſtis: nulla ſpes
alimentorũ ꝓpter peſtilẽtię malũ ullatenus ſpectabat̃. Neceſſitas ergo plurima inopię
nõ minus ipſi regi quá populo imminebat. Siqdẽ uectigalia q̃ de terra ſolitus erat acci
pere:minime colligere pręualebat:& pecunias cõſumpſerat: largiſſime ciuitates ędificá
do:nec erat quod dignũ auxilio uideret̃. Interea deliberabat tẽpori cõferre p̃ſidiũ quod
difficillimũ fuerat:dũ nec uicini habuiſſent unde alimenta pręberẽt:qa nec ipſi leuiora
toleraſſent:& pecuniis deficientibus licet potuiſſent pauca plurimis cõparare: bene tñ
arbitratus:nequaq̃ auxiliũ negligere:ornatũ regium incidit:neq; præcioſiſſimis uaſis:
neq; artificio p̃cellentiſſimis parcens. Mittebat aũt pecuniá ad ęgyptũ Petronio p̃ſidi
a cęſare cõſtituto:& cũ non pauci ad eũ cõfugiſſent ꝓpter eandẽ neceſſitatẽ:& amicus
Herodis priuatim exiſteret:uolẽs ſubiectis eius ſubuenire primis ipſis deportare triticũ
conceſſit:p oĩa eos & in emptione & in nauigatiõe releuans:ut maxima pars ipſe huius
auxilii fieret. Ná Herodes his deportatis:non tantũ ſuas inhorrere ſe prius habẽtiũ mu
tauit:imo maximá oſtentationẽ ſui fauoris & patrocinii lucidauit. Siquidẽ primum his
quantũ potuiſſent p ſe panificare triticũ diuiſit. Pręterea multis exiſtentibus qui ſenio
uel altera infirmitate tenti non ſufficerent alimenta ſibi præparare:prouidebat eis con

ſtruendo piſtores q paratos panes uenderent. Diligentiā aūt ne cū periculo hiemarēt habuit cū cōprehendiſſet eos ēt ueſtiū inopia. Nā corruptis & oīno conſumptis pecoribus: neq; lanę: neq; alioꝝ ueſtimentoꝝ copiā habuerūt. Quę cū iā ꝓcuraſſet: & ciuitatibus finitimis conabat̄ ꝓdeſſe ſemina ſyris p̄bendo. Quod multū ēt ei ꝓfuit dū gratiā exinde ſibi acq̄ſiſſet. Terra eni poſt hæc fructus ſuos uberius oſtēdente: non minus quinquaginta milia hoīum quos ipſe pauerat ad ꝓpria deſtinauit. Cū hoc modo calamitatibus oppreſſum regnū oī munificētia uel īduſtria recuperaſſet: non parū & in circuitu finitimos ſimilibus paſſionibus afflictos releuauit. Nā non fuit q per neceſſitatem ad eū ueniens: nō eius auxiliū inueniret ſecundū ſuam dignitatē. Sed & populi: uel ciuitates & priuati ad eū confugientes ſolaciū ipetrarunt: in tantū ut æſtimaretur indigentibus extraneis plus decē milia tritici choros expēdiſſe. Chorus aūt habebat modia attica decē. In ip̄o uero regno ſuo .lxx. milia expēdit. Hāc eius diligētiā & ſolicitudinē apud iudeos tñ cōtigit p̄ualere & diuulgari apud alios: ut antiqua in eum odia cōmota ꝑ p̄uaricationibus legū: p quas ēt regno totius gentis pene priuari putaret̄: liberalitate ſua ꝓrſus extingueret: animi ſui magnificētiā præter opinionē demonſtrans: populū āt intantū mutauit: ut talē eum arbitrarentur: nō qualē experti ſunt dudū: ſed qualē in neceſſitatibus ꝓbauerūt. Eodē tpe & auxilia cęſari quingentos electos ſui corporis cuſtodes deſtinauit: quos elegiſeus gallus ad mare rubrū pduxit. Poſt hæc ad meliora rebus ſibi ꝓuenientibus palacia in ſuperiore ciuitate cōſtruxit: magnas exigens domos & ornatu p̄cioſiſſimas ut plures uiros ammiratione ſui capere potuiſſent: ſecundū menſurā aūt & appellatōes eis ipoſuit: nā una cęſaris: alia agrippæ uocabat̄. Deſiderio deīde cōmotus: cū nihil p̄poneret ſuæ libidini filiā ſymonis ſibi cōiunxit: q hieroſolymita filius buti cuiuſdā alexandriui ſacerdos īter nobiliſſimos cū filiā haberet optimā: & tūc in hieroſolyma noīata: huius pulchritudo aīum Herodis inflammauit & ne ſuſpicaret̄ uiolētia uel tyrānide hoc agere melius arbitratus eſt nuptiis puellam ducere. Ideoq; ſymonē dignū regia cognatione iudicās: dū ſuū deſideriū cōplere uellet per honores euexit: ſtatimq; Ieſum ſoabetis filiū a pricipatu ſacerdotii depoſuit: & ſymonē ordinauit: atq; affinitati ſuę cōiunxit. Cū uero nuptiæ pfectæ fuiſſent: ædificauit caſtellum in loco quo prius iudeos cū a principatu p antigonū pene decidiſſet, euicerat: quod eſt ab hieroſolymis ſexaginta ſtadiis natura munitū: ad ædificationē oportuniſſimū: inſtar collis manu factum: ut eēt in rotundo circuitio eius. Cōcludit̄ aūt ī circuitu turris: rectū habens ſcenaſum ducentis gradibus ędificatū: intus aūt domus regię p̄cioſiſſimę & ad munimē & ad ornatum ſimul effectæ. Circa initiū ergo collis habitacula conſtructiōis perſpicuę: & aquæductus fecit: nā nō ille locus ꝓprias habuit aquas: ſed longe pplurimis ſumptibus deductas. Circa campū uero ciuitas erat ędificata: quæ collē pro arce habebat. Cūq; oīa ei ſecundum ſpem eueniſſent: ſeditiones cōtra regnum nequaq̄ ſperauit oboriri duobus modis ſubiectos regens: timore quidem: q; eſſet ad pœnam non meritis diligentia uero q; in neceſſitatibus magnanimus appareret. Circundedit autem tutelam extrinſecus tanq̄ murum ſubiectis parans: nā & ciuitates extraneas diuerſarūq; regionū reges patriis muneribus ad amicitias ſuas flectebat. Vnde magnificentia ſua cęſarē: & romanoꝝ potētiſſimos placabat: tranſgrediēdo leges: dum tēpla erigeret ritui noſtro cōtraria. Nā nobis interdicta ſunt delubra uel figuras more paganoꝝ honorare: q̄ foras prouinciā iudæ ꝓ cæſaris fauore faciebat in ciuitatibus: pro quarum cōſtructiōe multas pecunias expēdebat. A ttendens uero prope mare locum oportunum ciuitati: q quondā ſtratonis turris dicebatur: non qualemcūq; urbem illic ſed lapide albo palatiiſq; præcioſiſſimis ciuitatē conſtruxit. Portum quoq; trāquillum magnitudine ſimilē pirco totūq; cōfugiū nauibus p̄-

beutẽ cõſtituit. Quæ ciuitas iacet in fœnice ſecũdũ pelagus ad ægyptũ inter ioppen: &
dora oppida maritima: q̄ ſtationẽ nauiũ difficilimã habent ꝓpter africi procellas. Cui
difficultati remediũ p̄ſtans: decripſit in circuitu portũ: q ſufficeret maximis claſſibus lo
cũ p̄bere refugii: lapides ingentes in altũ ulnis uigintiquinq; deponẽs: quorũ lõgitudo
xxv. pedũ erat: altitudo aũt nõ minus decẽ & octo: latiudo nouẽ: ſup quos turres diſpo
ſuit: quarũ maxima druſus nominaẽ a druſo cęſaris priuigno: oſtia uero portus cõtra aq
lonẽ extabãt: in medio aũt turris erat ſup quã tẽplum cæſaris poſitum nauigãtibus ap
parebat: habẽs ſtatuas: unã qdẽ romę: alterã ãt cęſaris. ciuitas uero cæſarea uocabatur:
quę ſubtus cloacas nõ miores ſuperioribus ędificiis habet: quarũ alię quidẽ modicę ſpa
tio nõ longo ad portũ & ad mare fundunt: una uero media eſt: omniũ receptaculũ pur-
gamentorũ: q̄ hymbribus & mari influente diluuntur. Edificauit etiam theatrum ab au
ſtrali latere portus: amphiteatrũ quoq; multa milia hominũ capiens: in conſpectu pela
gi cõſtruxit. Itaq; perfecta ciuitate: duodecio ãno: cũ nec ab re laſſaretur: neq; rex ſum-
ptibus deficeret: deliberauit filios ſuos romæ tranſmittere ad cęſarẽ: alexãdrũ uel ariſto
bolum. Qui cũ aſcendiſſent: & in domo pollionis: uiri nimis ſtrẽnui: & herodis amici cõ
uerſarentur, cæſar eos cum omni humanitate ſuſcepit: pollicitus licẽtiã herodi præſtare:
quẽ uellet ſibi ſucceſſorem relinquere: inſup & prouinciã draconẽ & bataniam uel aura
nitẽ ei cõceſſit: hmõi occaſione. Zenodorus quidam cõductor domus liſaniæ fuit. cui dũ
reditus non ſufficerent: de latrociniis ꝑ traconẽ amplius acquirebat. Quæ loca habitãt
latrones damaſcenorũ prædã agentes. Hos zenodorus minime prohibebat propter cõ
munionẽ lucri. Cum ergo mala paterentur finitimi: uarronẽ tũc præſidẽ interpellabãt:
rogantes: ut cæſari patefaceret iniquitatẽ zenodori. Cęſar aũt delata ſuggeſtione reſcri-
pſit latrocinia exterminari: prouinciam autem deputari herodi: tanq̄ illius diligẽtia indi
gentẽ: qa difficillima domicilia & aquarũ receptacula: & depoſita frumenta habentes:
poſſent diu ſuſtinere pericula: mũiti ſpeluncis. Cũ hęc gratia cęſaris herodes accepiſſet:
ad ꝓuinciã traconẽ ꝑgens: maliuolos latrones oppreſſit: & in circuitu deſideratã pacem
oĩbus p̄buit. Zenodorus aũt contriſtatus: primũ ꝙ a magiſtratu depoſitus fuiſſet: ma
gis aũt inuidia: ꝙ præfectura herodi tradita eſſet: aſcẽdit romę accuſaturus eũ unde ni-
hil agens reuerſus eſt. Interea agrippę ſucceſſori cęſaris trans ioniũ miſſo: circa mitilenẽ
locuturus herodes occurrit: priſtinaq; amicitia renouata rediit ad iudeã. Gadatenſiũ ãt
quidã ad agrippã peruenerũt accuſantes herodẽ: quos ille nullo reſponſo dato: ligatos
regi trãſmiſit. Arabes quoq; iã dudũ infeſti pricipatui herodis: ſeditionẽ conabantur re-
bus eius inferre occaſione hmõi nata. Zenodorus enĩ cũ iã de ſe d ffideret: præfecturæ
talia uerba ꝓducere: ſed inſidias & uenena imittere filio ꝑ mea ꝑditione feſtinaſti. Quis
enim alter niſi bonitate dei retentus quã hic puer in ſe habet: portare potuiſſet in patrẽ
non uindicare tã crudelẽ opinionẽ. Primus enĩ gladiũ in dextra: quã hoc uerbum in aĩo
eius debebas imittere cõtra patrẽ. Quid aũt canis male loquendo de me: niſi ut eorum
fauorẽ fraudibus tibi concilies. Nã talia dixiſti: q̃ tuæ tantũ impietati fuiſſet cogitanda.
Abſcede iã peſſime circa fratrẽ ac benefactorẽ: & tecũ qdẽ hæc malitia conſcientię cõui
uat. Ego uero uindico ſicut ſoleo in meos: nec uindicans merito in eis: ſed magis benefi
ciis exornans: qbus indigni eſſe noſcunt̃. Talia qdẽ rex. Ferora ſtatim meſtitia plenus:
Salomen inqt hęc pſuaſit: & ab illa ſermões audiui. Quę mox ut audiuit nã p̃ſens erat:
exclamauit: ꝙ nihil tale ab ipſa dictũ fuiſſet: & ꝙ feſtinarent oẽs ad odiũ regis eã ꝑduce
re: cunctiſqꝫ modis eã occidere: ꝓpter fidẽ quã erga eũ ſemp habere cognoſcerent in p̃-
ſenti ſibi inſidiari: qa ſola reflecteret fratrẽ: ne uxorem quã nunc haberet repudiaret: re-
giſqꝫ filiã in matrimonio ſibi cõiungeret. Quapropter me falſis inqt accuſationibus eſt
aggreſſus. Cũ hæc dixiſſet: crines ſuos dilacerans: & pectora manibus tundẽs uerisimi
lis ad negationẽ eſſe cõſtabat: maliuolentia uero morũ: diſſimulationem redarguebat.
Feroras aũt in medio reſtitit: nullã habẽs ſatiſſactionẽ. Nã Alexãdro ſe dixiſſe cõfeſſus
eſt: audiſſe uero a Salome minime cõprobauit. Vnde diu cõfeſſione ſermonũ inter eos
facta: rex fratrẽ uel ſororẽ auerſatus: filiũ ꝓ conſtantia laudauit: ꝙ ſibi ſermones feroræ
nunciaſſet: Hac lite facta. Salome ut accuſationis cõmotæ caput oium odio tenebat̃:
quã uxores regis ut maliuolã abhorrebant: ꝙ natura malignã eã cognoſcerent. Occa-
ſione ergo data. ſemp eã accuſabant Herodi: quarũ fiducia ex hmõi cã magis accreuit.
Rex arabũ oriadas nomine naturaliter regnis & regni negociis pene inefficax: habe-
bat diſpenſatorẽ regni ſui aſtutũ iuuenẽ: & in oibus nimis ornatum: cuius edictioni oĩs

arabia ſubiacebat.Is pro cā quadā cū ad Herodē perueniſſet:& coenaret cū rege:uidit
Salomē:& deſiderio eius captus eſt:audiens pſertim q̄ uidua eſſet:amplius inflamma
tus loq̄tur de nuptiis eius.Salome uero male tūc a fratre tractata:iuueniſq̧ accenſa deco
re:libenter conſentit ad nuptias.Et cū rurſus ad coenā conueniſſent:monſtrabant non
mediocria ſigna cupidinis eorū.Quæ mulieres regi nunciauerunt:deridētes īpudentiā
illius.Herodes uero cū ferorā interrogaſſet & obſeruare pcepiſſet in coena qd illi face
rent inter ſe,nunciauit ei q̄ nutibus uel oculis nō laterēt de ſuo pudore.poſt hæc arabs
qdē in ſuſpitionē ueniens receſſit.Cūq̧ tribus mēſibus remoratus eſſet:rurſus rediit ad
huc ipm ſermonē Herodi facturus:poſtulans dari ſibi matrimoniali iure Salomen:dū
nō incōmoda ei foret affinitas eius:cū arabū principatu:quē iā ſibi nunc adeſſe:magis
uero futurum ex plano credebat.Cūq̧ hūc Herodes ſermonē ſorori retuliſſet interro
gans:ſi ad nuptias cōſentiret:illa ſine mora cōſenſit.Tū illū quoq̧ inquirit:ſi uellet in
ſcribi legibus iudeorū & circuncidi:eo q̄ aliter non poſſet Salomę poenitus ſibi iungi,
Ille reſpondit:nullatenus iſta cōſentire:quia ſi actū fuerit:ſe ab arabis nō ſolū regno:ſed
& uita priuari.Quo dicto receſſit.Salomen aūt ex illo die ferorās iā de luxuria criminari
coepit:nec tñ tantū quantū regis uxores:quæ dicerent eam adulteria cōmiſiſſe.Puellā
nāq̧ quā fratri ſuo ferorę rex deſponſauerat:ipſe qdem non accepit uictus amore:ſicut
pdiximus:uxoris abſentis.Salome aūt rogabat filio ſuo decuſtobaro nato eā cōiunge
re:& diſuadet rex a ferora:dū adoleſcentē ſuſpectū haberet ꝓpter patris interitū:iuſtius
aūt eſſe:ut duceret eā filius ſuus:q magiſtratus tetrarchiæ ſucceſſor extabat.Cūq̧ prio
re pacto ſoluta puella duceret a filio ferore:pſtitit rex dotē centūtalenta.Itaq̧ diſſenſio
nes familiares nō ceſſabant:ſed maiores ei turbę creſcebant:& incidit tale aliqd ex cau
ſa nō honeſta:& citius ad difficultatē uſq̧ ꝓceſſit.Fuerūt enī eunuchi regi propter pul
chritudinē nō mediocriter acceptabiles:quorū unus pincerna:alter infertor:alter uero
lectuli regis creditarius qui & cōſilio eius intereāt.De qbus nunciauit qdā regi:q̄ hii ab
alexandro multis pecuniis corrupti eſſent.Qui requirenti regi de facta qdē cōmunione
uel pmixtione cōfeſſi ſunt:aliud uero nihil acerbū ſcire de patre dixerunt.Cunq̧ magis
torquerent:& in neceſſitatibus eſſent:ſemperq̧ miniſtri atroces in eos inſiſterēt ad gra
tiā antiparri:hoc cōfeſſi ſunt:quod odiū circa patrē & inimicitias Alexāder haberet:&
perſuaderet eis Herodē ſpernere:uelut ſuperfluū:& cooperientē ſenectutis ſuæ tpa:dū
annos ætatis celaret:& ad ſe iā recipire:tāq̄ regnū habētē inuito patre:& quod alii nul
latenus ſed ſibi citius primus locus uenturus eſſet:non ꝓpter genus tantū:ſed pparatio
nibus patratā ei dominationē eſſe qa plures ex ducibus & amicis ſecū haberet:q cūcta
p ſe pati uel facere eſſent parati.Hęc cū Herodes audiſſet:totus in furore metuq̧ tra
ctus:ea q̄ ad contumeliā dicta cognouit moleſte tulit.Aliā uero ſuſpitionē periculoſam
ſuſcepit.Vnde ex utriſq̧ incitatus timebat:ne p ueritate cōflata fuiſſet in eū coniuratio
fortior priore:& cuſtodias undiq̧ cōmuniens:ſecrete queſtionē fecit.Speculatores aūt
eis de qbus ſuſpicabatur oppoſuit:& dū in opinione uel odio cunctos haberet:arbitriū
p tutela concipiens:multū cōtra inſontes acerbus factus eſt.Sed magis ac magis uali
di uidebantur ei & terribiles:quos non frequenter nominabat:ꝓpter inſolitā cōuerſatio
nē:& ſi forte uocaſſet:ſtatim de interitu ſuo ſecuri nō erant.Poſtea uero oēs propinqui
dū nihil habuiſſent firmū ad ſpē ſuæ ſalutis:contra ſe conuerſi exiſtimabant utile:ſiqs
anticipans aliū accuſaſſet:& hoc ſibi ſalutē poſſe cōferre:ſi ſuis facinoribus alios onera
rent & eo cadebant in quo cæteros inſidiabātur imittere.Nā regis penitentia ne filios
occideret q̄ non manifeſte peccaſſent intercedebat:ipſi uero quod peius eſt non deſiſte
bant ſimilia cōmittere:ſed ad poenā currebant parem:dū ulciſcerētur in eos q prius eos

accuſaſſent. Talis ergo cũ fuiſſet in aula turbatio: multis amicis rex palaciũ interdixit.
Quã interdictionẽ maxime cõſtituit his: q̃ fidutiã potiorẽ habebant. Siqdẽ Androma
chũ & Gemellũ uiros ab initio amiciſſimos: q̃ multũ in republica eius legationibus &
conſiliis domeſticis ꝓfuerunt: eiuſq; filios docuerant: & q̃ præ filiis primũ fiduciæ locũ
haberẽt recuſauit ſuſcipere: Andromachũ qdẽ: q; filius eius Demetrius amicus Alexan
dri eſſet: Gemellũ uero fidelẽ illi ſciens: qa & in conuiuiis & in ſtudiis romæ cũ ipſo de-
gebat. Quos honeſte qdẽ expulit ne indecens aliqd contra uiros nobiliſſimos conſti-
tuere uideretur: ſed caute agens: fiduciã eorũ cũ honore amputauit: ne ꝑ potentiã aliqd
in eũ cõmitterent. Horũ aũt oium malorũ auctor erat antipater: qui patris inconſtantiã
intellexerat: cũ iã dudũ ei conſediſſet. Vnde magis ſuadere uidebatur: ut auferetur unuſ
quiſq; potentiũ. Tunc ergo rex Andromacho cũ cęteris expulſo de colloquio uel fidu
cia: reliquos fideliſſimos Alexandri cũ tormentis interrogabat: ut ſiqd contra ſe cõflatũ
ſcirent, edicerent. Eqdẽ moriebant̃ dũ nõ haberent quod dicerẽt. Ille uero cõſumebat̃:
qa tales quales exiſtimabat nõ inueniebat. Callidus aũt antipater: q; ex ueritate ad cõ-
ſtantiã & fidẽ deducere nõ ualebat: plus incitabat requirendo a pluribus latentẽ coniu
rationẽ. Proinde cũ aliqui ex pluribus retuliſſent: q; cognoſcerẽt adoleſcentẽ cũ laudare
tur corporis ſui magnitudo: uel ſagittãdi peritia: cũq; alia quę ad uirtutẽ ſup oẽs haberet:
hæc ſibi dixiſſe potius bona naturę officere: dũ pater inuideret: & iccirco ambulãdo cũ
eo ſeſe humiliare: ne longior appareret: in uenationibus uero cũ ſagittarẽt illo ꝑſente nõ
recte iaculari ꝓpter genitoris inuidiã: quã de gloria ſua haberet. Cũq; uerbũ ſcrutaret̃:
& remiſſio poenarũ corporis interueniſſet: addebat: q; fratrẽ Ariſtobolũ conſciũ habe-
ret: ut in uenatione patrẽ ꝑimentes: ad romã cõfugerent: regnũq; peterẽt: repertas uero
& litteras adoleſcentis ad fratrẽ Ariſtobolũ: in q̃bus patrẽ accuſabat nõ iuſte feciſſe: dũ
terrã tribuiſſet antipatro ducentoꝝ talentorũ reditus. Quibus dictis putauit Herodes
uerũ exiſtere: quod de filiis ſuſpicabat̃: & ſtatim appræhendens Alexãdrũ ligauit. Dein
de uero remiſit ſuã atrocitatẽ: dũ nec q̃ audiſſet crederet: & ęſtimaret nihil dignum pro
inſidiis ex his cõflatũ apparuiſſe: ſed querela eſſet uel iuuenilis temeritas: & q; eũ mani
feſte interficientes romæ confugerent: non ueriſimile uidebat̃. Et maius aliquod ſperãs
inuenire iniquitatis filii ſignũ dicebat nõ ſibi placere temerarie filiũ colligaſſe. Torquẽs
aũt amicos nobiliſſimos Alexandri nõ paucos: nihil poenitus de q̃bus ſuſpicabat̃ con-
feſſos inuenit. Cũq; in hoc multus apparatus exiſteret: & terrore uel turba palaciũ ple-
nũ eſſet, unus qdã iuuenis: ut in neceſſitates ꝑuenit: romã dixit tranſmiſiſſe Alexandrũ
& petiſſe: ut citius euocaret̃ a cęſare: habere ſe manifeſte cãm ſuggerere contra patrẽ q;
regẽ parthorũ mitridatẽ contra romanos ſibi reconciliaſſet: addens qa uenenũ ẽt Ale
xander in Aſchalonæ ei paraſſet. Tũ Herodes hæc audiens: & credens q; ſolaciũ temeri
tatis inueniſſet: ſtatim de ueneno pręcepit inquiri quod tñ nullatenus potuit inuenire.
Magnitudinẽ ergo malorũ Alexander uolens cõfirmare: negare qdẽ diſtulit incitando
temeritatẽ patris ad multo maiora delicta: forſan aũt & ꝑ hoc amputare uolens foelici-
tatẽ eius q̃ in accuſationibus credendis habebat: tamen nullatenus obtinuit: dũ omne
regnũ cõcutere uoluiſſet. Siquidẽ litteras in quatuor libris deſtinauit dicens: q; nõ opor
teret torqueri quẽq̃: nec ulterius hoc ꝓcedere: qa reuera inſidię factæ eſſent: in quas cõiu
raſſe ferorã uel fideliſſimos amicos eius aſſerebat: ſalomen aũt noctu ſup ſe igreſſam: &
cũ inuito cõcubuiſſe: cũctoſq; ſimul illic cõtra eũ iure uenturos: q̃tenus eũ occidẽtes: ꝑ-
ficerent: quod ſemp in expectatione meditaſſent. Inter hos ẽt Ptholomeus & ſapinius
fideliſſimi regis accuſantur. Nã nihil aliud uidebat̃: quã ſi rabies quædã incidiſſet bel-
luaꝝ more: aut amiciſſimi cõtra ſe armarent̃. Iccirco nec ſatiſſactio ueritatis habebatur

ſed indiſcrete pditiones pnunciabanť.Cũq; aliqbus uincula:& aliis mortes:aliis uero
inſperatos dolores infligeret:turpiter regnũ a priore fœlicitate dehoneſtatũ eſt.Et ſæuiſ
ſima erat Herodi uita:dũ turbatus nemini crederet:magnũq; expectationis tormentũ
haberet:quod ſępius ſuperuẽturũ ſibi filiũ crederet.Itaq; noctu uel die turbatus: in furo
rẽ & inſaniã pœnæ lapſus eſt. Cap.XIII.

Rchelaus aũt rex cappadociæ:cũ hæc de herode audiſſet: territus pfilia:uel de
a adoleſcente cõtriſtatus:p tantis amici turbationibus in iudeã uenit:nec in contẽ
tu q̃ contigerat ponens diligenter prius cũcta percunctatus eſt:nec tñ in aliquo
quaſi culpans Herodẽ:q temerarie feciſſet aggreſſus:uerens ne p reconciliatione ad
furorem eũ pduceret: ſed aliũ ordinẽ tenens:emei:dare quæ acciderant cœpit.Nã iuue
ni interminabať:Herodẽ aũt mitẽ dicebat : dũ nihil temerarie feciſſet:matrimonium
quoq; filiæ ſoluere pmittens:& nec ipſi parcere:ſi in aliquo reperta illi conſcia nõ iudi
caſſet. Cũ talẽ pręter expectationẽ Herodes Archelaũ uidiſſet:& qa plus ipſo furorẽ
ſuũ demonſtraſſet:rex mutatus ab iracundia ſua:dũ putaret iuſte acta q̃ feciſſet: paula-
tim ad patris affectũ rediit.Miſericordia ergo inter utroſq; apparuit:cũ aliq p iuuene
ſatiſfeciſſent: & Herodes ab ira mutareť.Tũ Archelaũ ſimiliter increpantẽ attendens
petit ne nuptias ſolueret quod minatus eſſet:qa q̃uis parũ irę adhuc habebat in his quę
iuuenis cõmiſerat Archelaus tñ ut modeſtiorẽ eũ faceret:criminationes in amicos refe
rebat:dicens illorũ eſſe:quod iuuenẽ malignitate ſua corrumperent:fratremq; regis in
ſuſpitionẽ mittebat.Nã dũ Herodes iram cõtra ferorã habuiſſet: & ferora indigeret re-
gis recõciliatione:ſimulq; credens: quã cũ Archelaus flectere potuiſſet:acceſſit ad eum
cũ ueſte nigra petens:ut fratrẽ p eo peteret.Quẽ Archelaus nec ſpreuit:nec confeſtim
ſe Herodi ſuadere poſſe pmiſit:immo hortatus eſt ad regẽ eũ accedere : & ſupplicãdo
confiteri ſe oĩum malorũ auctorẽ extitiſſe:quia pdeſſent hæc ad eius indignationẽ miti
gandã pluſq̃ ſua ſuggeſtio.His flexus ferora q̃ inter ſe ambo conſtituerant:pter ſpẽ ado
leſcentis accuſationes abſoluit.Cũq; & ferorã Archelaus reconciliaſſet:ad cappadociã
reuertiť:gratus tãq̃ nemo alter illo tpe factus Herodi.Quapropter & muneribus eum
munificentiſſimis ornauit præ oĩbus magnifice: & inter neceſſarios amiciſſimũ arbitra
tus eſt.Conſtituit & romã proficiſci:quõ de his cæſaris ſcripta ſuſceperat.Et uſq; Antio
chiã eis ſimul eũtibus ſyriæ procuratorẽ ticiũ:inimicũ Archelai:ei Herodes amicũ fecit
Cũq; romæ fuiſſet:& inde reuertiť:factũ eſt bellũ inter ipm & arabas ex hmõi cã.Qui
traconẽ habitant regionẽ:quã Cęſar a Zenodoro tollens:Herodis prouincię addidit,
latrocinãdi licẽtiã nõ habebãt:ſed agrũ colere:uel ſub qete uiuere cogebanť:qd illis mi
nime cõmodũ erat: multaq; Herodi gloria p hac diligẽtia ſua ſurrexerat. Cap.XIIII.

Giť quãdo nauigauit romę:ut filiũ Alexandrũ accuſans:cæſari antipatrũ cõmẽ
i daret:fama uulgauit mortuũ eũ eſſe.Qua cõperta traconitide habitantes ſubtra
hentes ſe ab eius principatu:rurſuſq; ad ſolitũ reuerſi morẽ finitimos agros depo
pulabanť:cõtra quos egreſſi pcuratores regis:oẽs domuerũt.E qbus q̃draginta princi
pes latronũ cũ cognatiõe ſua a tracõe puincia ad arabiã receſſerũt:ſylleo ſuſcipiẽte eos
p eã ire quã habebat negatis nuptiis Salomæ.Quibus cũ locũ munitũ dediſſet:illi nõ
tantũ iudeã ſed & inferiorẽ ſyriã deprędabanť:refugia ſibi pſtante ſylleo. Cap.XV.

Erodes aũt roma reuertẽs:cõperit plurima regni ſui a latronibus male tractata:
b nec poſſe duces ſuos latrones cõpræhendere nec habere qualiter tutelã ſuã mu-
nirent: illis arabũ patrociniis ful Cũq; grauiter ferret:ipſe traconẽ pueniẽs fa-
miliares eorũ peremit.Vnde illi potius ad iracundiã incitati:legẽq; habentes ut in eos
uindicarent:q familiares eorũ occidiſſent,cũctã herodis terrã uexabãt:& deprædabãť.

Ille uero referebat hęc Cęſaris ducibus ſaturnino & uolūnio : uolens latrones ad pœnā
petere. Nā illi fortiores & plures facti: oīa pturbabant: affligendo regis Herodis; ꝓuin
ciā. & uillas deprędando: & captos homines interimendo: ut bello ſimilis eſſet uiolētia
quā faciebāt: nā iā plus mille extabant. Herodes aūt latrones quidē petebat: & debitū
quod p Sylleū mutuaſſent Obado talenta qngenta: iā conſtituto die tranſacto: in quo
ſtatutū fuerat pecunias reddi. Sylleus aūt obadū deſpiciēs: dū ipſe gubernaret: latrones
qdē denegauit p arabiā eſſe: de pecuniis uero differebat. Quapropter cognitiones corā
ſaturnino uel uolūnio ꝓcuratoribus ſyrię cōmittebantur. Qui ſtatuerūt intra triceſimū
diē Herodē pecūias debere recipe: & eos q de utroq; regno cōfugiſſent inuicē reddere.
Et apud Herodē qdē arabū nullus pœnitus eſt: nec p affectionem: nec alio mōtentus.
Arabes aūt paſſi ſunt latrones apud ſe teneri. Cūq; conſtitutus dies tranſiſſet: nec ſyl-
leus de quo ſtatuerat aliqd cōpoſuiſſet: romā abſcedit. Redditionē uero pecuniarū uel
latronū Herodes exequebatur. Cū ſaturninus & uolūnius pcepiſſet indeuotos pſequi:
exercitum aſſumens herodes: arabiā ingreſſus: tribus diebus ſeptē manſiōes fecit: Cūq;
ꝓpe caſtellū ubi latrones erant perueniſſet: cœpit qdē oēs eos inſidiis : euertit uero ca-
ſtellū quod Repta uocabat cū neminē penitus leſiſſet. Itaq; arabis ad auxiliū uēiētibus
cū nacebo duce pugna cōmittitur in qua pauci qdē Herodis naccbus autē dux arabū
cum uigintiquinq; ſuis ceciderūt: reliq uero ad fugā cōuerſi recedunt. Puniens aūt horū
rex tria milia circa traconē idumeoꝝ locauit exercitū: & latrones ibi cōſtitutos arcebat:
& de his ducibus circa fœnicem exiſtentibus mandauit demonſtrando: quia nihil am-
plius in indeuotos executus arabas quam oportebat egiſſet. Quæ illi quidem requiren
tes: inueniebant nequaq̄ mendacium eſſe. Cap. XVI.

Vncii uero Sylleo cum romæ geſta indicaſſent: & magis ſingula exaggeraſſent
n & ille in aula permaneret tūc iter cæſaris amicos ſtatim hęc audiēs : mutata ni-
gra ueſte ad cū ingreſſus: ſuggeſſit q bello cūcta arabia conflicta: totūq; regnū
cōmotum ab Herodis exercitu fuiſſet: & lachrymis fuſis: qngentos quidē cum duobus
milibus arabum primates piſſe dicebat: interfectū aūt & ducem eorū naccbū ꝓpinquū
& affinē ſibi: diuitias aūt reptis caſtello cōſtitutas depdaſſe: dum pro egritudine cōten-
tus obadus ei non ſuffeciſſet occurrere: quia nec ipſe nec exercitus arabum interfuiſſet.
Talia ſylleo dicente: & inuidioſe inſuper addēte: & nec ipſe rediret ad ꝓuinciam: niſi cre
deret: quia cęſar de pace oium cogitaret: neq; ſi pſens fuiſſet cōmodum eſſet cū Herode
bellum cōmittere: his dictis cæſar irritatus: pſentes herodis hoies percōtatus eſt: q tunc
a ſyria ueniſſent ſi exercitū Herodes ad Arabiā deduxiſſet. Qui cū ei hoc dicere cōpel-
lerentur nec cauſam facti ſuggererent ira cęſar cōmotus ſcripſit: Herodi cūcta quidem
grauia: ſumma uero epiſtolę huius erat. Olym amico nunc uero ſubiecto. Scripſit autē
de his ſylleus arabis. Qui releuati neq; latrones ad ſe fugientes reddiderūt: nec pecūias
reſtituerūt: ſed ēt & paſcua quę mercede tenebant minime ſolito reditu poſſidebant: iu
deorum rege cęſaris furore humiliato. Tunc quoq; traconitide habitantes cum arabis
aggreſſi cuſtodiam iudeorū: afflixerunt eos: non tantū pro ſua utilitate: ſed & memoria
prioris belli: per Herodem ſibimet irrogati. Quę rex ferebat perdita fiducia quā in cæ-
ſaris amicitiis habuerat: dum ſecūdo legationes ſuas ſatiffacturas pro culpis non ſuſce-
ptas cognoſceret. Eſtuabat etiam de ſylleo: cui credebatur a cęſare: qui pſens romæ co-
nabatur defuncto obado rege arabum in regnum ſuccedere: multis cęſari ꝓmiſſis pecu
niis: aliiſq; in aulę potentibus. Interea obado uicte: dinea: qui poſt arethe dictus eſt:
regnum arripuit. Cæſar autem arethę minabatur q regnare pręſumpſiſſet: priuſq̄ ſibi
de hoc ſcriberet. Ille uero cum donis multis Cęſari coronam auream multorum talen-
torū deſtinauit:

torũ deſtinauit:& æpiſtolã ꝑ quã ſylleũ criminabat᷑ ut maliuolũ ſeruũ:& obadũ ueneĩs
eius ꝑemptũ:uxoreſq; arabũ ab eo adulteratas: dũ cauſas reipublicæ rege uiuente gu-
bernaret:imo & ere alieno ſibi uellet ꝑ pecunias principatũ acquirere. Quibus nullate-
nus aĩo cęſar intendens:remiſit dona. Arabia uero uel iudea pluribus malis affligeban
tur:dũ regũ unus qdẽ qa nec dũ firmũ ĩperiũ habebat ꝑ̄datores nullatenus prohiberet:
Herodes aũt iratũ cęſarẽ ꝓ ſua uindicta uidens:oẽs illorũ iniquitates portare cogeba-
tur. Deinde tantis circũ inſtantibus malis:iudicauit iterũ romam tranſmittere:ſi poſſet
mediocriter ꝑ amicos cæſarẽ placare. Direxit aũt Nicolaũ damaſcenũ. Domus aũt eius
uel filii ſui multo peius illo tempore erant diſpoſiti: & licet ſine ſuſpitione nunquã fuiſ-
ſent:malũ tñ ex huiuſmodi cauſa præualuit. Cap. XVII.

Acedonius euricles:nobilis domi:malus autem animo luxurioſuſq; ad herodem
m ueniẽs multis donis eius fauorẽ cõparauit:ut inter neceſſarios amicos eius de-
putaret᷑. Qui manens apud antipatrũ:aditũ uel conſuetudinẽ cũ alexandro ha-
bebat. Nã archelai cappadoci ſeſe dicebat hoſpitẽ:& ideo per glaphirã ualde honora-
bat eũ:cunctiſq; blandiebat᷑. Semꝑ aũt dicta uel facta notabat: ut exinde poſſet accu-
ſationibus conſertis gratias Herodis conquirere:unde ſinguli exiſtimabant multũ ſibi
fidelem exiſtere. Quapropter Alexander ut adoleſcens & dolẽs de his quæ paſſus fuiſ
ſet, narrauit quam pater alienatus fuiſſet:& mater ſua interfecta ab eo periſſet:antipa-
trũ aũt ſibi præpoſuiſſet:quẽadmodum ille intolerabilia de eo patri dixiſſet:& ad odiũ
illũ incitaſſet:ut nec in conuiuiis cum nec conuentu dignaret᷑ adeſſe. Cũ uero talia do-
lens defleuiſſet:ſtatim euricles antipatro oĩa nunciauit dicens. Non pro mea utilitate
tibi hęc nuncio:ſed tuis iam uictus honoribus & rei magnitudine:pręcipio cauere Ale-
xandrũ. Nã hæc non ſine dolore dicens:ineſſe ſuis uerbis audaciã demonſtrabat. Igit᷑
antipater cũ eũ ſibi fidelem eſſe exiſtimaſſet:magnas ei donationes optulit:& deinde
flectit herodi eadẽ explanare. Qui non ſicut ab Alexandro audiuerat intimauit:ſed uer
bis ſuis aliquã ueritatẽ accuſationi addens:animum regis immutabili odio filiorũ com
pleuit. Quia a rege donationem quinquagninta talentorum accipiens ad archelaum re
gẽ cappadocię profectus:Alexandrũ modeſtum:uel bonum referebat:multũq; labo-
raſſet quatenus eũ recõciliaret patri. Quapropter ab illo quoq; multa dona ſuſcipiens
receſſit. Qui nec in lacedemõia talia facere deſiſtẽs:multis iniquitatibus ĩmerſus:patria
priuatus exceſſit. Rex aũt iudeorũ non ſicut prius contra Alexandrũ uel Ariſtobolum
tantũmodo accuſationes audiebat:ſed & ſi nullus aliqd ei nunciaſſet:ipſe perſcrutabat᷑
licentiamq; dedit uolentibus quiddam contra eos referre. Tũ uero euaredum quendam
licet uellet tamẽ non libenter accuſantẽ audiuit:qa & ipſum ut conſcium abhorrebat.
Superuenit autẽ contra adoleſcentes aliquid peius dũ omnes ꝑ̄miorũ promiſſione dice
rentur:aliquid acerbum contra hos nunciare:& tãq̃ pro ſalute regis dicentes:etiam fal-
ſa ſuggerebant. Duo enim fuerunt Herodi fortitudine uel magnitudine corporis præ-
cellẽtes: iocũdus & tyrannus noie. Qui cũ offendiſſent regẽ expulſi:Alexandrũ ſecuti
in exercitationibus ab eo honorabant᷑:pecuniaſq; & donatiões accipiebant. Quorũ ſta
tim rex in ſuſpitione ductus:torquebat eos. Qui cũ multo tꝑe ſuſtentaſſent: poſt uicti
dicebant: ꝙ eis ſuaſiſſet Alexander Herodẽ in uenatõe feras ſequentẽ ab equo deiicere:
ut ita facile cũ ĩ ſuis ꝓfoderent. Quod olim ei contigebat. Demonſtrauerunt ẽt aurũ in
oppido celatũ:& ꝓ̄poſitũ uenationis conuincebant ꝙ ſibi tela regalia Alexandri iuſſio
nibus dediſſet. Poſt hæc princeps cuſtodię Alexandri oppidi apprẽhẽſus torquebat᷑:
quaſi uellet ſuſcipere cuſtodiã adoleſcentium: & præbere eis in caſtello poſitas regales
pecunias. Et ille quidem nihil tale confeſſus eſt:filius uero eius iſta facta fuiſſe dicebat:

litteraſq; porrexit: quaſi manu Alexandri factas: q̃ ita continebant. Cũ dei auxilio quę
propoſuimus oĩa confecta ſunt, Ergo ueniemus ad dos: ſed ſicut promiſiſtis in caſtello
nos ſuſcipite. Poſt hanc æpiſtolã: Herodes qdẽ de filiorum inſidiis credidit. Alexander
aũt dyoſantũ inquã ſcriptorẽ imitatũ ſuã manũ: & has ꝓpter antipatrũ litteras aſtute
ſcripſiſſe. Dioſantus eñi talis erat. Quapropter in hmõi & aliis rebus cõiunctis interiit.
Rex aũt cũ coram multitudinẽ ꝓduxiſſet in hierichunte filios & accuſatores eorũ: hos
qdẽ multi manu iaculantes interemerunt. Cũq; impetũ & ſuper Alexandrũ occidendũ
feciſſent, rex eos per Ptholomeũ & ferorã prohibuit. Cuſtodiebantur autẽ: ne qs ad eos
ingrederetur & ſpeculabant̃ ne quid facerẽt uel dicerẽt. Et quid amplius. Cum dãnato
rum infamia tenerent̃ horum unus Ariſtobolus: exiſtimas ſuã ſocrum cõdolere ſuis ca
lamitatibus: & regẽ in odio habere: & tu inqt periculo ꝑditiõis cõicas: dum accuſata de
nuptiis ſyllei cuncta putaris ꝓdere. Hęc aũt illa ſtatim fratri nũciauit. Qui nullatenus
ſeſe continens ligari eos & diſtractos ab inuicẽ quę male de patre ſenſiſſent: ſcripto por
rigere præcepit. Qui pręceptis coacti ſcribũt: iſidias quidẽ cõtra eum nec cogitaſſe nec
inſtruxiſſe: fugã uero meditatos: & hãc ꝓpter neceſſitatem: dũ in ſuſpitiõe uel difficul-
tate uitã ſuã haberent. Eodem tẽpore cum ab archelao de cappadocia legatus mela no
mine nobiliſſimus perueniſſet: Herodes uolens erga ſe perfidiã archelai manifeſtam fa
cere: uocauit Alexandrũ ſicut in uinculis erat: & rurſus cõſuluit de fuga qualiter: & ubi
ſtatuiſſet diſcedere: cũ Alexander ad Archelaũ dixiſſet: & ab eo ꝓmiſſum ſibi fuiſſe: ut
romę deſtinaretur: nihil uero aliud neq; importunũ: aut acerbũ in patrẽ cogitaſſe: nec
ea quæ per maliuolentiã aduerſariorũ cõficta eſſent uera exiſtere: ac uelle ſi adhuc tyrã
nus uideret: ut q̃ſtione cautiore facta ueritas appareret: ſed hunc citius periſſe: antipa-
tro per amicos populũ incitante. Cũ talia retuliſſet: iuſſit melam cum Alexandro ſimul
ad Glafirã duci: ut interrogaretur: ſiquid ea cognouiſſet de inſidiis in Herodẽ conſtru-
ctis. Qui cũ ueniſſent: ſtatim Glafira ligatũ Alexandrũ uidens: caput ſuũ percuſſit: &
ſtupefacta nimis ingemuit. Fuerunt aũt adoleſcentis & pręſentium lachrymę: & ſpecta
culũ dolore plenũ: nec diu potuerunt interrogare uel reſpondere. Dein multo poſt Pto-
lomeo q iuſſus erat eos perducere interrogante Glafirã: ſiqd de his q̃ fiebant cognoſce
ret: Alexander reſpõdit. Quid malũ hæc ignoraret q̃ aĩa mea plus mihi diligit̃: dum &
cões filios haberemus. At illa clamauit: ꝙ nihil cognoſceret importunũ: ſi tñ aliqd ſalu
ti eius ꝓdeſſet non recuſaret ẽt mentiendo cõfiteri. Alexander ãt nihil impiũ inqt: nec
quod pater ſuſpicabat̃: qa nullatenus hoc ipſe cogitaui. Tu uero mulier: qd aliud ſcis
niſi ꝙ ad archelaũ fugere deliberauimus: & exinde romã aſcendere. Eadẽ & illa cõfeſſa
eſt. Herodes aũt in archelaũ de ꝑfidia ſuſpitionẽ habuit: deditq; olympho & uolũnio lit
teras: ꝓcipiens eas tranſmittendo per Eleuſiam ciuitatẽ cilitiæ archelao tradere: culpãs
eũ ꝙ inſidiarum particeps cũ filiis ſuis eſſet: & exinde romã nauigarent: ubi ſi Nicolaũ
inuenirent aliquid ꝓfeciſſe: ne Cæſar in eadem difficultate permaneret: darent litteras
uel argumenta: quæ contra iuuenes conſtructa deſtinauerat. Archelaus autem litteras
accipiens: ſuſcipere ſe qdem adoleſcentes confeſſus eſt: qa prodeſſet eis uel patri: ne qd
per eius diſcordiã eueniret: ad Cæſarem autem tranſmittere: uel aliud perfidum contra
illum agere: nihil adoleſcentibus penitus ꝓmiſiſſe. Legati uero cum hæc audiſſent: &
romam perueniſſent: litteras porrexerunt: qa cæſarẽ placatũ inuenerunt. Nam de lega
tione Nicolai taliter euenit: ut hic ad aulã aſcendit: primum quidem non pro quo uene
rat: ſed ſylleũ accuſare deliberauit. Quod multi intelligentes: Nicolaũ adeuntes: iniqta
tes oẽs ſyllai nunciabant: & ꝙ multos obadi peremiſſet: Quorũ indicia manifeſta ex
litteris eius demonſtrabantur. Cap. XVIII.

n Icolaus fœlicitatē quādā ſibi exiſtimās oblatā: moliebaťꝑ accuſationē ſyllei cæ
ſarē Herodi reconciliare. Sciebat enī: qa ſi uellet ſatiſfacere de factis eius non ꝑ
mitteretᷣ: ſi uero ſylleū accuſaret: tp̄s ꝓ Herode dicēdi poſſet iuenire. Cōſtituto er
go die Nicolaus p̄ſentibus legatis arethę accuſabat ſylleū & cum ceteris addebat regis
multorūq; arabū ſimul īteritū: & pecūias quas mutuas accepiſſet ꝓ nullo reipublicę cō
modo: necnō & adulteria: nō tantū per arabiā: ſed ēt romanaꝝ mulierū. Addebat aūt:
quod acerbius cōcitaret regis aīum: nihil ueꝝ docuiſſe de factis herodis. Cūq; ad hūc lo
cū ꝑuēiſſet: cæſar qdē īterrogauit: ſi Herodes exercitū cōtra arabiā nō duxiſſet: nec duo
milia qngentos occidiſſet: nec captiuos traxiſſet: ꝓuinciāq; deuaſtaſſet. Ad quē Nico-
laus rn̄dit: ꝓ his magis ſe uelle ſuggerere: q̄ nihil: aut multo minus ut audierat factum
fuiſſet. Sed tu inqͣt ut iuſtus hæc atrociter eſtimaſti. Quod cū p̄ter opinionē cęſar audiſ-
ſet: & iuſſiſſet ut diceret: Nicolaus ſatiſfaciēdo: qngētoꝝ talētoꝝ cōſcriptionē ꝓduxit.
In qua cautū fuerat: licere herodi cōſtituto die trāſacto pecūiiſq; nō redditis totā arabiā
īuadere. Introductā uero ꝑ ꝓuīciā militiā: nō expeditionē dicebat: ſed multitudiīē ſuas
pecūias uolentē exigere nec cōſtituto die: ſed multo poſt ītroductā. De qua re cū ſępius
qui dē ſaturninū & uolūniū procuratores ſyriæ interpellaſſet: deinde corā illis in beritho
cū ſylleus ꝑ tuā fortunā iuraſſet: ītra triceſimū diē pecūias ſe p̄bere: necnō & eos q a re-
gno Herodis tranſfugiſſent: nihil horū eo faciēte: rurſus ad ꝓcuratores herodes ꝑuenit.
Cui cū p̄cepiſſent pignora ſumere: ſtatim ꝓuinciā cū ſuis ingreſſus q̄ iſti bellū dicit ad
inuidiā ꝓcuratorū tuorū q hoc fieri denūciauerunt ſecundū cōſcriptionum ſtatuta. Iſte
uero inqͣt non tantū deos: ſed & tuū numen ꝑiurans decepit. Reſtat mihi iam de capti
uis diſſerere. Latrones traconē habitantes: quadraginta primū: deinde multi tormenta
factoꝝ timētes: refugiū ſibi fecerūt arabiā: quos ſylleus cū ſuſcepiſſet: cōtra oēs hoīes ua
ſtabat terrā: quā eis habitādā: dēerat & lucra latrocinii cū eis ꝑtiebaťᷣ. Spopōdit āt ꝑ ea
dē ſacramenta & eos reddere: die quo ꝓmiſerat ſe debitū ſolutuꝝ. Quid ergo? Poteſtne
monſtrare in præſenti quēq̄ aliū ex arabum prouincia quā hos abſtractos quos refero:
nec cunctos ut ait: ſed q nequaq̄ latere potuerunt. Ita ergo. calumnia de captiuitate de-
clarata: maximū cęſar intellige mendaciū: & falſitatē ad tuā excitaudā irā ab iſto cōfi-
ctā. Nā cū ingreſſus arabiā noſter exercitus fuiſſet: & unus uel alter de ſociis herodis cō
cidiſſent: coactus reſiſtere: nacebū ducē eoꝝ cū uigintiquinq; proſtrauit. Quorū ꝓ uno
quoq; centū iſte referens: duo milia quingentos periſſe dixit. Hac oratione cęſar ꝑmo
tus: & ad ſylleū cōuerſus: furore plenus: interrogauit quanti arabū periſſent. Qui cōtur
batus: erraſſe ſe dixit. Deinde pacta debiti leguntᷣ: litteræq; imperatoꝝ & ciuitatū quæ
latrocinia criminabantᷣ. Mutatus ergo cæſar: ſylleum qdē mortis ſententia damnauit:
Herodi uero reconciliatᷣ: ſatiſfaciens: q̄ ex falſa criminatione atrociter ei ſcripſiſſet. Nā
ita ſylleo reſpondiſſe perhibetᷣ. Quis eſt iſte: qui me īpulit mendoſa ſuggeſtionē uirum
mihi amicū offendere. Sylleus qdē pecūias creditoribus redditurus & poſt puniendus
deſtinatur. Cæſar aūt adhuc iraſcebatur arethæ: qa principatū non ſuis p̄ceptis: ſed ꝓ-
pria p̄ſumptione cœpiſſet. Cogitabat ergo & arabiam Herodi tradere ſed impedierunt
litterę quas rex miſerat per olymphiū & uolūniū. Qui cū cęſarē audiſſent placatū: ſta-
tim præcepto herodis litteras uel probationes quas de filiis miſerat porrexerunt. Quas
cū cęſar legiſſet: principatū alium addere ſeni & male ſentiēti de filiis nō ęſtimauit. Vi-
dens ergo legatos arethæ: & īproperans q̄ temerare niſus eſſet nō ab ſe regnū accipere:
dona ſuſcepit: & principatū ei firmauit. Cap. XIX.

h Erodi uero ſcripſit: q̄ placatus ei fuiſſet & de filiis eius contriſtaretur: p̄cipiens ut
ſiqd acerbum contra eum pręſumpiſſent: perſequeretur tanq̄ in patris pręuarica

tores:nā hmōi ptātē ei dedit: ſi uero fugā tantummō cogitaſſent:ut ſproperans mitiga ret eos:ne aliqd crudele pagerent. Admonuit uero: ut cōcilio in beritho cōgregato:quo multi romani habitant:& ſimul iperatoribus ſyriæ & archelao rege cappadociæ:quantoſq; alios exiſtimare amicitiis eius uel honoribus clariſſimos:eorū ſentētiis quod oporteret ipleret. Herodes aūt cū litteræ ueniſſent:lętus ꝓ reconciliatiōe:& ꝙ ſibi poteſtas ſup filios fuiſſet cōceſſa:ſtatim accerſiit cunctos a cæſare cōſtitutos ad concilium: pter archelaū:quē ꝓpter offenſam noluit intereſſe:nequid uoluntati ſuę ipediret. Cunq; in beritho iperatores & alii cōueniſſēt:filios nō pmiſit ad cōciliū accedere:ſed in uilla quadā ſydoniorū paleſtū nomine iuxta ciuitatē reliqt:ut uocati ad conciliū præſentarent. Solus aūt ingreſſus.cl.uiris conſidentibus:accuſabat filios:& cauſa qdē non erat acerba:quantū ad ueritatis indicia:multū uero diſſimilis patris filios criminantis. Nam uiolenter perorabat:& approbatione cauſa turbabat:& maximi furoris uel ferocitatis ſigna monſtrabat. Defendebat etiā tanq̄ uera:quæ in odio filiorū dicta fuerant:& q̄ ipſe contra filios ſcripſerat legebat in qbus inſidiarū nulla cōſcriptio fuit:tantū uero ꝙ fugere cogitaſſent:& derogationes quædam:& obprobria ꝓpter odium quod in eos habebat. Quæ cū legiſſet:clamauit iurando:ꝙ melius uita priuaretur:quā talia uellet audire. Deinde cum dixiſſet:ꝙ & natura & cæſare concedēte poteſtatem haberet: addidit & patriam legem ſibi pręcipere:ſi quando parentes filios accuſarēt:& ſuper capita eorum manus ſuas imponerent: neceſſe populos circūſtantes eos lapidare:& huiuſmodi morte pimere:quam legem ipſam paratam in patria quidem uel in regno facere uoluiſſet:ſed expectare illorū iudicia:cognitores aūt inueniſſe eos in manifeſtis filiorꝝ & non paruis criminibus:ut tempus habentes dignum:nullatenus deberēt negligere:ne aliis talia prouenirent. Cū hęc rex itaq; dixiſſet: nec adoleſcentes ad ſatiſſactionem tranſiſſent:uidentes iudices ꝙ modeſtiā uel reconciliationē minime aſſumeret rex:poteſtatē ei confirmauerunt. Et primus quidē ſaturninus:uir cōſularis:& in dignitatibus clariſſimus:mitē ſententiam ꝓtulit dicens. Damno filios Herodis interfici uero non iuſtum arbitror:qa & ipſe filios habeo:& regē puto ſic uelle:q̄uis infœlices filios ſe habere conſentiat. Poſt quē ſaturnini filii tres qui erant ligati:ſententiā eandē cū patre ꝓtulerunt. Volumnius aūt econtra morte puniendos filios herodis reſpōdit:ita circa patrē iniquos inuentos. Eadē cū plures dixiſſent:ut nihil ambiguū eſſet quo minus itelligeret morte damnatos adoleſcentes:ſtatim Herodes ad tyrum ꝑuenit:ducens miſeros adoleſcētes. Cūq; nicolaus ad eū roma delatus eēt:& prius ipſe ſentētias in beritho de filiis ꝓnūciatas audiſſet:herodes conſuluit qd amici eius de hoc romæ deliberaſſent. Ille ait. Quod & mihi uidet:ſcilicet impia eſſe q̄ illi de te ſenſerant:oportere uero ligatos & cuſtoditos cohercere:& ſiquid tibi aliud uiſum fuerit. Prouide tū:ne plus iracundia quam modeſtia uſus eſſe uidearis: Nam minime dimitti ſolutos puto: ne talia committant:quæ nullatenus poſſent corrigi. Multi ēt tuorum amicorum eadem romæ deliberauerunt. Herodes aūt cū tacuiſſet meſticia tentus:poſt iuſſit nicolaū ſecum nauigare. Moxq; ut ad cęſareā delatus eſt: rumor a populo de filiis eius euolabat:cunctis ſuſtinentibus ubi cā eueniret. Dū ſic periclitarent & doloribus eorū condolerent dicere aliqd palā:aut dicentē audire ſine piculo nō erat. Vnde miſericordiā cū dolore cōcluſam ſine uoce cōprimebant. Vnus aūt miles noie tyro:cū filio ſuo ęquęuo uel amico alexandri:cūcta q̄ alii timore tacita dolebant cū libertate loquebat: & ſepius clamabat inter multitudinē dicens: ꝙ piſſet ueritas:ꝙ iuſtitia ab hominibus receſſiſſet. Vigent inqt mendacia uel malignitas:eaq; tāq̄ nebulā humanis negociis intulerunt:ut maxime calamitates uel miſeria pro nihilo iudicentur. Cumq; talia ſepius exclamaſſet:licet non ſine diſcrimine: ueri

tas tñ oẽs mouebat. Quapropter ſinguli timẽtes ſe occultabãt: ſed hęc illũ dicentẽ libẽ
ter audiebãt. Qui cũ regẽ petiſſet: ut ſolus ſoli q̃ uellet ediceret: cõceſſumq; ei nõ fuiſſet:
nõ poſſum inq̃t rex cõtinere pro tali dolore fiduciam uel audaciam meam neceſſariam
q̃dẽ tibi & cõmodã: ſiquid utile uelis ab ea ſuſcipere: meæ uero tutelæ cõtrariã. Deinde
ſubſecutus ait. Quo tua mens ſagaciſſima receſſit: aut cur ſuperabũdans ſapiẽtia ſenſu
multat̃: quo plures uel maximos acq̃ſiſti triũphos. Quid eſt: q, cognati uel amici remo
rãtur petitiõibus tuã flectere pietatẽ: quos tibi minime iudico eſſe cognatos uel amicos
ſi deſpexerint tale ſcelus: in tuo beatiſſimo fieri principatu. Tu uero non præuides quid
eueniat ſi duos adoleſcẽtes ab uxore tibi regia creatos: & in oĩ ſummitate uirtutis præ-
cellentes occidis: teq; ſolũ in ſenectute relinquis: cũ uno filio male uitã tuã diſponẽte: &
cũ cognatis quos totiẽs iam morte damnaſti. Nõne cogitas: q, multitudo tacẽs crude
litatẽ tuã conſpicit & odit: exercitus quoq; cũctus & primatus eius miſericordiã q̃dem
de infœlicibus: odiũ uero in te hęc faciẽte cõcupiuit. Cũ hæc rex in initio nõ libẽter au-
diſſet: & cõmouiſſent eũ uerba tyronis: p quæ mãifeſte familiariũ pfidiã exprobrauerat
paulatim imẽſa & militari fiducia uſus tyro cõcidit: & turbatiõe cõpleuit herodẽ. Qui
cũ magis increpari q̃ admoneri ſe putaſſet: & q̃a milites eũ abhorrerẽt: & primatus eo-
rũ idignarent̃: p̃cepit noĩatos cunctos cũ tyrone ligatos ĩ cuſtodia detineri. Cũ hoc fa-
ctũ fuiſſet: & triphon q̃dã tonſor regis inuẽta occaſiõe regẽ adiſſet: ait. Suaſit mihi tyro
ſæpius dicẽs: ut regẽ tondens: guttur eius inciderẽ: nã inter primos apud Alexãdrũ po-
teris eſſe: magnaſq; donatiões ab eo accipere. Quæ cũ dixiſſet: eũ rex cõpræhẽdi p̃cepit
& tormẽtis tyronẽ: & eius filiũ: atq; tonſorẽ ſubdi. Cũq; tyro ita cõſiſteret: uidẽs filius
patrẽ ſuũ crudeliter laceratũ: nec habẽtẽ ſpẽ ſalutis: futurũq; ſibi iudicium ex tormẽtis
paratũ intelligẽs: ſe inq̃t ueritatẽ nunciare: ſi uerbo cõfirmaret tormẽta patris & ſua re-
mittere. Cũq; rex fidẽ dediſſet: dixit ſibi cõſtituiſſe tyronẽ manu ſua regẽ adire & occi-
dere ſi copia daret̃: ut ſolũ eũ inueniret: multaq; pati quatenus Alexãdro p̃ſtaret. Quę
cũ ille dixiſſet: patrẽ a neceſſitate ſoluit. Incertũ aũt eſt: utrũ hęc ueritate an neceſſitate
retulerit: ut aliquod perfugiũ in pręſentibus malis inueniret. Cap. XX.

Erodes aũt licet deliberaſſet iam dudũ filios ĩterimere: tũc tamen feſtinauit cru-
h delitati ſue finẽ imponere: & contionẽ producẽs: trecẽtos priores militũ reos fa-
ctos cũ tyrone filioq; eius: & accuſatore tonſore: criminabatur corã oĩbus. Et il-
los q̃dem multitudo peremit: Alexãder autem & Ariſtobolus in cæſaream tracti patre
p̃cipiente laqueo perimuntur. Corpora uero noctu Alexãdrium ponuntur quo matris
eorũ pater: pluresq; cognati: uel proaui poſiti eſſe uidebantur.

INCIPIT LIBER. XVII. ANTIQVITATIS IVDAICAE. CAP. I.

ANtipatro autem poſtq̃ fratrum extitit accuſator: & ĩ primis faci-
nus extreme ĩpietatis & crudelitatis impulſor: haud ſane ꝓ uoto
ſpes uitæ ſequẽtis apitur. Nã q̃uis amittendi regni metu fuerat li-
beratus: q, iam uidelicet illud cũ fratribus ſe cõmunicaturum fo-
re nõ cerneret: operoſius tamen & ambiguum regnũ ſibi fieri ma
gis magiſq; ſentiebat. Siquidem odium uniuerſe gentis aduerſus
illum erat exortũ. Fuit uero illi etiam hoc ualde contrarium: q, to
tam contriſtabat militiã: dum aduerſam ab ea gereret ptinus uoluntatẽ: in qua ꝓcul-
dubio oĩa regni mũimẽta cõſiſtũt: & maxime quotiẽs gentẽ aut populũ uniuerſum no
uarũ rerũ cupidine perturbari contingeret. Tantum etenim periculum ei fratrum pro-

curauit interitus. Verũtamẽ cũ patre pariter participaret regnãdi negociũ: nõ aliter quã
ſi rex ẽt ipſe cõſiſteret: amplioraq; ei negocia credebãtur: & unde pire debuiſſet: firmita
tẽ magis fauoris inuenerat: q; quaſi pro Herodis tutela fratrũ ſuorũ ꝑditor extitiſſet &
nõ inimicitia qua circa illos & circa patrẽ ipſum detinebatur. Talibus enim cũ mallo-
quiis induxerat. Quæ omnia machinationes erãt uiã cõſtituentes qua aduerſus Hero-
dem tenderet: ut antipater accuſatores non haberet de his quę patrare cogitabat: He-
rodes aũt omni refugio nudaret: non habens qui ſibi auxiliaret: cũ antipater hoſtis ma
nifeſtus exiſteret. Proinde odio paterno illas fratrũ inſidias perpetrabat. Pulſabat autẽ
amplius ut ab incepto non deſiſteret: q; cernebat moriẽte quidẽ Herode certe ſibi prin
cipatum eſſe uenturũ: prolixius aũt uiuente multa ſibi ſurrectura pericula: ſi eius facto
proderetur cuius extabat ipſe cõpoſitor: & quę ſi palã fieret hoſtem illi patrẽ cõpellebat
exiſtere. Propter quę ad donandũ erat largus & affluens: & ẽt eos qui circa patrẽ erant
lucris pulſabat ingentibus ut aduerſus eũ hoiũm odia concitarent: & maxie illos quos
romæ poſſidebat amicos miſſionibus magnorum muner; ſibi beniuolos comparabat.
Ante omnes autẽ ſaturninũ q tunc curã ſyriæ gerebat iducere magna ſpe incitabatur:
ſed etiã ſaturnini fratrem promereri feſtinabat. Ad hęc ſororem regis uiro inter primos
apud Herodẽ cõiunctã: ſuo modo utens: ad ſe uolebat attrahere. Erat quippe ad fingẽ
das amicitias colloquẽtibus ſecum callidus & ad odiũ diſſimulãdũ ualde credibilis: &
ad celãdũ ſemetipſum ſatis aſtutiſſimus. Nõ tamen decipe ualebat ſuã nutricẽ q̃ illum
iam ante abunde cognouerat: & ab eo falli nõ poterat. Sigdem omnibus eius factioni-
bus iam antea fuerat reluctata: ob morũ eius improbitatem: q̃uis eius filiã hẽret uxorẽ
prouidẽtia matris antipatri: & eius ipſius inſtãtia illã ſuſcipiens: quæ primo fuerat Ari
ſtoboli ſociata connubio. Nã alterã calleas filius uiri eius habebat uxorẽ ſed nullũ hoc
ei tutamen erat: quo minus eius intelligeretur iniquitas: ſicut nec prius cognatio quicq̃
obſtiterat: quominus odibilis haberetur. Interea Salome feſtinantẽ ſylleo arabo coniu
gi corporali libidine cõcitatã: Herodes cõpellit cũ alexa inire connubium cooperante
quoq; illi Iulia: & pſuadente Salome: ne illius renueret nuptias: ne inimicitiæ inter eos
maturius orirent. Iurabat qppe Herodes: nunq̃ ſe circa Salomẽ beniuolũ fore: niſi con
iugiũ alexę ſuſciperet: & obediret Iuliæ utpote cęſaris cõiugi: ad hæc ẽt utilia ſuadẽti. In
terim filiã archelai regis Herodes ad ſuũ deſtinat patrẽ: q̃ fuerat Alexãdro iugata: dotẽ
ẽt reſtituens: ut nullũ inter eos certamen oriret. Cap. II.

Pſe aũt enutriebat filior; filios diligenter admodum. Erant enim alexandro qui-
i dem ex glafira uirilis ſexus duo: ariſtobolo autẽ ex berenice ſalome filia maſculi
tres: puellę duę & ſæpius amicis pręſentibus coram ſe Herodes eos conſtituens
filiorum quoq; fortunam cauſamq; deplorans: orabat: ne tale quicq̃ filiorum filiis acci-
diſſet: ſed & cum uirtute creſcentibus uiciſſitudinem illi nutricationis & educationis
exoluerent. Deſponſabat autem eis maturo iam tempore decurrente maiori natu qui-
dem alexandri filiorum filiam ferorę: ariſtoboli uero filio filiã antipatri: filiam uero ari-
ſtoboli denominat antipatri filio alteram uero ex filiabus ariſtoboli herodi filio ſuo: fue
rat autem is regi natus ex filia pontificis. Paternus qppe mos erat: ut ſimul plures habe
remus uxores. Agebat aũt filiorũ deſponſationẽ rex mirã infantulorũ parentibus orba
torum: ad beniuolentiam eorũ p ſocietatẽ coniugalem antipatrũ prouocare deſiderãs.
Antipater aũt non ceſſabat circa infantulos ea uoluntate uerſari: q̃ circa fratres quoq;
fuerat agitatus. Incitabat aũt eum ſtudiũ patris quod circa infantulos gerebat: ſperans
eos maiores ac meliores ſuis fratribus fore: pręſertim cũ in uirilẽ ætatem prorumperent:
archelao etiam auxilium nepotibus præbituro: uiro in regni culmine conſtituto: & ſe-

rora in nurũ unã ex eis ſuſcepturo filiã:tetrarches enim erat iſte.Excitabat aũt eum uni
uerſa quoq; multitudo:q̃ circa infantulos qdẽ miſericordi mẽte mouebat̃:aduerſus cũ
odiũ autẽ in oĩbus gerebat: ꝓpter quod claruerat tante in fratres iniquitatis aſtructor.
Machinabat̃ quoq; diſſoluere q̃ patri placuerant aduerſum ſibi reputans:ſi tanta con-
tra ſe taliũ adunaret̃ potentia.Et differebat qdẽ herodes ſequi poſtulationes antipatri
ut ipſe qdẽ ariſtoboli filiã in cõnubio ſuſciperet:ferore uero filius fratris eius alexandri
filiam.Et ſponſiones qdẽ nuptiarum hmõi gerebant̃ : rege tamen inuito.Herodi uero
ea tempeſtate uxores erant nouẽ:antipatri mater & filia põtificis:ex qua ẽt omonimus
illi filius fuerat ꝓcreatus.Erat aũt ei ẽt fratris filia coniuncta:cũ ea neptis altera:ex his
quidẽ proles nulla germinauerat.Erat ẽt in uxoribus ex gente ſamareorũ una : ex qua
filii extiterant antipas & archelaus & filia oliſphias noĩe: & hac qdẽ poſtea ioſippus ſuſ
cepit uxorẽ: q regi fuerat fratruelis.Archelaus aũt & antipas romæ apud quendã fami
liarẽ educabãt̃.Coniuncta illi erat ẽt cleopatra ſed hieroſolymites: & filii ex ea fuerant
nati:herodes & philippus q ẽt romæ educabant̃.Erat in uxoribus ẽt pallas:q̃ faſelũ ei
pepererat filiũ.Sup has quoq; fedra:& helpis erant uxores:ex quibus duæ filiæ fuerant
ꝓcreatæ:examana noĩe:ac ſalome.Filiæ aũt maiores natu:ex una matre ꝓcreatæ cum
alexãdro quarũ intuebat̃ ferora nuptias:cõiunctæ erant una qdẽ antipatri ſororis filio:
altera uero faſelo:& iſte quoq; fratris herodis fuerat filius:& hoc qdẽ ex diſpoſitione fa
ctũ erat herodis.Tunc aũt uolẽs aduerſus traconitas munitus exiſtere, cogitauit uicũ
iudeis edificare non diſtantẽ magnitudine ciuitatis:ut ꝑ hoc inacceſſibiles hoſtibus fa
ceret limites ſuę ꝓuinciæ.Et cognoſcẽs uirũ quẽdã iudeũ ex babilonia:cum equitibus
quingentis & ſagittariis plurimis:cognatorũ ẽt multitudinẽ:uſq; ad centum ferme nu-
merũ uirorũ eufraten fluuiũ tranſmeaſſe:& in antiochia in loco q dicit̃ dafne ſyrię con-
uerſari cum ſaturnino qui tunc ibidẽ imperator militię conſiſtebat:illũ ei locũ ad habi-
tandũ benigna largitate cui balatha nomen erat cedere promiſit.Euocabat ergo eum
cũ tota multitudine omnium qui eum fuerant conſecuti : ſpondens daturũ ſe terram in
regione q̃ dicit̃ bathanea . Deſtinauerat enim eũ intra traconitidẽ conſtituendum uo-
lens eius habitationẽ obſtaculũ contra hoſtes habere.Promittebat itaq; illam regionẽ
ſine tributis eſſe daturũ:& liberos fore q̃ moris erat illius regionis habitatoribus exhi-
bere:immunẽq; eis terram & nullis illationibus obnoxiam præbiturum . His pſuaſus
babilonius uenit:& ſuſcipiens regionem: oppida: & municipia plura conſtruxit.Et ui
cum bathyra nomine cõſtituens:obſtaculum erat & oppoſitum quoddã ille uir aduer-
ſus traconitas iudeis de babilonia hieroſolymã ꝑ ſacrificiorũ tpa uenientibus:ne qs eos
latrociniis traconitarũ inſidiiſq; lederet̃ & aduentabãt ad eũ plurimi:maximeq; illi un
diq; cõcurrebãt:a qbus paternus mos iudeorũ & inſtituta colebant̃.Quibus rebus illa
regio breui populoſa facta eſt: ꝓpter quod imunis ab oĩbus functionibus pmanebat:
uiuente dũtaxat herode.Cęterũ poſtq̃ philippus filius eius principatum regni ſuſcepit:
modicas ꝑuo tpe illis functiones ĩpoſuit.agrippas uero maior & filius eius qui omoni-
mus quoq; illi conſtabat eos admodũ grauauere:non tñ eis de libertate ipſorum cũ poſ
ſent ullã intulere modeſtiã.Sed rõani deĩde dominatũ illius regionis adepti:libertatis q-
dẽ eorũ ẽt ipſi ſeruauere dignitatẽ ĩpoſitionibus ãt eos functionũ uſquequaq; grauaue
rũt.Et hæc qdẽ oportuno tpe diligenter exequar oratione ꝓcedẽte.Zamaris ãt baby-
lonius inter hæc uita defungit̃:q ad poſſidendã illã regionẽ ab herode fuerat acqſitus:
qq; cũ uirtute uiuens:filios quoq; optimos reliquerat:iacimũ qdẽ q fortitudine clarus
extabat:is eqtes babylonios q ſub illo fuerãt cõtinebat:& hely:quos rex afficiebat abũ
de muneribus.Sed iacimus in ſenectute defunctus:Philippum filiũ dereliquit:& manu

bonũ:& aliis uirtutis artibus uſui ſupra quélibet accõmodũ. Ob hoc fida illi amicitia: & firmiſſimus fauor cũ agrippa rege ꝓuenerat:militiãq; totã quã rex habebat:iſte cura bat:& ubicũq; deducendã rex poſtulabat:eius regimine ducebaẗ.   Cap.III.

h Erode aũt in qbus retuli cõſtituto:in antipatrũ ſpectabant cuncta negocia:propterea qa utilis ac promptus a rege putabaẗ:& rex hanc firmitatẽ non amiſerat poteſtatis:quã ei pater promptius indulgebat: ſpe quaſi fauoris eius ac fidei. Ad hæc erat ẽt ad deriuandã in ſe audaciſſimus:quomodo incognita erat patri eius negtia: & quõ ad fidẽ faciendã in dicendo callebat. Erat ẽt cunctis terribilis:non tantũ magnitudine poteſtatis:quantũ peruerſitate morũ:& quod erat ad male loquendũ procaciſſimus. Maxime autem eũ feroras accurabat:uiciſſimq; curabatur. Nã cũ callide ualde circũuenerat antipater:& maxime p mulieres ad occupandos eius animos ambigerat. Deditus qppe fuerat feroras uxori matriq; eius atq; ſorori:licet mulieꝶ genus horreret: ob iniuriã filiarũ ſuarũ uirginũ:uerũtamen has patiebaẗ: ab hiſq; ducebaẗ: & nihil ab eo ſine illis mulieribus agebaẗ. Nã hominẽ illum ẽt medicaminibus accurabant:ſed & ſibimet inuicẽ cooperari nequaq̃ mutuo fauore ceſſabant. Ita eni eas omnimodis antipater induxerat:partim per ſemetipm̃:partim etiã per ꝓpriã matrẽ. Nã idem hę quatuor mulieres ſentiebãt:idemq; loquebãtur. Ferore tamẽ circa antipatrũ in nonnullis minimis ſane rebus ſentẽtia habebatur. Erat aũt illis in cõtrarium nitens regis ſoror:iã diu cuncta circũ iſpiciens:& amicitiã eorũ in pnicié herodis conſtrui cernens:& ãnunciando nõ abſtinens. Illi aũt ſentientes moleſtam eſſe regi ſuã adinuicẽ beniuolentiã: conſilium inuenit:ut mãifeſta eorũ amicitia non eſſet neq; palã conteptũ facerẽt:odiũ autem & maliloquia ubi tempus exigeret contra ſemetipſos confingerent:maxime ãt ſub Herodis præſentia:ut ad eũ de ſemetipſis talia deferrent: ſecrete uero beniuolentia inter eos firmior certiorq; conſtaret. Et ſic qdẽ illi gerebant:ſalome aũt nihil prorſus latebat:neq; primũ eorũ propoſitũ ad hm̃oi negocia feſtinare neq; tunc:quãdo ſecretas machinatiões cõſtruebant. Cũcta qppe illoꝶ mulier indagabat:q̃ ãplificans & atrociora faciens:ad fratrẽ propriũ perferebat ſecretos eoꝶ conuentus iſinuans & conuiuia:& cõſultatões occulte ĩmotimq; cõſertas: quæ ad eius interitũ tenderẽt:niſi maturius ꝓderentur. Indicabat quoq; illos in mãifeſto qdẽ aduerſarios ſuimet quaſi conſtare: & ad leſiones mutuas ficte loqui:ſiuemq; feſtinare:ſecrete & ab alterutris remoti beniuolentiã in ſe cõfirmare maximã & quotiens in quibuſq; negociis ſingulis fierent illud agere quod amicitia poſtularet: & polliceri ſibi ẽt pugnare cõtra quos opus eſſet:mõ ut illud aſtu uel fauore mutuo nõ ſentiretur efficere. Illa qdem hæc & hm̃oi iueſtigabat oĩa: & itegra ad fratrẽ cõueniẽs cuncta deferebat:ſentientẽ quidẽ iam ẽt ipſum plurima p ſemetipm̃:ſed ad audẽdũ aliqd licet excitatus eſſet ſororis accuſatiõibus retardãtẽ. Erat eni porcio q̃dã iudeoꝶ hoium de ſcropuloſitate & ſubtilitate paternæ legis gloriantiũ: & culturã diuinitatis ſimulãtiũ:a qbus iducebãtur mulieres ille ſupra memorate. hi dicebãtur phariſei:q poſſent maxime regi nõ modicũ afferre p̄ſidiũ. Erãt eni ꝓcaces ad bellũ gerẽdũ:legioneſq; iſerẽdas imaturius eleuati. Cũ igitur cuncta gens iudaica iure iurãdo iuraſſet cæſaris ſe ꝓpriã fore: & oĩbus regis regionibus fauere:iſti uiri non iurauerunt. Erãt aũt numero ſupra ſex fere milia:quos rex pecũiario dãno multauerat. Quod damnum uxor pro eis ferore contulerat. Illi uero beniuolẽtiã quaſi pro uiciſſitudine referentes: futurorũ ſibi agnitionẽ nutu diuinitatis iſuſam eẽ p̄dicabant: qa herodi uidelicet terminus regni iam eſſet ex ſuperna maieſtate decretus:tã ipſi:quã uniuerſę cognationi eius:illã autem regnũ poſſeſſuram:atq; ferorã:uel filios: qui ex eorum ſemine deſcenderent. Et hæc quidem regi nunciabantur:non enim ſalomen iſta fugiebãt:& quo-

mō plurimos regalis aulę corrumpere niterent̄. Rex aūt interfecit phariſeos: q cā ſedi-
tionis extiterāt: & Vagoan eunuchū: & ſibi carū quendā: q tūc pmatū inter eos habe
bat honeſtatis dignitate decoratū filioſq; eius peremit: oēſq; ei cognatione uel familiari
tate cōiūctos: qb⁹ ille phariſeus pſagabat. Magnificabat̄ apud eū ēt uagoa ſicut i pater:
& plurimis rebus bene meritus ac pfuturus apud regē futurū. In manibus eni eis cūcta
fore pdicabat: pbente illi & cōiugii firmitatē: & filioꝝ: ueluti ꝓpriis filiis. Cap. IIII.
Erodes itaq; ultus ex phariſeis q fuere conuicti: conuentū congregat amicorū &
b accuſationē ferorę coniugis: iniuriamq; uirginū & audaciā illius mulieris expo-
nens & crimen uxoris ad diminutionē dignitatis illius referens & honoris: q̄ ei
frequētatur. Bellator aūt erat qui ſuſtineri non poſſet. Itaq; multos etiā in exercitatione
terrebat:quibus & torquēdo iaculo directiſſimus: & ſagittarū librator uidebat̄ egregi
us. Præter animi autē corporiſq; uirtutē:fortuna quoq; ſecunda uſus eſt. Raro aūt con
tra uotum eius belli ceſſit euentus. Et ſi quando id accidit:non ipſius culpa:ſed aut pro
ditione quorundā:aut temeritate militū factum eſt. Vt uero publicā ei fœlicitatem me
mores inuidere domeſtici:& aduerſi caſus ex muliere cœperunt:quā maxime diligebat.
Nam quia regis meruit poteſtatē:repudiata quā priuatus acceperat uxore ex hieroſoly
mis genus ducente quę doſis uocabat̄. Mariannē ſibi coniunxit Alexandri filiā Ariſto
boli filii:unde domus eius in diſcordiā uēit. Et ante quidē maxime uero poſtquā roma
egreſſus eſt. Nam primum Antipatrū ex doſide filiorū cauſa:quos de marianne ſuſcepe
rat expulit ciuitate:ſolis feſtis diebus eo commeandi facultate conceſſa. Deinde auum
coniugis Hyrcanū ex parthis ad ſe reuerſum propter inſidiarum ſuſpitionem peremit.
Quē captum quidem occupata ſyria Barzaphranes adduxerat:miſerati uero gentiles li
berauerunt:qui ultra euphraten colebant. Et ſi monitis eorū paruiſſet ne ad Herodem

tranſiret:non interiiſſet. Verū mortis eius fuit illecebra neptis matrimoniū. Hoc enim
fretus multoq; amplius patriam deſiderans uenit. Herodē autem cōmouit non q̄ re-
gnum affectaret:ſed q̄ ipſi iure deberet. Quinq; aūt filiorū quos ex Marianne ſuſce-
perat:duæ fœminę cæteri mares erant. Horūq; minimo romæ in ſtudiis mortuo: duos
maiores & propter matris nobilitatē:& q̄ iam regnanti ſibi fuiſſent geniti regie pro-
ducebat. Sed enim fortior amor his Mariannes ſuffragabatur:quæ in dies ſingulos pro
ficiēs ſuccendebat adeo herodē:ut eorū nihil ſentiret:quæ propter dilectā ſibi dolerent.
Tantū nanq; in eum Mariānes erat odium:quantū ipſe illam amabat. Habens igitur
ex rebus quidē ipſis inimicitiarū probabiles cauſas: ex amore uero fiduciā meo ei quę
Hyrcano auo ſuo feciſſet obiiciebat:quæq; in fratrē ionathen egiſſet. Nec eni uel huic
quicquā qui puer erat parcebat:quē pontificem in decimoſexto ętatis āno creatū: poſt
honorē ſtatim occidit. Atq; ille quidē cum ſacra ueſte amictus ad aram acceſſiſſet feſto
die populus omnis illachrymauit:& tamen noctu miſſus in hiericūta: ibi ſicut manda
tū fuerat lacu ſubmerſus a galathis interiit. Hęc igitur Herodi Mariāne probro dabat:
ſororemq; eius & fratrē maledictis atrocioribus dehoneſtabat. Sed ille quidem amore
mutus erat. Graui autē indignatione mulier ſęuiebat: & quo maxime cōmoueretur he
rodes inſimulabat eum adulterū. Præter alia multa quę ueriſimilia fingerentur hęc ac
cuſantis:q̄ in ægyptū imaginē ſuam miſiſſet Antonio:proq; immoderata libidine ab-
ſentem ſe properaſſet oſtendere uiro mulierū cupidine inſanienti:& qui uim poſſet affer
re. Id ueluti fulmē aliquod emiſſum perturbauit herodē:maxime quidem amoris cauſa
ęmulatione ſucceſum. Deinde etiā cogitante Cleopatræ ſæuitiā:cuius gratia & liſanias
rex:& Malichus arabs erant perempti. Non enim cōiugis amiſſionē: ſed morte ſua pe
riculū metiebat. Itaq; profecturus romā Ioſippo Salomę ſororis ſuę uiro quē fidum ha
bebat:& pro affinitate beniuolū commēdabat uxorē: mandato ei clam ut eam interfi
ceret:ſi etiā ſe occidiſſet Antonius. Verũ Ioſippus non maligne: ſed regis amorē mulie
ri cupiens demōſtrare:q̄ ab ea neq; mortuus pateret diuelli: ſecretum ei ſermonē ape
rit. Et illa reuerſo Herode multaq; inter fabulas de affectu iurante: quodq; nunq̄ eſſet
alterius mulieris amore captus:ualde inqt amor nos tuus mādatis Ioſippo comproba
tus eſt:quibus ut me occideret pręcepiſti. His auditis quę occulta credebat amens erat
herodes ilico:nec unq̄ Ioſippū mādata ſua proditurū fuiſſe ratus:niſi eā corrupiſſet prę
dolore inſaniebat. Cūq; ſtratis exiluiſſet in regia ſpaciat: ibiq; tunc Salomę ſoror eius
accepto tpe criminandi ſuſpitionē de Ioſippo confirmauit. Vnde Herodes immodera
to æmuli dolore furens confeſtim utrūq; iuſſit interfici. Deinde pœnitudo ſequebatur in
ſaniam:& poſtq̄ iracundia cōcidit:amor iterum caleſcebat. Tanta uis autem cupidinis
erat:ut ne mortuā quidem putaret eam: ſed ęgritudine quaſi uiuam alloqueretur. Do
nec proceſſu tēporis funere cognito mœroris magnitudine quā ſuperſtitem dilexerat
ęquauit affectū. Maternę autē iracundiæ ſuccedūt filii: & immanitatē ſcęleris reputan
tes:non aliter ſuſpectū patrē quam ſi hoſtis eſſet habebant. Idq; & antea quādiu romę
in ſtudiis erant:& multo magis poſtquā in iudęam reuerſi ſunt. Siquidē cum ætatibus
eorum mentium quoq; roborabatur affectio. Iam uero maturi cōiugio unus amitę ſuę
Salonies quę matrem amborū accuſauerat filiā duxit: alter Archelai cappadocum re
gis. Vnde acceſſit etiā libertas odio: & occaſiones ex eorū confidentia delatoribus da
tæ ſunt. Itaq; apertius quidam cū rege loquebatur:q̄ ei per utrūq; filiū inſtruerentur in
ſidię. Alter quidē ultrices materni exitii ſimul cū fratre armaret manus. Alter uero hoc
eſt Archelai gener ſocero fretus etiam fugā pararet: ipſum apud Cęſarē accuſaturus
herodē. His igitur criminationibus repletus Herodes ueluti propugnaculo ſibi futurū

aduerſus filios adducit Antipatrum ex doſide ſuſceptũ. Hiſq; illum proponere mediſ
omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationẽ tolerabilẽ non putarent: ac priuata matre
æditũ proficientẽ uiderent: indignationẽ cohibere pro ſua nobilitate non poterant: ſed
in ſingulis quibus offenderentur iram prodebãt. Et illi quidem in dies ſingulos magis
magiſq; negligebantur. Antipater autẽ ſui cauſa fauorabilis erat: nam & patri blandiri
callide nouerat: & uarias inter fratres ſuos calumnias conferebat: quędam ipſe dictãs:
amicos uero ſuos ad alia uulganda ſubmittẽs: donec omnino ſpem regni abſcidit fratri
bus ſuis. In teſtamento enim ipſe quoq; aperte iam ſucceſſor fuerat declaratus. Deniq;
tanquã rex etiã ad cęſarem miſſus eſt: cultuq; regio & cæteris obſequiis pręter diadema
utebatur. Tempore autẽ ſequenti ualuit ſuã matrem in cubile Mariãnes inducere: duo
buſq; armorum generibus in fratres uſus: blanditiis & opinationibus regi obrepſit: ut
etiam de filiorum morte cogitaret. Quapropter Alexandrũ quidem ſecũ romam pater
abſtractũ: ueneni ſibi dati reum apud Cæſarem poſtulauit. Ille autẽ uix deplorandi co
piam nactus: & licet imperitiſſimũ iudicem: tamen Herode & Antipatro prudẽtiorem:
delicta quidẽ patris uerecunde repreſſit: in ſe uero delata crimina diluit: periculorũq; ſo
cio fratre purgato: mox de Antipatri calliditate & de ſuis iniuriis quęſtus eſt: cũ præter
innocentiæ conſtantiã eloquentia iuuaretur. Erat autẽ accerrimus in dicendo. Poſtremo
prolocutus ꝙ eos pater libẽter occideret: auxit facinus & lachrymas quidẽ cũctis excuſ
ſit. Verũ Cęſarem ſic affecit: ut eorum accuſationibus ſpretis Herodem ſtatim reuoca
uit in gratiã. Hac aũt lege reconciliatio facta eſt: ut adoleſcentes quidẽ patri in oibus
obedirẽt: ille autẽ relinqueret regnũ cui uellet. Poſtea rex roma reuerſus: licet ſoluiſſe cri
minibus filios uideretur: nondum tamẽ erat ſuſpitionibus liberatus: quoniã argumen
tum odii ſequebatur antipater: & ſi uerecundia reconciliatoris palã proferre inimicicias
non auderet. Cum uero Siciliã prætenauigans Eleuſinam ueniſſet: ſuſcepit eum beni
gniſſime Archelaus: pro ſalute generi gratiã referens: & reintegratę concordiæ cauſa lę
tus: quippe nihil moratus amicis romę ſcripſerat: ut in cauſa dicenda ſuffragarentur ale
xandro: & uſq; ad zefiriũ deduxit talentis triginta donatũ. Poſtea uero quam hieroſoly
mam peruenit herodes: populo conuocato tribuſq; filiis prope ſe ſtantibus cãm reddit
profectionis: multaſq; deo gratias agit: multas etiã cęſari qui domus ſuæ perturbationẽ
ſedaſſet: quod regno maius eſſet: cõcordiam filiis præſtitiſſet: quã ego inquit arctius cõ
pilabo. Nam ille quidẽ me regni dominũ & ſucceſſoris iudicẽ conſtituit: Ego autẽ cum
mea cõmoditate grĩas illi refero: treſq; filios meos reges diſigno: huiuſq; ſentẽtiæ me ſo
ciũ primum dominũ fieri precor: deinde uos. Nanq; huic ætas: illis nobilitas ſucceſſio
nem regni cõciliat quidẽ magnitudo eius etiam pluribus ſufficit. Quos autẽ Cęſar uin
xit: pater conſtituit obſeruare. Non iniuſtis eos neq; diſparibus: ſed meritis colentes ho
noribus. Nec enim tanta quis reficiet cũ lętitia qui præter ętatẽ obſequitur: quantũ ei
quem deſpiciet doloris infliget. Quos autem ſingulis coniunctos eſſe oporteat: propin
quos atq; amicos ego diſtribuã: & concordiæ ſponſores illos conſtituã: pro certo ſciẽs
ſeditionũ contentionumq; cauſas ex cõtubernalium naſci malitia. Hoſq; ſi boni fuerint
affectiones tueri. Rogo autẽ ut non ſolũ iſti: ſed etiã primates ordinũ exercitus in me ſo
lum ſpẽ habeant in præſentia. Non enim regnũ: ſed regni honorem filiis meis trado: &
iocunditatẽ quidẽ quaſi rectores potientur: pondus autẽ rerũ tametſi nolim meũ eſt.
Conſideret autẽ quiſquis ueſtrũ ætatem meã: uitaq; inſtitutũ nec nõ etiã pietatẽ. Nam
neq; ſenex adeo ſum ut de me cito deſperetur: neq; uoluptatibus aſſuetus: quæ adoleſcẽ
tium quoq; uitã ſpacio breuior concludunt. Diuinitatẽ uero ita colimus: ut in longum
uos ęuũ progreſſuros eſſe credamus. Quod ſi quis in cõtemptum meũ filiis meis pla

cere maluerit:etiã pro illis mihi ſuppliciũ dabit. Ego enĩ non ꝙ inuidiam de me genitis honorifice eos haberi ueto:ſed quia noui hęc adoleſcentibus ſtudia ferociæ nutrimenta ſuggerere. Itaq; ſic cogitent qui ad eos ſe applicant: bonis quidẽ apud me paratũ eſſe pręmiũ:ſeditioſis uero apud ipſos quibus lenocinabunt̃: infructuoſam fore malignitatem. Omnes profecto mecũ hoc eſt cũ filiis meis ſentirent. Nãq; his expedit me regnãte neq; his eẽ concordem. Vos aũt o boni filii ſacram primũ retinentes mente figurã: cuius affectiones inter feras beſtias ſaluę ſunt. Deinde Cęſarẽ qui nos reduxit in gratiã meq; tertiũ qui ea quæ iuberet liceat rogẽ fratres permanere. Iam nunc autem uobis: & ueſtimenta & obſequia dabo regalia. Deumq; oro conſeruare iudiciũ meum ſi concordes eritis. Hæc locutus ſingulos benigne cõſalutauit:populumq; dimiſit alia conueniẽtia dictis eius optantes qui uero mutationis erant cupidi nec audiſſe quidẽ ſe quicquã ſimulantes:fratres autẽ diſſenſio non reliqt:ſed peiora ſuſpicantes alius de alio degreſſi ſunt. Namq; Alexander & Ariſtobolus ægre ferebant confirmatũ eſſe antipatro meritũ. Antipater autẽ ſuccenſebat uel ſecundo loco fratres haberi. Sed tñ ille pro uarietate morũ & reticere ſecreta nouerat: & quanto ſibi eſſent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate in lingua erat quicqd ueniſſet in mentẽ. Et multi quidẽ his inſtigandis operã dabant:plures autẽ amicorũ ſeſe explorandi cauſa inſinuabant. Itaq; omne quod dictum eſſet apud Alexandrũ ſtatim apud Antipatrũ erat: & ab Antipatro ad Herodẽ cum adiectione deferabatur. Nec uel ſimiliter aliqd prolocutus:adoleſcens innoxius habebat̃:ſed cuncta eius uerba in crimina uertebant̃:maximaq; minimis aſfingebãt̃:ſic ubi liberior paulo fuiſſet. Semper autẽ qui eum irritarent ſubmittebat antipater:ut mẽdacia ſua ueras occaſiones haberent:multiſq; falſo uulgatis unum quid cõꝓbatũ fidẽ oibus faceret. Sed huius qdẽ amicorũ q̃ſq; aut natura taciturnꝰ erat:aut muneribus parabat̃:ne quid occultũ exprimeret negaſſet aliquis ſi antipatri uitã malitiæ dixiſſet arcanũ: Alexandri uero familiares aut pecũia corruptos aut impulſos blanditiis q̃bus expugnauit oĩa:proditores ac fures eorũ quæ contra ſe dicerentur:ſiue agerent̃ effecerat. Cũ caute uniuerſa cõmitteret:aſtutis etiã criminationibus aditus ad Herodem moliebat̃:fratriſq; perſonã gerens aliis delatoribus utebatur. Si quid in alexandrũ nunciaſſent fauore ſimulato id quidẽ primo reprahendiſſet:mox otioſe adſtruendo regis iracundiã prouocabat:omniaq; ad inſidias referebat: & ut necẽ patris Alexander optare uideretur. Nihil enim maiorẽ fidem calumniis ſuggerebat quã ſi eum purgaret antipater his accenſus Herodes quantũ in dies ſingulos de affectu adoleſcentiũ detrahebat: tantũ adiiciebat antipatro. In eandẽ uero partẽ inclinati ſunt etiã qui regno parebant: hi uolentes alii pro imperio ſicut Ptolomæus amicorũ cariſſimus:regiſq; fratres ac tota progenies:omnia nanq; in antipatro ſita erant: & quod Alexandro fuit acerbiſſimum cuncta in eorũ perniciem matris antipatri cõſilio gerebant̃. Nouerca enim ſęuior erat: multoq; plus q̃ priuignos oderat:quos regina mater ędiderat. Sed quãquam omnes ut Antipatro magis obſequerentur ſpes inducebat: non minus tñ pręcepta regis quenq̃ ab adoleſcentibus ſeparabant:qui cariſſimis dixerat:ne quis ad Ariſtobolũ uel eius fratrem accederet:aut ſe ad eos applicaret:nõ ſolis enim regalibus erat formidini:uerũ etiã externis. Nulli enim regũ tantum poteſtatis Cæſar dederat: ut fugitiuos ſuos q̃uis ex ciuitatibus non ſubiectis ei liceret educere. Adoleſcentes autẽ delata in ſe facinora neſciebant:hiſq; propterea capiebant̃ incautius. Nullus enim palã incauſabatur a patre:ſed affectu refrigeſcente paulatim intelligentes dolorẽ aſperius excitabantur. Eodẽ autem modo etiã Pherorã patruum & Salomen amitã cõtra illos cõmouit antipater aſſidue: uelut cũ uxore ſermocinando:quibus in eos inſtigaret̃. Huius autẽ inimicitiis conſpi

ꝛabat Alexandri quoq; uxor Glaphira multa de ſua nobilitate cõmemorans: cunctarũ q; ſe quæ in regno uiuerent dominã eſſe dictitãs: paternũ enim genus a temeco: mater nũ ab Dario hiſtaſpis filio ducere: multũq; ignobilitatẽ deſpiciens ſororis & uxoris herodis: quarũ quæq; propter formã non propter nobilitatẽ eſſet electa. Nã multas ei fuiſſe diximus uxores: quod licet & iudęis more primo plures habere: quodq; rex pluribꝰ oblectaretur. Omnibus igitur propter ſuperbiã & contumelias Glaphirę inuiſus erat Alexander. Salomẽ autẽ ariſtobolus: & ſi ſocrus eius erat: ipſe inimicã ſibi reddidit: & ante quidẽ propter maledicta Glaphirę ſequentẽ: & frequenter ei humilitatem generis obiiciebat uxori quodq; ipſe plebeiã: regiã uero frater ſuus duxiſſet alexãder: hoc Salomes filia cum fletu matri nũtiauit. Addebat autẽ q aliorũ quoq; fratrũ matres idẽ alexãder & ariſtobolꝰ ſi regnũ obtinuiſſent: textrices cũ ancil lis facere minitarentꝰ ipſos quoq; uicorũ ſcribas ſcilicet irridentes q litterarũ ſtudiis operã darent. His commota Salomes q iracundiã cohibere non poſſet herodi cuncta indicauit. Satis autẽ idonea uidebantꝰ cõtra generũ dicens. Et præter hæc alia quædã criminatio diuulgata eſt: quæ ſuccendit animũ regis. Audiuit enim Alexandrũ & Ariſtobolũ crebro matrẽ implorare: caſumq; eius cũ gemitu atq; imprecationibus conquęri: ac ſępe illũ quędã ex Mariannes ueſtimentis poſterioribus diuidentẽ cõiugibꝰ minitari ſolitos eſſe q cito ꝓ regalibꝰ delitiis eas ſactis ueſtibꝰ iducerẽt. His de cauſis Herodes licet pręſtantẽ animũ adoleſcentiũ formidaret: tñ ne ſpem correptionis eis abſcinderet: ad ſe eos uocauit. Romam enim nauigaturus erat: & quaſi rex pauca interminatus pluribus quaſi pater monuit: rogauitq; ut fratres diligerẽt promiſſa priorũ peccatorũ uenia ſi poſt hæc meliores fierent. Illi autẽ criminationũ inuidiã deprecando fictas eas eſſe dicebant: purgationiſq; ſuæ fidẽ rebus ipſis poſſe cõſtare: uerũ quoq; ipſum debere omiſſa facilitate credendi aditũ maledictis obſtruere. Nunquã enim calumniatores defore: dũ cui perſuadeatur extabit. Cũ his cũ mature placuiſſent: qui ut patrẽ præſenti metu reiecto: de poſt futuris mœrere cœperunt. Etenim cognouere Salomen ſibi eſſe infenſam: & patruũ pheroram: utriq; autẽ ſęui & graues erant: ſed amplius pheroras qui totius quidẽ regni præter diadema ſocius erat: proprios autẽ redditus habuit. c. talenta totiuſq; trans iordanẽ fructus ipſe caperet a fratre ſibi dono data. Quin etiã Tetrarchã eũ fieri beneficio Cęſaris idẽ Herodes impetrauerat: regaliq; coniugio dignatus erat: ſorore uxoris ſuæ nuptũ ei collocata. Et poſt illius mortẽ deſponderat ei filiarũ ſuarũ maximã. ccc. talentis in dotem datis. Sed regale cõiugiũ pheroras ancillæ amore captus refugerat. Quamobrem iratus Herodes filiã quidẽ nuptum dedit fratris filio: qui poſt a parthis occiſus ẽ. Mox autẽ morbo pherore uenia data indignationẽ remiſit. De hoc etiã erat opinio q uiua regina herodẽ opprimere uoluiſſet ueneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat: ut q̄uis amantiſſimus frater eſſet herodis: fide tamẽ eorũ quæ audiſſet adduceretꝰ ad metũ. Itaq; de multis qui ſuſpecti erant habita queſtione poſtremo ad pherore amicos uenit: quorũ nulla quidẽ fuit de maleficiis aperta confeſſio: ſed q amita ſuſpecta in parthos cogitaſſet effugere prodiderunt. Huius aũt conſilii & fuge cõſcium eſſe Ariſtobolũ Salomes maritũ cui rex eã tradidit. Poſtq̄ ſuperior adulterii cauſa peremptus eſt: ſed nec Salomæ criminatione libera manſerat. Nã & hanc pheroras accuſabat q cũ Sillaco procuratore obedire regi Arabũ de nuptiis cõſtituiſſet quẽ: inimiciſſimũ Herodes haber: cõuicta autẽ & in hoc & in oĩbus: quę pheroras detulerat indulgentiã męruit: atq; ipſum etiã pherorã criminibus ſoluit. Domus uero tempeſtas in alexandrũ tranſiit: totaq; capiti eius incubuit. Tres erant eunuchi regi cariſſimi: & ex genere famulatus neminẽ id latebat. Vni enim uinũ miniſtrare fuit cura: alteri cœnã apponere: tertius aũt dormitũ

eum collocabat:& cũ ipſo cubabat:hos muneribus maximis Alexãder cupiditati ſuæ
ſubiecerat. Itaq; poſtquã regi hæc ſunt indicata ui tormentoꝝ coacti & ſtuprũ confeſſi
ſunt:& quibus eſſent ad hoc promiſſis inducti aperuerunt:quomodo eos fefelliſſet Ale
xander nullã in herode ſpẽ habendã eſſe:improbo ſene commemorans:& qui capillos
inficeret:niſi ob hoc ſolũ eum etiã adoleſcentẽ putarent:uerũ ſe coli oportere:qui etiam
inuito eo regni eẽt futurus ſucceſſor. Neq; multo poſt ab inimicis pœnas repeteret:for
tunatoſq; amicos ſuos beatoſq; faceret ac præ ceteris ipſos. Quin & obſequia potenti-
um Alexandro clam parare:militũq; rectores. Itemq; ordinũ principes occulte ad eũ
couenire dixerũt. Hęc Herodes adeo ptimuit:ut nõ auderet ſtatim delata proferre:ſed
exploratores die noctuq; ſubmittens dicta factaq; ſingula ſcrutabatur:& de quibus ſu
ſpitio eſſet illico trucidabat. Itaq; regnũ eius acerbiſſima iniqtate repletũ eſt. Nam ꝓ
ſuo quiſq; odio uel inimicitiis calũnias fingere: multiq; regis iracũdia cędis cupida cõ
tra aduerſarios abutebantur:& mendacio qdem cõfeſtim fides habebatur. Erant autẽ
criminationibus ipſis uelociora ſupplicia. Deniq; accuſabatur q modo accuſauerat:&
cum eo qui ante iuſtus eẽt ducebatur ad pœnã. De uita nãq; periculũ regis quæſtiones
breuiore cõpendio terminabat. Ad hoc autẽ ſęuitia proceſſerat:ut nec eoꝝ quamq̃ hu
manitus aſpiceret:qui accuſati nõ eſſent:uerũ etiã amicis immitiſſimum ſeſe pręberet.
Itaq; multis ẽt regno interdixit:& in quos poteſtatem nõ haberet in eos dictis aſperis
ſęuiebat. Acceſſit malis Antipater collectaq; amicorũ caterua nullũ criminationis ge
nus omiſit. Tantus etiam ineptia ſua regẽ cõmentiſq; delatoꝝ timor inuaſit:ut ſtricto
inſtare ſibi gladio uideret Alexandrũ. Deniq; ſubito & ipſum correptũ in uincula conie
cit:& in amicoꝝ eius tormenta perrexit:multi aũt taciti moriebantur: nulla uitę ſupra
conſcientiam proditi. Alii uero qbus mẽdacium impatientia doloris extorſit:de patris
eum inſidiis cũ fratre Ariſtobolo cogitaſſe dixerunt tẽpuſq; obſeruare: ut illo dum ue
naretur occiſo romã profugerent. His tametſi ueriſimilia non erant:ſed neceſſitate cru
ciatus ex tẽpore fingebantur:libenti tamen animo rex credebat pro conſolatione acci
piens uincti filii ne id feciſſe uideretur iniuſte. Verũ Alexander ſuſpitionẽ patris nullo
modo aboleri poſſe arbitrabatur:ultro malis aſſentiendũ putauit ac digeſtis aduerſus
inimicos .iiii. libris fatetur inſidias:eorũq; ſe plurimos ſocios habere proſcribit: ante oẽs
autẽ Pherorã & Salomen. Hanc enim etiã ſtupro ſibi quondã eſſe mixtã:cum uim no
ctu adhibuiſſet inuito. Iamq; libri in manibus erãt herodis:multa & grauia de optima
tibus fere clamantes cũ mature in iudæã Archelaus uenit metuens genero ſimul ac fi
lię quibus etiã prouidentiſſimo cõſilio ſuccurrit:regiſq; minas arte diſſoluit. Mox enim
cũ eo cõgreſſus ubi nam eſt:clamat exitialis gener meus:aut ubi parricidiale caput aſ-
piciam? quod meis manibus ipſe lacerabo:addãq; filiam meã bono marito nouo. Nã
& ſi conſilii particeps non eſt: quia tñ eiuſmodi uiri coniunx fuit inquinata eſt. Miror
autem patientiã tuam cuius periculũ agitur ꝗ adhuc uiuit alexander:ego namq; ita ex
cappadocia properans ueniebam:ut qui & illũ olym reperirem dediſſe ſuppliciũ:& de
filia quæſtionẽ tecũ haberem:quã uitę atq; contẽplationis dignitate illi deſponderam.
At nunc de utroq; nobis conſulendũ eſt:licet nimiũ pater ſis:& ad puniendũ inſidiato
rem filium minus fortis. Permutemus dexteras:& alter alterius iracundię uicariæ ſuc-
cedamus. Talibus increpans q̃uis pertinacẽ fallit herodẽ. Itaq; quos Alexander ꝓſcri-
pſerat libros legendos ei præbet ſinguliſq; capitulis inſiſtens cum eo deliberabat. Vn
de occaſionẽ ſui conſilii nactus Archelaus paulatim cauſas in eos qui ſcriptis contine-
bant:& in pheroram contulit. Cũ autẽ ſibi credere regẽ uideret: conſiderandũ eſt inqt
ne forte adoleſcentulus tot nequiſſimoꝝ inſidiis circũueniatur:non tu ab adoleſcentu-

lo:nec enim apparere cām cur in tantum ruerit ſcelus:qui & nunc regno potiret̄:& ſuc
ceſſioné regni ſperaret niſi aliquos haberet huius perſuaſionis auctores: qui ad ſiniſtrā
partem lubricū ætatis impellerent.Ab eiuſmodi nāq; hoibus non ſolū adoleſcentulos
falli:uer℞ etiā ſenes domoſq; clariſſimas totaq; regna ſolere ſubuerti.Cōſentiebat dictis
herodes:iramq; paulatim remittebat in alexādro:& in pherorā excitabatur. Nāq; hoc
erat libro℞ quatuor argumentū:qui ubi propenſioré eſſe regis aīum ſenſit; & in oībus
apud eū amiciciā Archelai prȩualere:quā honeſte non poſſet ex impudentia ſalutē quȩ
ſiuit.Relictoq; Alexandro cōfugit ad archelaū. Et ille nō inquit uidet quo ſe pacto exi
mat tātis criminibus inuolutū:qbus manifeſte cōuinceret̄ regē inſidiis uoluiſſe decipe
re omniumq; malo℞ præſentiū adoleſcenti cā fuiſſe: niſi malit omiſſis artibus callidis
& negandi pertinacia qbus inſimularet̄ oīa confiteri:& a fratre p̄ſertim cū dilectus eēt
ueniam petere.Nāq; ad hoc ei modis oībus ſe quoq; opē laturū.paruit Archelao phero
ras:atraq; ueſte cū lachrymis:ut quā miſerabilis appareret inſtructus ad pedes herodis
acceſſit:ſicq; meruit ueniā poſtulans:& ſe qdem ſceleratū eſſe fatebat̄.Nāq; oīa quæ ſi
bi obiicerent̄ feciſſe.Horū aūt cauſam eſſe dicebat diminutioné mentis atq; inſaniā ex
mulieris amore conceptā.Itaq; poſtq̄ ſtetit pheroras ſemetipſe accuſator ac teſtis tunc
cū iam Archelaus excuſando herodis iracundiā mitigabat propriis uſus exēplis. Etenī
ſe quoq; a fratre multo grauiora p̄peſſum. Naturale ius dicebat antepoſuiſſe uindictæ
quippe in reguis uelut in magnis corporibus ſp aliquā partē pondere ipſo tumeſcere:q̄
recidi qdē nō oportet:leniter uero curari.Multa in hūc modū locutus archelaus.Hero
dē quidē pherorȩ placidū reddidit:ipſe aūt Alexandro tādiu manebat iratus: filiamq;
ab eo diſtractā ſecū abducturū eē firmabat:donec Herodē compulit ultro pro adoleſcē
tulo dep̄cari:ut iter℞ ei filiā deſponderet.Satis aūt cum grauitate archelaus cui uellet eā
præter Alexandro collocari promiſit:maxime enim impendere quæ iura iter ſe affinita
tis inuiolata permaneant:rege aūt ſibi filiū ab eo donatū iri firmāte niſi matrimoniū di
remiſſet:q & liberos iam haberent:uxor quoq; ab adoleſcēte diligeret̄: quæ ſi remane
ret:peccato℞ foret obliuio:ſi uero diſcederet cā de oībus deſperandi molliorē nāq; fieri
audacia:ſi domeſticis affectionibus diſtrahatur. Vix tandē ceſſit:unaq; & ipſe rediit cū
adoleſcente in gratiā & patrē eius reduxit.Proculdubio tamen cū Romā mitti deberet:
ait cū cæſare collocaturū:de oībus enim ſeſe litteras ad eū feciſſe.Conſiliū quidē Arche
lai quo gener℞ periculo liberauit peractū erat:& reintegrata gratia in epulis & humani
tate cōuictus familiariter uerſabant̄.Abeuntē aūt muneribus talento℞ ſeptuaginta:ſo
lio quoq; aureo gēmis ornato.Et eunuchis & cōcubina donat herodes quæ panichis uo
cabat̄.Itēq; amico℞ eius quēq; pro merito:quin & cognati regis oēs iuſſu eius Arche
lao dona dederunt:eūq; tam ipſe quā optiates eius Antiochiā uſq; proſecuti ſunt. Non
multo aūt poſt qdam in iudæā uenit Archelai cōſiliis multo potentior:q non ſolum re
conciliationē gratiæ Alexādro quȩſitā fecit irritam:uerūetiam cauſa fuit ut periret. La
co erat genere noīe Ericles ad regni deſideriū amore pecūiæ corruptus. Iam enī luxū
eius regia tolerare nō poterat.His ampliſſimis donis herodi oblatis: uelut to℞ quȩ au
cuparetur illecebra:cū ſtatim multiplicata recepiſſet imaculatā liberalitatē nihil eē du
cebat:niſi regnū ſanguine cōparaſſet.Itaq; regē adulatione falſiſq; de ipſo laudibus:&
ſermonis calliditate circūuenit: matureq; proſpecto eius ingenio dictis ſimul & factis
quȩ illi placerent inter primos eius amicos habetur.Nā & rex & oēs eius comites libē
ter ciuē ſparthæ patriæ cā præcipuo dignū honore ducebant. Ille aūt poſtq̄ fragilitatē
domus animaduertit:fratrūq; inimicicias: & quēadmodū pater i ſingulos eſſet aīatus:
Antipatrique qdem hoſpitio prȩuentus erat.Simulata uero amicicia fallebat Alexan

drũ olym ſe & Archelai ſociũ eſſe mentitus:quo etiam citius quaſi probatus obrepſit.
Moxq; ab eo fratri quoq; Ariſtobolo cõmendatus eſt. Pertentatis aũt perſonis oibus
aliã alio modo ſubibat. ac primũ fit antipatri mercenarius & alexandri proditor: illũ ex
probando caſtigans q cũ fratrũ ſit maximus ſpei ſuę negligit inſidiatores. Alexandrũ
uero q regina creatus & regię coniugis uir filiũ priuatæ mulieris pateretur regno ſucce
dere. Pręſertim cũ habebat magnã occaſionẽ Archelaũ quę quidẽ adoleſcenti uera fide
ſuadere uidebatur:q amicitiã ſimulaſſet archelai. Vnde nec Alexander quicq̃ metuens:
& de antipatro quæ ſe mouerent apud eũ querebatur. & q nihil mirũ faceret herodes ſi
cũ matrem illoꝝ interemit:ipſis quoq; regnũ auferret. quoꝝ cauſę Euricles & miſereri
eos & dolere pariter ſimulãs etiã ariſtobolum ad ea dicenda pellexit: atq; ita querelis i
patrẽ utroq; deuicto referens ad antipatrũ ſecreto diſceſſit:aſtricto inſidiaꝝ quoq; men-
dacio quas ei fratres firmaſſe parabat:ac pene iam ſtrictis gladiis in eũ irruere. Ob hoc
autẽ multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat apud patrẽ:& ad extremũ
necis alexandri:& ariſtoboli redẽpta opera ipſe accuſatoris partibus fungebat̃. Cumq;
adiiſſet Herodẽ uitã ei ſe rependere beneficiis ſibi prodelatis:& lumẽ referre dixit hoſ-
pitio. Nãq; olym alexandrũ exacuiſſe gladiũ & cõfirmaſſe dexterã:ueꝝ a ſe ſceleri tãto
fuiſſe impedimento q ſocietatẽ facinoris aſſimulaſſet. Alexandrũ enim dicere nõ bene
ſecũ Herodẽ actũ putarẽ: q regnũ obtinuiſſet alienũ:& poſt matris coꝝ necẽ principatũ
eius dilaceraſſet:niſi ẽt degenerẽ coaptaret heredẽ: auitũq; ipſoꝝ regnũ antipatro ſpu
rio propinaret. Proinde ſemet hyrcani manes & Mariãnes ultũ iri. Nec enim decere ſuc
ceſſionẽ regni ab huiuſmodi patre ſine cęde ſuſcipere:multis enĩ rebus ad hoc excitarĩ
quotidie:qa nihil ſibi oĩno loq ſine calũnia liceret. Nã ſi de nobilitate alioꝝ fiat mẽtio ſi
ne ratione ſe contumeliis affici patre dicente ſolus generoſus alexãder:& cui pater ſit ꝓ
ignobilitate dedecori inuẽtionibus quoq; offendere ſi taceat. Si uero laudet cauillatorẽ
appellari prorſus ubiq; immitẽ ſibi patrẽ offendere:ſoliq; antipatro indulgentẽ:ob quę
uelle mori nõ recuſare:niſi ex uoto inſidiæ ſucceſſiſſent: ſin eum occidiſſet:primum ſa-
lutis occaſionem fore archelaum ſocerum ſuum ad quem facile poſſit effugere. Deinde
cæſarem qui nunc uſq; ignoraret mores herodis. nec enim ſic ei aſtaturum ut antea pa
tris præſentiã formidando:nec de ſuis tantũ criminibus locuturꝰ: ſed primũ totius gen
tis ęrũnas:& quos ad necẽ uſq; tributis opprimeret uulgaturũ. Deinde in qbus delitiis
qbuſq; actibus parte ſanguine pecunię conſumptę ſint:& qui uel quales ex illis fuerint
locupletati. qua cã ciuitates plagatę:ibi aũt quęſiturũ: & aui & matris necẽ: oĩaq; ſce
lera regis retexturꝰ:quibꝰ cognitis nemo ſe iudicauerit parricidã. His Euricles in alexã
drum falſo delatis antipatri laudes proſequebatur illũ ſolũ qui patrẽ diligeret eſſe cõfir
mans. quiq; adhuc inſidias retardeſſet. Rex aũt nondũ pręteritę ſuſpitionis dolore cõ
preſſo intolerabilis iracũdię feritate turbatur. in hoc tẽpus nactus antipater alios accu
ſatores fratribus ſubornauit: qui eos dicerent cũ iocundo & tiranno clã colloqui ſolitos
eſſe equitũ regis olym principibus:tunc uero propter quaſdã offenſiões ordinibus mo
tas. Hac deniq; indignatione ſuccenſus:confeſtim eos tormẽtis Herodes ſubdidit. Illi
autẽ nihil eorum ſe quę crimini darentur ſcire confeſſi ſunt. ſed oblata eſt quędã uelut
ad propoſitũ caſtelli alexandri ab alexãdro ſcripta epiſtola dep̃cante:ut cum Ariſtobo
lo fratre ſe in caſtellũ reciperet: ſi patrẽ interfeciſſent:itam armis quam aliis ſubſidiis eos
uti permitteret: hanc alexander diophanti cõmentũ eſſe dicebat: qui regis erat notarius
homo audaciſſimus:& cuiuſlibet manus litteras imitari ꝑcallidus. Itaq; multis ſępe fal
ſo cõſcriptis ob hoc poſtremo occiſus eſt. Torto aũt caſtelli quoq; præpoſito: nec eius
indicio quicq̃ Herodes eorum quę delata erant uera eſſe cognouit. Sed q̃uis nullũ do-

cumentũ ualidũ proferret:filios tamẽ interim abſolutos aſſeruari pręcepit.Euriclea ue
ro domus ſuę peſtẽ ac totius ſceleris fabricatorẽ bene de ſe meritũ datoremq; ſalutis ap
pellans:talentis quinquaginta donauit . Ille aũt priuſq̃ certũ fama nũciaret ad Arche
laũ properat:auſuſq; dicere:ꝙ Herodẽ reconciliaſſet alexandro:ab illo quoq; pecunias
capit.Deinde in achaiã tranſgreſſus ad ſimilia facinora malequęſitis abuſus eſt. Poſtre
mo apud Cęſarẽ accuſatus ꝙ diſſenſionibus repleuiſſet achaiam & ciuitates ſpoliaret:
inde fugatur:atq; hoc eum mõ poene Alexandri & Ariſtoboli perſecutæ ſunt.hoc loco
dignũ eſt Coum euariſtũ huic ſpartiatę conferre . Nãq; is cũ amiciſſimus eſſet alexan
dro;eodẽq; tẽpore quo Euricles ibidẽ erat adueniſſet:percõtanti regi ſuper his quæ ille
inſimularet:iuratus nihil ſe ab adoleſcentibus audiſſe firmauit.Nec tamen id quicq̃ mi
ſeris profuit apud herodẽ ſolis maledictis aures paratiſſimas aperientẽ eumq; gratioſiſ
ſimũ ſibi iudicantẽ:qui ſecũ eadẽ crederet:hiſdẽq; moueretur.Incitabat pręterea Salõe
crudelitatẽ eius in filios:Nãq; hanc Ariſtobolus quo periculis inuolueret:quã & ſocrũ
habebat:& amitã monitũ miſerat:ut ſaluti ſuæ conſuleret:quaſi rex eã decreuiſſet occi
dere iterum inſimulatã quoꝝ ante fuerat accuſata . ꝙ enim Sylleo arabi nubere cupiẽs
quẽ ſciret eius inimicũ:occulta illi ſecreta regis nuntiaret.Et hoc fuit extremũ quo tanq̃
tempeſtate oppreſſi adoleſcentes:non ſecus ac turbine peſſundati ſunt . Salome enim
protinus contendit ad regem eiq; monita ariſtoboli prodit:atq; ille ulterius durare non
paſſus:utrũq; filium uinxit:& ſeparatos aſſeruari præcepit.Deinde uolũmũ militię ma
giſtrũ:& ex amicis ſuis olymphũ deſcripta ferẽtes indicia proficiſci iuſſit ad cæſarem:q
poſtq̃ Romã naui delati ſunt:regiſq; litteras reddiderunt:uehementer quidem cęſar in
adoleſcentes exarſit:ueꝝ etiã poteſtatẽ in filios a patre auferendã eſſe nõ duxit.Deniq;
reſcribit ei ut ipſe ſui dominns eſſet arbitri:melius tamẽ facturum dicens : ſi in cõmuni
cõſenſu propinquoꝝ ſuorũ ꝓuinciæq; rectoꝝ de inſidiis quæreret:eoſq; ſi delato crimi
ni reperiret aſtrictos occideret.Si uero fugã tantũ eſſe meditatos mediocri ſupplicio cõ
tentus eſſet.Parit ſcriptis herodes:cũq; Berytũ quo cęſar iuſſerat perueniſſet cogit iudi
ciũ.Pręſederũt autẽ iudicio rectores: quibus a cęſare ſcriptũ fuerat : Saturnius & Pena
ius legati:& cũ his uolumnius procurator.Itẽq; proquinqui regis & amici : necnon &
Salome & Pheroras:& poſt hos optimates Syrię præter Archelaũ regem. Nãq; hunc
Herodes ꝙ Alexãdri ſocer eſſet ſuſpectũ habebat . Sed filio quidẽ ſatis prouido cõſilio
in iudiciũ non produxit : ſciebat enim ꝙ ſi tantum uiſi fuiſſent oĩ mõ ad miſericordiam
cunctos impellerent:ſi uero etiã dicendi copiã nacti eſſent facillime alexandrũ obiecta
diluere.Igit̃ illi quoq; cuſtodiebantur in platene uico ſidoniorũ.Exorſus aũt rex ueluti
cum p̃ſentibus ageret cõmouebatur:& inſidias quidẽ timide obiiciebat Nã probationi
bus deficiebat maledicta uero & probra & iniurias:& peccata plurima in ſe admiſſa ꝓ
ſequebatur:eaq; morte grauiora eſſe cõfeſſoribus demonſtrabat.Poſtremo cum nemo
cõtradiceret ſemetipſum argui miſerabiliter queſtus:acerbãq; uictoriam uincere ſingu
los ſententiã rogat in filios:& primus ſaturnius condẽnandos eſſe adoleſcentulos : ſed
non morte pronũciauit:nec enim fas eſſe cũ tres ipſe aſtantes habet filios mortẽ alienis
decernere.Idẽ etiã duobus legatis uiſum ẽ:eoſq; nõnulli alii ſecuti ſunt. Triſtẽ uero ſen
tentiã primus uolũnius dixit cunctiq; poſt eũ Herodis ęmulatione uel odio : neq; indi
gnatione quiſq̃ necandos eſſe adoleſcentes iudicauit. Tunc aũt uniuerſa iudæa & Syria
ſuſpẽſa quidẽ opperiebatur huius tragoediæ finẽ : ſed nemo ęſtimabat herodis crudeli
tatem ad parricidiũ uſq; proceſſurã.Ille tantũ filios tyrũ traxit:atq; inde naui Cęſareã
deuectos quo mortis genere perimeret cogitabat. Interea uetus quidã regis miles Ty
ro noĩe:qui & filiũ habebat Alexandro aſſuetũ atq; amicũ:& ipſe diligebat adoleſcẽtu

los:prę nimia indignatione mentis in poſtremo hos circũiens clamitabat conculcatam eſſe iuſtitiã:ueritatem periiſſe:naturã eſſe confuſam:uitamq; hoīum iniquitatis eſſe plenam:& omnia quę dolor contemptori uitæ dictaſſet:deinde ipſum ẽt regem auſus adire: mihi uero inquit omnium uideris eſſe infœliciſſimus:qui contra cariſſimos nequiſſimis credas. Siquidem pheroras & Salome fidem apud te aduerſus filios habent: quos ſæpe ipſe mortis ſupplicio dignos eẽ iudicaſti:neq; aduerſus hoc eos agere:ut iuſtis ſucceſſoribus deſtitutus cum ſolo remaneas antipatro capi facile regem optantes. Verũtamen cogita ne ille quoq; militibus odioſus ſit propter cędem omnium fratrũ Nullus enim eſt qui non adoleſcentiũ miſereatur: Principum aũt plurimi etiam palam grauiter ferunt. Hæc dicens ſimul eos:quibus res indigna uideretur nominabat. Rex autem ſtatim illos & ipſum cum filio comprehendi iubet. Ibiq; cum aliis quidam regalis tonſor nomine Tripho: neſcio qua exagitatus inſania ſemetipſum indicans proſilit: ac mihi quoq; Tyro inquit iſte perſuaſit ut occaſione tondendi nouacula te occiderem: magnaq; alexandrum daturum munera pollicebatur. His auditis herodes:& tyronem eiuſq; filium: & tonſorem ſubdidit queſtioni. Cũq; illi pernegarent:tonſor aũt amplius nihil diceret tyronem uehementius torqueri iuſſit: tumq; filius eius patris miſeratione commotus cuncta ſe regi:ſi eum ſibi condemnaſſet indicaturum promiſit. Eoq; relaxato ipſius occidendi patrem ſuum habuiſſe uoluntatem:dixit impulſum ab alexandro: Hoc autẽ quibuſdam factũ ab adoleſcente uidebatur:quo tormentis eriperet patrem. Nonnulli uero eſſe firmabant. Herodes tamẽ & militum principibus & tyrone pro contione accuſatis ſic in eos armauit populum:ut ibidem cum tonſore lignorum & lapidum ictibus interirent. Filios uero in ſebaſten miſſos:quos non longo a cæſario interuallo diſtaret:offocari præcepit: eaq; re mature perfecta in caſtellũ alexandrium mortuos aſportari cum Alexandro materno auo ſepeliendos. Hic finis quidem ariſtobolo & alexandro uitę fuit antipatro cum iam ſine controuerſia ſucceſſorem regni ſperaret:intolerabile gentis excepit odium cunctis ſcientibus illum oẽs fratribus ſuis cõſeruiſſe calumnias: nihiloq; minus timor eum non mediocris ſollicitabat cenſente ſobole peremptorũ. Erant enim alexãdro ex Glaphira filii duo Tygranes & alexander:itemq; ariſtobolo ex Beronice Salomes filia herodes & agrippa & ariſtobolus filięq; Herodias & Mariãne. Sed Glaphirã quidẽ Herodes cũ dote ſua in Cappadociã dimiſit poſtq̃ alexandrũ interfecit. Beronicẽ autem ariſtoboli coniugẽ auũculo antipatri nuptui dedit: qui ut Salomen quã offenſam hẽbat ſibi reconciliare iſtas nuptias excogitauit. Idẽ uero ẽt pherorã muneribus aliiſq; obſequiis atq; amicos præterea cæſaris ambiebat:magnas romam mittẽdo pecunias. Saturniũ enim cum aliis oĩbus apud Syriam donis expleuerat hoc aũt magis inuiſus erat contis quo plura dõabat:uelut opes tãtas nõ munificentia largiretur; ſed metu cõſumeret. Itaq; eueniebat ut nec accipiendũ beniuolentia quięq profecerit quibuſq; nihil dediſſet acruiores inimicos haberet In diſtributionibus munerũ quotidie largior erat:cũ præter ſpem uideret orbos pueros ab Herode curari quantumq; illũ peremptorũ cordis pœniteret prolis eorũ miſeratione ſignificari. Conuocatis enim ꝓpinquis ac amicis ſuis:& pupillis aſtãtibus cum lachrymis oppleſſet oculos dixit:horũ quidẽ mihi patres fortũa quędam triſtis eripuit ipſos aũt orbitatis miſericordia cũ natura cõmendat. Experiar itaq; ut ſi pater infortunatiſſimus fui:auus tamẽ ſim ꝓuidentior:& a qbus poſt me regarum amantiſſimos mihi relinquã. Deſpondeo igiẽ filiã tuã Pherora maximo filio ꝑ alexãdri ut ei curator ſis neceſſarius. Tuo uero antipater filio ariſtoboli filiã:eris enim hæc n odo pater orbatę. Sororẽ uero eius meus Herodes accipiet:& põtifice auo materno ꝓnatus. Et de his quidẽ ſit iudiciũ meũ:neq; priuſq̃ dirimet quin me amabit. Precor aũt deũ etiam

C

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bono regni mei:meorumq; nepotum copulare nuptias : atq; hos pueros placidioribus:
quam patres coꝝ oculis aſpicere. Poſtq̃ hæc locutus effleuit & pueroꝝ dexteras iunxit:
benigniſſime conſalutatis ſingulis dimiſit conſiliũ : ſtatum diriguit antipater quantũq;
dolore affectus eſſet neminẽ latuit pupilloꝝ. Nãq; honorem apud patrẽ quoq; ſibi dero
gatum exiſtimabat: iterũq; de rebus cunctis periculũ fore: ſi alexãdri filius præter arche
laum ẽt pheroram adiutorem haberet. ad hoc reputabat odium ſuum & orbitatis miſe
rationem qua tota gens flectebatur quãto uiuentiũ puerorum ſtudio: & quanta memo
ria mortuoꝝ ipſius ſcelere tenerent̃ iudæi. Itaq; omnimodo dirimere ſponſalia ſtuduit:
& callide quidem patri ſurripere timuit ſæuienti: acriterq; uigilanti ad ſuſpicandũ. Palã
uero eum ſupplex adire auſus eſt coramq; depoſcere : ne ſe honore priuari quo dignus
eſſet iudicaſſet: nudũq; regis nomen habere uellet: regni aũt ſubſtantiã penes alios eſſe:
nec enim poſſe reg obtinere dominatum: ſi præter auum Archelaum ẽt Pheroras alexã
dri filio ſocer eſſet adiunctus. Inſtantiſſime uero precabat̃ : qa numeroſa eſſet regia pro
genies nuptias permutari. Nouem nanq; regi uxores erant: ſed harum ſeptẽ unde filios
ſuſceperat ipſum antipatrũ ex doſide: herodem aũt ex Marianne pontificis filia : itemq;
antipan & archelaũ ex Marthace ſamaritide filiãq; Olympiadem: quã frater eius Ioſe
phus habuerat: ex hieroſolomytide uero Cleopatram Herodem & Phylippũ: necnon ex
Pallade Phaſelum. Habebat aũt filias quoq; alias Boſamen & Salomen: unam ex Phę
dra : & alterã ex Iopide: duaſq; uxores ſine filiis conſobrinam & ſororẽ ac præter has ale
xandri & ariſtoboli ſorores duas ex marianne. Cum igitur tanta prolis copia ſupereſſet
aliter nuptias iungi poſtulabat antipater. Rex autem perſpecto eius animo quid de pu
pillis cogitaret, uehementer iratus eſt: quippe filioꝝ quos interfecerat caſum reputãs for
midabat: ne ẽt hi quandoq; criminationũ antipatri præmiũ fierent: ſed tunc quidem ſe
nioribus dictis protelat. Poſtea uero blanditiis eius abductus ſponſalia reformauit : ac
primũ ipſi antipatro Ariſtoboli filiam collocat: filiũ uero eius iungit filię pherore. Hinc
licebit aduertere quantũ antipatri ualuerit adulatio: q; ipſi in ſimili cã impetrare ſalome
non potuit. Hanc enim quãuis ſoror eſſet: atq; hoc ſępe intercedente Iulia uxore cæſaris
poſtulaſſet, arabũ regi nubere nõ paſſus eſt: ſed inimiciſſimã ſibi fore iurauit: niſi ab hoc
ſtudio deſtitiſſet. Poſteaq; inuitam Alexæ cuidam ex amicis ſuis in matrimoniũ dedit:
eiuſq; filiarũ unã alexandri filio: alterã antipatri auunculo tradidit. Natarũ autem Mari
annes una ſororis filium habebat Antipatrũ: Altera fratris phaſelum. Sic interrupta pu
pilloꝝ ſpe antipater & pro ſua cõmoditate affinitatib9 iunctis expectatiõe certa nitteba
tur: adiectaq; malignitati fiducia nequaq̃ erat tolerabilis : nã quia ſinguloꝝ odiũ uitare
nõ potuit, ſecuritatẽ ſibi extorquere quęrebat. Cũ præterea pheroras ei ueluti iã cõfirma
to regi obſecũdaret: quin & mulierũ conflata in aula cõflictio nouas turbas excitabat.
Etenim pherorę uxor cũ matre ac ſorore ſua: necnõ & matre antipatri multa in regno i
ſolenter agebat: auſa etiã duas regis filias cõtumelioſe tractare: cui rei maxĩe ab antipa
tro erat obiecta. Itaq; cũ illi inuiſę eẽnt: alias qdẽ morigeras habebat: ſola uero ſalome
aduerſabat̃ coꝝ cõcordiæ: q̃q; nõ bono regis coirent apud ipſum inſimulabat. Cogni
ta uero eius delatiõe mulieres quodq; herodes ægre tuliſſet apto qdẽ cõuentu & familia
ritate abſtinuerũt: cõtra uero ẽt diſcordare iter ſe rege audiẽte ſimulabant. Cũ his adeo
colluderet antipater: ut palã pherorę minĩe dubitaret offendere: occultos ãt cœtus & no
cturnas cõmeſſationes habebãt: eaꝝq; cõfeſſionẽ fecit obſeruatio firmiorẽ: cũ hoꝝ nihil
ignoraret Salome. ſed herodi cũcta nũciaret. Ille ãt ardẽs iracũdia maxĩeq; cõtra phero
rę cõiugẽ q; eã prę cęteris accuſaret ſalome cõuocato cognatoꝝ amicoꝝ cõſilio: & talia
multa mulieris & filiaꝝ cõtumelias crimini dedit: quodq; phariſęis mercedẽ cõtra ſe pre

buiſſet:fratréq; ſibi hoſté reddidiſſet expugnatū uenenis. Poſtremo cōuerſus ad phero-
rā:utrū ait ſe fratré an uxorem uellet optare. Cunq; ille ſe citius uita dixiſſet quā cōiuge
cariturū, incertus quid ageret ad antipatrū ſermoné contulit:ac ne cū pherora: uel eius
cōiuge:aut quouis alio qui ad eam pertineret unq̄ colloqueret̄ edixit. Verum ille palam
præcepta cuſtodiēs in occulto cū his pernoctabat. Metuēſq; obſeruationé ſalomes per
amicos in italia degētes ut romam proficiſceret̄ effecit:ipſorū perlatis litteris ubi antipa
trū aliquanto poſt tépore ad cæſarem mitti oportere perſcriberent. Igitur Herodes ni-
hil moratus eū miſit cunctis quę uſui forent magnaq; pecunia liberaliter inſtructū. Te
ſtamentūq; una portandū ei dedit:in quo Rex ipſe antipater inſcriptus erat. Et antipa-
tri ſucceſſor Herodes ex Marianne pōtificis filia procreatus. Quin & Sylleus arabs iti-
dem Romam neglecto cæſaris præcepto nauigauit. De his cum Antipatro certaturus:
de quibus cū Nicolao cauſam antedixerat. Nō leue aūt cū areta rege ſuo certamé habe
bat:cuius & alios amicos interfecerat:& Semiū in petra oppido potentiſſimū: redépto
q; Phabato diſpenſatore cæſaris fautore utebat̄ etiā in herodem. Sed maiore pecunia da
ta herodes phabatū a ſilleo remouit:ac per ſemetipſum quę cęſar iuſſerat exigebat. Ille
aūt cum nihil dediſſet, accuſabat apud cæſaré phabatū diſpenſatoré eſſe dicens:nō quæ
ipſi:ſed quæ herodi expedirent. Quibus cōmotus ad iracūdiā phabat9 adhuc aūt apud
herodem maximus habebatur:ſecretorum ſillei proditor factus é regiq; indicauit:q̄ Sil
leus Corinthū eius ſatellitem pecunia corrupiſſet:eumq; aſſeruari oporteret:neq; rex id
facere dubitauit:quoniā corinthus iſte licet in aula regis eſſet educatus:ex Arabia tamē
fuerat oriūdus. Igitur mox non illū ſolum corripi: ſed ét duos alios Arabas iuſſit apud
eum repertos unū ſillei amicū:alterū philarchū. Qui ſubditi quęſtioni magna pecunia
corintho ut herodem occideret, perſuaſiſſe confeſſi ſunt. Illi quidē ét a Saturnino rectore
ſyriæ interrogati Romā trāſmiſſi ſunt. Herodes aūt pherorę uehemētius īminebat: ut
repudiaret uxoré. Aliquid enim quod mulieré plecteret excogitabat quia multas in eā
odii cauſas haberet:donec ipſum etiā fratré cū ea ſupra modum indignatus eiecit. Phe-
roras aūt æquo animo accepta iniuria in tetrarchiā ſuam receſſit:iuratus unum ſui exilii
finem ſibi fore morté herodis. Neq; ſe ad eū reuerſurū eſſe dum uixerit. Deniq; nec ægro
tum quāuis ſæpe accitus fratrem uiſere uoluit cum quibuſdā mandatis eū quaſi moritu
rus uellet inſtruere. Sed ille quidem pręter ſpem conualuit. Poſtmodū aūt pheroras in
morbū incidit:tūq; herodis patientia demōſtrata eſt. Nam & uenit ad eum & humaniſ
ſime curatum uoluit. Sed morbū ſuperare non quiuit:in diebus enī paucis eſt mortuus.
Quem licet ad ultimum uitę diem dilexiſſet Herodes:tamen q̄ illum quoq; ueneno pe
remerit fama uulgatū eſt. Verum eius corpore in hieroſolymam portato luctum maxi
mū cunctæ genti denuntiauit:clariſſimaq; funus ſepultura dignatus eſt. Vnus quidē in
terfector Alexandri & ariſtoboli hunc exitum uitę ſortitus eſt. Tranſiit autem in Anti
patrū authoré pœna ſceleris ex interitu pherorę nacta principium. Quidā enim ex eius
libertis cū regem triſtes adiiſſent, fratrem ipſius pherorā ueneno interemptum eſſe dice
bant. Nam quendā ei cibum obtuliſſe coniugem ſuam non eo quo ſolebat modo condi
tum:eoq; ſumpto illum morbo protinus eſſe correptū. ueniſſe autem ante biduū matris
ac ſororis eius accitu quandam ueneficā muliérculā ex Arabia:ut uenenum pheroræ cō
ficeret amatoriū:& pro amatorio dediſſe mortiferum ſillei conſilio. Nanq; illi notum fu
iſſe. Perculſus igitur plurimis ſuſpitionibus rex:ancillas & nonnullas libertinas quęſtio
ni ſubiicit. Ibiq; tum exclamat aliqua doloris impatiens. Deus cœli terræq; rector in
matrem Antipatri quę horum nobis malorum cauſa eſt, uindicet. Hoc rex indicium na
ctus perſequebatur ulterius indaginem ueritatis. Mulier uero & matris Antipatri fa-

miliaritatem eam pherora eiuſq; uxoribus & occultos eorum conuentus: aperuit quoq;
pheroras & antipater redeuntes a rege tota cũ illis nocte potare ſoliti eſſent ſeruis oibus
excluſis & ancillis. Vna quidem libertinaꝝ hoc indicauit. Cum aũt ancillæ ſeparatim:
ſingulę torquerent̃: patuit oium dicta congruere: qua de cauſa romam quidẽ antipater
ex cõpoſito pheroras aũt trans flumen recedere curauiſſet. Nam ſæpe illos in ſermone
dixiſſe ꝙ poſt alexandrũ & Ariſtobolũ ad ipſos eorumq; cõiuges tranſiturus eſſet hero
des. Nec alicui poſſe parcere: q marianne eiuſq; filiis minime pepercisſet: ideoq; melius
eſſe ab hac beſtia: quã longiſſime fugere. Sæpe aũt dixiſſe matri antipatrũ conquerentẽ
ꝙ cum ipſe iam canus eſſet pater in dies ſingulos iuueneſceret ſeq; fortaſſe priuſq̃ regna
re icipiat moriturũ: aut nunq̃ ille deceſſerit quãdo aũt iſtud fiet: uoluptatẽ ſibi ſucceſſio
nis omnino fore breuiſſimã. Pullulare præterea hydrę capita hoc eſt Alexandri & ariſto
boli filios: ſibi aũt filiorũ quoq; ſpem ademptã eſſe patris iniuria: qui non eoꝝ quenquã
poſt mortem ſuam regni ſucceſſorem: ſed Mariannes filiũ ſcripſiſſet herodem. Qua qui
dem in re prorſus eum ſenectute delirare: ſi teſtamentũ ſuum ſtandũ arbitraret̃. Te nã-
q; ut ex eius progenie nemo ſupereſſet: curaturum. quinetiã cum oẽs patres quibus in-
uiſi unquã filii fuerunt odio uincat. Plus tamen eum etiam fratres odiſſe. Deniq; nuper
ſibi ne cum pherora colloqueret̃. c. talenta donaſſe atq; cum pheroras diceret quid enĩ
per nos lędabatur: reſpondiſſe Antipatrum utinam cunctis ablatis nudos ſe dummodo
uiuos relinqueret. uerum hoc nequaq̃ fieri poteſt ut tam peſtiferã beſtiam quiſquã effu
giat: ſub qua nec amicis eſſe palam liceret. Deniq; nunc occulte inquit conuenimus: lice
bit autem aperte ſi uiroꝝ ſpiritum manuſq; habeamus. Hæc in tormentis ancillæ prodi
derunt: & ꝙ pheroras cum illis petram fugere cogitaſſet: ut omnibus autẽ dictis hero-
des crederet. c. talentis effectum eſt. De his enim ſoli antipatro dixerat. Igitur ante alios
in doſiden antipatri matrẽ furor eius erumpit: eamq; omni ornatu quẽ illi dõauerat ſpo
liatam multis comparato talentis expellit. Deinde ita depoſita pherore mulieres a tor-
mentis recreabat. Timore autem pauidus erat & ad omnes ſuſpitiões excitabatur mul
toſq; innocentes metu ne quẽ nocentiũ pretermitteret in tormẽta ducebat. Hinc ad ſa
maritã ſe conuertit antipatrũ qui procurator erat antipatri: & ex illius cõmentis compe
rit necandi ſui cauſa ex ægypto antipatrũ uenenũ malũ petiiſſe per aliquẽ antiphili col
legã: idq; ab eo antipatri auũculũ accepiſſe heſdionẽ ac pherore tradidiſſe. cui mãdaſſet
antipater: ut Herodem occideret: dũ ipſe romæ abeſſet: ac ſuſpitione careret: pherorã ue
ro uenenũ uxori ſuæ dediſſe ſeruandũ. Itaq; hanc euocatã ſtatim rex quod acceperat af-
ferre iubet. Illa uero quaſi allatura egreſſa de tecto ſe præcipitẽ dedit: ut eo modo expro
brationis & regis uerbera preueniret. Sed dei prouidẽtia ſicut apparet quæ ab antipatro
poenas repeteret non in caput: ſed in alterã delata partẽ periculũ mortis euaſit. Portata
q; ad regem ubi reſipiſcere potuit. Nã caſus eã perturbauerat: & quamobrẽ ſe pręcipi-
taſſet iterrogata iurãte rege: ꝙ uera dicenti remitteret omne ſupplicium: ſin falſa prome
re maluiſſet: corpus eius tormẽtis abſumeret. Neq; ſepulturę qcq̃ relinqueret: pauliſper
tacuit. Deinde qd inquit ſecreta cuſtodio cũ pheroras obierit Antipatro qui nos oẽs pdi
dit ſeruatura? Audi rex & tecũ deꝰ teſtis ueritatis qui falli nõ põt. Cũ pherore morituro
lachrymãs aſſiderẽ: tũc ille me ad ſe uocauit: & multũ inqt de mulier fratris erga me aio
ſum deceptus. Nã qui ſic me diligeret inuiſum habui: & necare cogitaui: q tãto nũc mei:
licet nec dum mortui: dolore cõfundit̃. Sed ego qdem ob impietatẽ preciũ fero: tu uero
quod in eum ſeruas relictũ nobis ab Antipatro uenenum huc affer properet meq; uiden
te conſume: ne ad inferos quoq; ultricem huius ſceleris conſcientiam deferam. Ita ut iuſ-
ſit attuli: & magnam quidem ueneni partem ſub obtutibus eius in ignem effudi: modi

cum uero mihi per dubios caſus & quę te metuerē reſeruatū. His dictis illa quidem oſno paululū quiddam ueneni habētem pixidem profert. Rex quidem in matrem fratremq; Antiphili contulit queſtionē. Verum hic quoq; antiphilum ex ęgypto attuliſſe pixidem fatebatur: illumq; uenenū a fratre apud Alexandriā exercente medicinā accepiſſe dicebant. Totū autem regnum circūeuntes Alexandri & Ariſtoboli manes ipſi erant incertarū rerū exploratores atq; indices: & a ſuſpitionib9 rēotiſſimas approbatiōes trahebāt. Deniq; etiam pontificis filiam mariannē conſciā eſſe maleficiorū patuit. Hoc enim totis eius fratribus demonſtratū eſt. Rex aūt matris audaciā filii quoq; penuria coercuit. Nam quē illa pepereat herodē Antipatri ſucceſſorē ſcriptū ex teſtamento deleuit. Poſt hæc ēt Batillus nouiſſima conſiliorū antipatri fides documentis acceſſit. Nanq; is erat quidem libertus eius: aliud autem uenenū ferens: hoc eſt aſpidum uirus: aliorūq; ſerpentum ſucos: ut ſi prius fuiſſet inualidum: hoc ſe pheroras cum coniuge in regem armaret. Idem uero præter ſuſceptam contra ſalutē patris audaciā uelut operam ſubſciſiuā habebat epiſtolas aduerſum fratres cōpoſitas ab Antipatro. Erant aūt romæ in ſtudiis archelaus & philippus iam adoleſcētuli magniq; animi regis filii quos antipater uelut imminentes ſpei ſuæ remouere feſtinans: quaſdā in eos litteras ipſe finxit amicorū nomine romæ degentiū. Nonnullis aūt corruptis ſcribere perſuaſit. q multis patrē maledictis carperent: Ac de Alexandri & ariſtoboli nece manifeſte quęrerentur: ſeq; accitos eſſe grauiter: iam enim pater eos redire pręceperat: idq; maxime ſollicitabat Antipatrū. Quinetiam priuſquā pficiſceret in iudęa cōſtitutus Antipater: eiuſdem modi contra eos romæ litteras mercabatur: patrem adeundo uitandæ ſuſpitionis cauſa fratres purgare ſimulabat: quędam falſa ſcripta: quędam uero adoleſcentię peccata eſſe cōmemorans. Quo quidem tempore ſcriptorib9 epiſtolarū quas in fratrum perniciē ſimulabat: plurimis pecuniis datis ſumptum cōfundere tentabat indicia. ueſtem precioſam: uariaq; ſtragula: poculaq; argentea: necnon & aurea cōparando: aliaq; plurima inſtrumēta: ut preciorū magnitudine mercedes falſariis erogatas cęlaret. Deniq;.cc. talenta retulit expēſa & maxima fuit occaſio cauſa ſillei. Vniuerſis autē malis eius tunc minoribus maiore cōceptis: cum omnia quidem tormenta de parricidio: epiſtolę uero de iteratis fratricidiis conclamarent. Nemo tamen ex iudęa uenientiū: quo in loco fortunæ domus eſſent nunciauit: quāuis inter ſcelus probatū & eius reditum ſeptem menſiū interualla fluxiſſent. Ita erat inuiſus omnib9. Fortaſſe autē etiam quibus indicandi uoluptas fuit: per interfectorū fratrum manes obmuteſcebant. Deniq; Romam litteras miſit continuo ſe cōuenturū eſſe: quodq; honorifice dimiſſus eſſet a cæſare nuntians. Rex autem inſidiatorum manus tenere deſiderans: timenſq; ne ſi quid præſciſſent forte cauerent ipſe quoq; litteris beniuolentiam ſimulans: & alia familiariſſime ſcripſit: & ut reuerſionē ſuam maturaret orauit. Nam ſi properaſſet matris ſuæ quoq; offenſionē poſſet componere: quā expulſam eſſe non ignorauit Antipater. Primam quidē de morte pherore acceperat epiſtolam apud tarentū cumq; uehementer luxerat: id aūt nonnullis de patruo laudabile uidebat: ſed quātum intelligi datur cauſa doloris erat q inſidię pro uoto non ceſſerant. Neq; tam pheroram flebat quā maleficiorum miniſtrum. Præterea metus eum quidā ob ea quæ confecerat occupabat: ne quando forte deprehenderetur uenenū: Tum aūt in Cilicia patris epiſtola ſibi reddita quam ſupra memoraui: ſtatim quidē feſtinabat: ſed poſtq̄ in celenderim delatus eſt: ſubit eum quædam materni caſus cogitatio anima iam per ſemetipſam diuinante. Et amicorum quidem prudentiores ei ſuadebant: ne prius patrem conueniret: quā pro certo cognoſceret. quibus ex cauſis matrem ſuam repudiaſſet. Nanq; timere ne forte criminationes eius auctæ fuiſſent. Minus autem prudentes & uiſendæ pa-

triæ cupidi magis quã ꝙ antipatro eſſe utile cõſiderantes ut properaret monebant: ne
ex ipſa mora & patri cauſam prauæ ſuſpitionis & calũniam præberet calumniantibus.
Nunc enim ſi quid motum eſt in abſente eſſe factum nec eni pręſente illo quẽquã id au
ſurũ fuiſſe. Abſurdum enim uideri propter ſuſpitiones icertas certis bonis carere. Neq;
enim mature ſe patri reddere: ab eoq; regnum accipere quo ſolo ipſe niteretur. Paruit his
antipater impellente fortuna trãſmiſſuſq; in ſebaſtum cęſarię portũ defertur. Occurrit
autem illi pręter opinionẽ maxima ſolitudo: cum oẽs eum deuitarent: nulluſq; auderet
accedere. Nam & ſi ſemper ęque inuiſus erat odio tamen ut proderetur: tunc data liber
tas eſt. Multos autem auertebat ex rege formido: quoniã cunctas iam ciuitates de anti
patro fama repleuerat: ſoluſq; de ſe quid ageretur antipater ignorabat. Nec enim uel cla
rius eo quiſquã deductus eſt: cũ romam nauigaret: uel ignobilius inde ſuſceptus eſt. Eni
uero clades ille domeſticas itelligẽs calliditate celabat: metuq; pene mortuus uultu cõ
fidentiã ſimulabat. Et neq; fugę ſpes ulla erat; neq; ex circũſtantib9 malis emergere po
terat: certũq; nihil ei de domo ne ibi quidẽ nũciabatur: id enim regis interminatio prohi
buerat. Vnde interdũ etiã ſpes eũ pertentabat hilarior: aut nihil eſſe deprehenſum: aut ſi
quid eſſet. Hoc ſeſe ĩpudentia ſua diluiturũ ac dolis quę ſola inſtrumẽta ſalutis haberet.
Itaq; his armatus ſine amicis in regiã uenit ꝙ a prima ianua cũ iniuria ſunt repulſi. For
te autẽ Varus ſyriæ rector intus aderat. Ingreſſus inde ad patrẽ confirmatuſq; audacia
uelut eius ſalutãdi cã ꝓpius accedebat. Cũ ille obiecta manu & capite declinato excla
mabat. & hoc parricidæ eſt ut me amplexari uelis: qui tot maleficiis inuolutus corruptũ
habes impium caput: neq; me attingas priuſq̃ criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudi
ciũ & iudicẽ qui opportune præſto eſt uarum. Vbi & quemadmodũ te purges in diem
craſtinum meditare. Nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc metu obſtu-
pefactus Antipater quia reſpondere nihil potuit; reuerſus eſt. Cum autem ad eum ueniſ
ſet mater & uxor cunctas enim probationes expoſuerũt. Tumq; recepta mente quo pa
cto ſeſe defenderet cogitabat. Poſtero aũt die rex exhibito propinquoꝝ atq; amicoꝝ con
ſilio antipatri quoq; amicos uocat. Ipſe aũt cum Varo reſidens: cũctos iudices iuſſit ad-
duci in quibus erant ſerui matris antipatri quidã pridem comprehenſi qui ab ea litteras
ad eum portauerunt huiuſcemodi. Quoniã illa omnia patri tuo cognita ſunt: caue ne ad
eum uenias: niſi aliquod auxiliũ a cæſare impetraueris. Itaq; is una cum aliis introductis
ingredit᷑ Antipater. Cunq; pronus ante pedes patris cecidiſſet: oro inquit pater ne quid
de me præ iudices: ſed integras aures ſatiſfactioni meę prębeas. Demonſtrabo enim me
innoxiũ ſi tu uelis. Ille aũt magna ei uoce impetrato ſilentio ad Varum locutus eſt: ꝙ &
tu uare & quilibet iuſtus iudex antipatrũ morte dignum iudicauerit certe ſcio. Vereor
autẽ ne mea quoq; tibi ſit inuiſa fortũa omniq; calamitate dignũ depures qui tales filios
genuerim. An qui magis hoc tibi miſerãdus uideri debeo: ꝙ erga tam ſceleſtos indulgẽ
tiſſimus pater fui. Nã illis prioribus adhuc adoleſcẽtulis regnũ detulerã eoſq; romę edu
catos amicos cæſaris feceram. Sed quos aliis inuidendos Regibus æmulandoſq; cõſtitui,
meę ſalutis hoſtes iueni quoꝝ tamẽ iteritus Antipatro magis profuit. Iſti enim ꝙ adole
ſcens & ſucceſſor meus futurus eſſet maxime ſecuritas quęrebat᷑. At uero hic adoleſcen-
tulus belua patientia mea pluſq̃ neceſſe expletus in me ſatietatẽ ſuã profudit: eiq; diu ui
uere ſum uiſus. meãq; ſenectutẽ grauiter tulit rexq; fieri nõ niſi parricidio paſſus eſt: quæ
quidẽ nõ ꝑfecto iniqua rõne cogitauit: ꝙ ex agro abiectũ reduxeri: & excluſis quos mi
hi regina ꝑpereat filiis regni mei uicariũ declarauerim. Equidẽ tibi uare cõfiteor meę mẽ
tis errorem. Ego illos cõtra me filios irritaui qui antipatri gratia ſpes eoꝝ iuſtas abrupi.
Quid enim tantũ de illis quantũ de iſto bene ſum meritus: cui uiuus et poteſtatẽ meam

pene conceſſi. aperte aũt regni ſucceſſionẽ teſtamento reliqui: & pręter deſtinatos ei ſeparatim quinquaginta redditus talentoꝝ ſumptum paſſim mea pecunia ſubminiſtraui: ac nuper Romã quoq; nauigaturo dedi. ccc. talenta quẽq; ſolum ex omni familia mea tanq̃ patris ſeruatorẽ celari cõmendaui. Aut quid illi tantum ſceleris quantum antipater admiſerunt: quod ne de his habui tale iudicium quales demonſtraui huius inſidias: at ẽt probo qui auſus eſt aliquid parricida rurſumq; ueritatem dolis quęrat obtegere: quod tibi Vare cauendum ſit. Nam ego iſtam beluam noui: & quã ſit uериſimilia dicturus: iam nunc proſpicio fletuſq; ſimulatos. Hic eſt qui me quondam monebat ut uiuum Alexã drum cauerẽ. neq; meum corpus omnibus crederẽ. Hic eſt q uſq; ad cubile meũ ſolebat ingredi & circũſpicere ne quis mihi pararet inſidias. Hic ſomni mei cuſtos erat. & ſecuritas dator qui conſolaretur ſomniũ peremptoꝝ & uiuentium fratrum beniuolentiã diiudicaret. Hic propugnator & ſatelles meus. Cum eius calliditas Vare in mentẽ uenerit: & quemadmodũ ſingula ſimulaſſet uix me credo uiuere tanq̃ grauẽ inſidiatorẽ quo pacto effugerim miror. Verũtamen quia fortuna quędam excitat contra me domum meam mihi amiciſſimi ſemper infenſi ſunt: ego quidẽ fatorũ iniquitatẽ flebo: & mecũ ipſe ſolitudinẽ gemam. Nemo aũt qui meum ſanguinẽ ſitierit ebibetur: etiã ſi per omnes filios meos indicia uentura ſint. Hęc dicens ipſe quidẽ interrupto ſermone tacuit dolore confuſus. Nicolao aũt uni ex amicis probationes iuſſit exponere. Inter hęc aũt. Antipater ſublato capite: cum proſtratus ante patris pedes maneret exclamat. Tu pater meas partes defendiſti. Nam quomodo ego parricida quem tu ſemp ſeruatorẽ te habuiſſe cõmemoras. Aut ſi ficta ut dicis ſimulataq; mea pietas fuit. Cur in aliis tam callid9 in hec adeo demens fui: ut non intelligerẽ ꝙ ſi homines lateret tanti ſceleris cogitatio: cęleſtẽ latere iudicẽ omnino non poſſet: qui ubiq; preſto eſſet: & cuncta conſpiceret. An fratrũ exitum ignorabã: quos ob ea deus ultus eſt: quæ de te male tractauerant? Quid autem fuit cur me tua ſalus offenderit? Spes regni? Sed regnabã. Odii ſoſpitio? Sed diligebar. An ex te metus aliquis? An quin tui ſeruans aliis timẽdus erã? Sed egeſtas cauſa fuit? multo minus. Quis enim magis expenſarũ habuit ptãtem? Si aũt oĩum hominum perditiſſimis eſſem: immaniſq; beſtię animũ gererẽ: certe manſueti patris beneficiis uinceret: quẽ ſicut tu dixiſti reduxeris: totq; filiis antepoſueris uiuuſq; Regẽ declaraueris: aliorumq; bonorum magnitudine reddideris inuidendũ. O me miſerũ acerbiſſimamq; peregrinationem meam: quam longum laboris tempus: magnumq; inſidiantibus ſpatium præbui. Sed tantum tibi pater tuiſq; rebus aberam: ne Silleus tuam contemneret ſenectutem. Roma mihi teſtis eſt pietatis: & princeps orbis terrę cæſar: qui me patris amatorem ſępe uocitabat. Accipe pater has eius litteras fictis in me criminatiõibus uerioreſ: hiſq; me defendo. Hæc affectus erga te mei argumẽta certiſſima recordare: quã ingrate hinc nauigantẽ ſcis: latẽtes in regno cõtra me inimicitias nõ ignorantẽ. Tu pater inuitus me pdidiſti: tu cõpuliſti ut darẽ accuſandi tempus iuidię. Verũ ad indicia ueniã. Ecce adſum terra mariq; nihil uſquã parricida perpeſſus. Sed nondũ me hoc argumẽto diligas. Nam & apud deum & apud te pater condemnatũ me eſſe ſcio. Condẽnatus deprecor ne alioꝝ tormẽtis fidẽ habeas in me feratur ignis: p uiſcera mea pergãt iſtrumenta pœnarum: ne parcas ſceleſto corpori. Nam ſi parricida ſum tormẽtorũ expers mori nõ debeo. Talia cũ lachrymis atq; ululatu uociferans: & omnes alios & Varum ad miſericordiam ꝓuocauit: ſolum autẽ Herodem quo minus fleret iracũdia continebat documentis ueris intentum. Ibi autem Nicolaus iuſſu regis multa de Antipatri calliditate præfatus & miſericordiæ ſpem ſuſtulit: & accuratiſſimam accuſationem inſtituit: cuncta quidem regni maleficia illi aſcribens: maxime uero fratrum interitum: quos ipſius

calumniis interfectos eſſe demonſtrans etiam ſuperſtitibus eũ inſidiari quaſi ſucceſſiõis captatoribus affirmabat, Nam qui patri uenenũ paraſſet multo minus a fratrib⁹ abſtineret. Cũ aũt ad ueneni probationes ueniſſet: per ordinẽ proferebat indicia: etiã de phecrora crimen exaggerans ueluti illum quoq; antipater fratricidam feciſſet: corruptiſq; regis amiciſſimis ſcelere oẽm domũ repleuiſſet. Atq; ita multis aliis dictis exprobratis po rauit. Varus autẽ cum reſpondere iuſſiſſet antipatrum & ille nihil aliud elocutus: quam deus teſtis eſt innocẽtiæ meæ ſileus iaceret: uenenũ petiit: idq; alicui damnatorũ capitis ex cuſtodis bibendũ dedit: eoq; ſtatim mortuo quędam in ſecreto cũ Herode ſermocinatus geſta in concilio cęſari ſcripſit. Poſteroq; die ide diſceſſit nihiloq; minus Rex Antipatro uinculis tradito cladis ſuę nuntios ad cęſarem miſit. Poſt hęc etiam Salomẽ appetiſſe inſidiis arguebatur Antipater. Quidã enim de ſeruis Antiphili Romã uenerat epiſtolas ferens alicuius Acmes nomine ancillæ iulię. quibus ad regẽ ſcriptis idicauerat Salomes epiſtolas inter litteras iuliæ repertas clã ei beniuolẽtię cauſa miſſæ. Ipſius aũt Salomes epiſtolis & maledicta in regẽ acerbiſſima: & accuſatio maxima cõtinebatur. Sed omnes antipatro erant fictæ. Iſq; acmen pecunia corruptã ad Herodem eas mittere perſuaſerat. Epiſtola enim eiuſdem mulierculę ad ipſum ſcripta id prodidit cui⁹ uerba hęc ſunt, Sicut uoluiſti patri tuo ſcripſi: & illas epiſtolas miſi: certo ſciens regẽ ſorori ſuę minimæ poſſe parcere: ſi eas recitauerit. Bene autem facies ſi conſumatis oibus pollicitationũ tuarũ memor fueris. Hac epiſtola & quę in ſalomẽ ſunt cõpoſita deprahẽſis regẽ ſubiit cogitatione forte etiam Alexander falſis epiſtolis fuiſſet oppreſſus. quodq; pene ſororem ꝑpter Antipatrum occidiſſet anxius erat. Itaq; non eſt ultra cunctatus: quo minus ab eo ſumeret oĩum cauſa ſupplicium: ſed ne propoſitis ſatiſfaceret graui morbo impeditus eſt. De acme tamẽ ancilla & in ſalomen factione cõflata dedit litteras ad cæſarẽ: ac propterea teſtamẽto mutato exemit nomẽ Antipatri regemq; ſcripſit ex archelao & philippo natu maiorem. Nam & hos antipater inſimulauerat. Cęſari autẽ poſt alia pecuniaria munera mille talenta: & uxori eius ac filiis itemq; amicis ex libertis prope. l. cęteris omnibus agrorũ: & pecunię non parum diſtribuit: ac ſororẽ ſalomẽ clariſſimis donis honorauit. In teſtamento quidẽ iſta correxit. Morbus autem ingrauẽſcebat q eũ ſenectus pariter ac mœror urgebat: & annos iam. lxx. natus: & filioꝝ cladibus animum adeo habebat afflictũ. ut nec in bona ualitudine quicq̃ iocunditatis admitteret. Acriorẽ aũt faciebat egritudinẽ q Antipater uiueret. Hũc enim nõ opere ſuperuacuo: ſed cũ ipſe conualuiſſet cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit ẽt populi quidam tumultus. Erant in ciuitate ſophiſtę duo qui ſumme ſcire leges patrias uidebantur. Et propterea per oẽm gentẽ maxima gloria prædicabantur: iudas fili⁹ ſepherei: & alter magnali mathias. Hos nõ pauci adoleſcentium ſectabantur: cum leges exponerent: & in dies ſingulos puberũ exercitus congregabant. Qui cum regem audiſſent mœrore ac morbo tabeſcere: apud notos loquebanẽ opportunum iam tẽpus eſſe ut deus uindicaretur: fabricataq; aduerſus leges patrias opera deſtruerentur. Siquidem in tẽplo nefas ſit: imagines aut uultus aut cuiuſlibet animalis cognomine ſimulachrũ haberi. Hoc ꝑpterea dicebatur q ſupra maximã portã templi rex aquilam collocauerat auream. Eamq; tunc monebant ſophiſtæ ut tollerent pulchrũ eſſe dicentes: etiã ſi quod inde periculum iminueret: pro legibus patris mori nõ recuſare. Sic enim decedẽtibus & aĩam immortalẽ & bonaꝝ rerum ſenſum manere perpetuo: minus autem fortes: & ſapientiæ ſuæ neſcios amare animã: imperitia magiſq; morbo cupere quam uirtute defungi. Dũ hoc illi diſſererent rumor ſubito peruagaẽ regẽ fereiam mori. Vnde ẽt confidẽtius adoleſcentes conamen adorti ſunt: ipſoq; meridie cum plurima multitudo uerſaretur in tẽplo: craſſis di-

miſſi funibus aquilã ex tecto aureã ſecuribus abſcindebant. Quare ſtatim regis duci nũ
ciata: non parua ille manu comitatus ad templũ cueurrit: & prope ad quadraginta iuue
nes cõpræhenſos regi exhibuit. Qui primũ interrogati an aquilã ipſi auream concidere
auſi eſſent feciſſe confeſſi ſunt. Deinde quo iubente lege patria reſpõderunt. Cũ uero qd
exultarent tantũ: quibus mors immineret ab his quæreret: quia poſt mortẽ bonis pluri
mis frui ſperarent aſſeruerunt. His itaq; rex cõmotus magnitudine morbũ ſuperat: atq;
in contionem ꝓcedit. deinde multũ in eos quaſi ſacrilegos inuectus: & q_ occaſione legis
patrię quædam maiora tẽtaſſent uelut impios ſupplicio dignos eſſe iudicauit. Populus
autem metu ne per multos quęſtio iret precabatur ut primũ facinoris ſuaſoribus dein
de in eo compræhẽſis pene ſubditis cæteris indignationẽ remitteret. Tãdem igitur exo
ratus: & ipſos rex qui funibus demiſerant cum ſophiſtis uiuos incẽdit. Et reliquos q una
cõpręhenſi ſunt: obtruncandos carnificibus tradidit: Hinc totũ corpus morbo occupa
tũ uariis doloribus afficiebatur. Nã febris quidẽ non mediocris erat: prurigo aũt intole
rabilis habebat oẽm corporis ſuperficiẽ. Aſſiduis enim uexabatur colli tormẽtis: pedeſ
q; tanq̃ ex intercutis uitio tumuerant. Quin & iflatio uẽtriculi putredoq; teſticuloꝝ uer
miculos generans: ac præterea creber anhelitus: & irrupta cum ſuſpiria: membrorũq;
omniũ contractio fatigabat: ut qui hæc ad diuinitatẽ referrent pœnas eas eſſe dicerent
ſophiſtarũ. Ille aũt quamuis cum tot uitioꝝ cruciatibus luctaretur: uitæ tantũ cupidus
erat: & remediis excogitatis ſalutem ſperabat. Deniq; iordanẽ trãſgreſſus apud calliro
en aquis calidis utebatur: quę in lacum feracem bituminis quæ aſphaltidis uocatur ef
fluentes pro dulcedine potui ſunt. Vbi autẽ corpus eius q_ medicis oleo calidiori foueri
placuerat in arcam plenã demerſum ita diſſolutũ eſt: ut ẽt lumina quaſi mortuus reſolu
ta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant ad clamorẽ quidem illorum reſpice
re iuſſus eſt. Deſperata uero ſalute militibus quinquagenas dragmas multam q; pecuni
am rectoribus atq; amicis diuidi iuſſit. Cum autẽ rediens & ad hiericunta ueniſſet, atra
iam bili correptus: & pene ipſi morti minitabatur: factum nephariũ excogitauit. Colle
ctos enim cuiuſq; uici & oĩ iudæa nobiliores in locum cui nomen eſt hippodromo cõclu
di pręcepit. Deinde ſalome ſorore & Alexandro marito eius ad ſe uocatis ſcio inq̃t mor
tem meam feſtis gaudiis celebraturos eſſe iudeos. Verũ per alios lugeri potero & præ
clariſſimos honores ſepulturæ conſequi ſi quę præcipio feceritis: Hos uiros qui habẽtur
in cuſtodia cum aĩam efflauero ſtatim militibus circundatos occidite: ut etiam in uita
omnis mihi iudęa: omniſq; domus illachrymet. Et ſimul his mandatis legatorũ quos
romam miſerat epiſtolę ſunt allatę: quibus acmen ancillã iuſſu cęſaris interemptam: &
antipatrum morte damnatũ eſſe iudicabat. Qui & ſi pater eum in exilium dare mallet:
id quoq; permiſiſſe cæſarem ſcriptum erat. Herodes autem paululũ hoc nuntio recrea
tus doloribuſq; rurſum uictus. Nam inedia tuſſiſq; pariter uiolentia diſtendebatur fatũ
pręuenire conatus eſt: ſumptoq; malo etiam cultellum popoſcit: ſectum enim comedere
conſueuerat. Deinde circũſpecto ne quis arbiter impediret: tanq̃ ſe percuſſurus dexterã
ſuſtulit. Cum uero Aciabus conſobrinus eius adcucurriſſet: manũq; cõtinuiſſet: ululatꝰ
maximus in regia ſtatim quaſi rex mortuus eſſet excitatus eſt. Eoq; propere audito An
tipater fiduciã repetit: Letuſq; iam cuſtodes promiſſa etiam pecunia rogabat ut ſe ſolue
rent atq; dimitterent: quod eorũ princeps non ſolũ ne fieret obſtitit: ſed etiam regi uelo
citer nunciauit. Ille aũt fortius exclamans q̃ uires ęgrotantis ualebant, continuo ſatelliti
bus miſſis occidit antipatrum: mortuũq; ſepeliri præcepit in hyrcania. Deinde rurſum
corrigit teſtamentum: & ſucceſſorem quidem Archelaum natu maximum Antipę fra
trem ſcripſit: tetrarcham uero Antipam. Poſt interitum autem filii quinq; diebus exa

ctis moritur: annos quidem triginta quattuor ex quo interfecit Antigonū regno potitus
triginta & ſeptem poſtq̄ rex a Romanis declaratus eſt. Et in aliis qdē oibus ſecūda for
tuna uſus eſt ac ſi quis alius. Regnū enim quod priuatus ſibi queſierat tanto cōſeruato
tempore filiis ſuis reliquit. In rebus aūt domeſticis infoeliciſſimus fuit. Salome autē an
tequā reſciſceret mortē regis exercitus cum marito progreſſa uinctos abſoluit: quos oc
cidi mandauerat: ipſum dicens mutaſſe conſiliū & unumquenq; iuſſiſſe domū dimitti.
Atq; ita his abeuntibus militibus indicatur. Quibus in contionē cum alia turba in Am
phiteatrum apud hiericunta collectis. Ptolomaeus annuli regis cuſtos: quo ſignare ſoli
tus erat: & fortunatū illū eſſe coepit dicere: & multitudinē conſolari. Relictamq; ab eo
militibus epiſtolā recitauit in qua multū rogabat: ut beniuolo animo ſucceſſorē ſuū fo
uerent. Deinde poſt epiſtolam teſtamentū legebat: in quo philippū quidem haeredem
trachonidis proximarūq; regionū. Tetrarcham uero ſicut ſupradiximus Antipam Re
gem aūt Archelaum ſcripſerat: eidēq; anulū ad caeſarē ferre mādauerat: obſignatamq;
regni adminiſtrati notitiam. Omniūq; nāq; diſpoſitionū ſuarū dominum & cōfirmato
rē caeſarem eſſe uoluit: cętera uero ſeruari iuxta ſuperius teſtamentū. Quo perlecto con
feſtim clamor ſecutus eſt oium Archelao gratulantiū: militeſq; per cuneos & populos
adeuntes ſuamq; ꝓmittebant deiq; beniuolentiā precabantur. Hinc ad ſepeliendū re
gem operā contulerunt. Nihil aūt munificentiae praetermiſit Archelaus: ſed omnē orna
tum extulit regium i funeris pompa ducendū. Lectus quidem totus erat gemmis auro
q; diſtinctus: thorus aūt purpura uariatus: corpuſq; ſuper eum uelatum itidem purpura.
Capiti autem diadema erat impoſitū. Corona uero deſuper aurea: ſceptrūq; ad dexterā:
& circa lectū filii cū propinquis. Preterea ſatellites agmenq; tetrarchium: germaniq; &
galathae uelut ad bellū inſtructi oēs antecedebāt. Caetera uero militū manus armata
duces ſuos ordinūq; principes ſequebantur. Quingēti autē ſerui ac liberti odores fere
bant corpus aūt per. cc. ſtadia portatū eſt in caſtellū Herodion ibiq; ſecundū ipſius re
gis mandata ſepultū eſt. Et Herodis quidem hic finis fuit.

DE BELLO IVDAICO. LIBER SECVNDVS INCIPIT.

Capitulum Primum.

TVrbaq; autem nouarū principiū fuit Archelao romā ꝓficiſcendi ne
ceſſitas. Diebus enim ſeptē in lugendo patrē conſumptis: epuliſq;
ferialib9 ꝓlixe populo exhibitus. Hic aūt mos apud iudeos neceſſa
rios multos ad inopiā redegit. Nā qui eū neglexerit impius eſtima
bit: & cādida ueſte indutus ꝓcedit ad tēplū. Ibiq; uariis fauoribus ex
cept9 a plebe ipſe quoq; in excelſo tribūali ſolioq; aureo reſidēs hu
māiſſime uulg9 admiſit: eiſq; & q̄ ſepulturā patris ſedulo curauiſſent gratias egit: & q̄
ſibi quaſi certo iā regi magnos honores adhibuiſſent. Verū ſe tñ ait nō poteſtate ſolū īte
rim: ſed ēt ipſo regis noīe tēperare: donec a Caeſare ſibi fuerit cōfirmata ſucceſſio: qui ēt
teſtamēto regꝭ eſſet oium dñs conſtitutus. Iccirco eni ſe apud hiericūtha uolūtati exerci
tus reſtitiſſe cū ſibi diadema uoluiſſet imponere. Cęterū alacritate ac bēiuolentia aeque
militibus ēt populo plenā ſe uiciſſitudinē relaturū ſi ab his quorū etiam imperiū certus
rex declaratus eſſet: ſtudiūq; ſibi eſſe: ut erga illos rebus omnibus patre melior appare
ret. His gauiſa multitudo ſtatim eius mentē magnis tētare petitionib9 coepit. Nāq; alii
tributa leuari: alii uectigalia tolli: quidā ſolui cuſtodias acclamabant. Cūctis aūt poſtu

latis in gratiã populi facile annuebat archelaus. Deinde celebratis hoſtiis cum amicis
erat in epulis. Ecce autẽ ſubito poſt meridiẽ congregati non pauci nouarũ rerũ ſtudioſi:
ubi cõmunis luctus de rege ceſſauit: propria lamenta ſuſcipiũt flentes eoꝶ caſum quos
propter abſciſſam ex porta tẽpli aquilã aureã Herodes morte damnauerat. Dolor autẽ
nõ occultus erat: ſed clariſſimis queſtibus fletuqꝫ iuſto & plãctu ciuitas pſonabat uiro
rum cauſa uidelicet: quos pro tẽplo ac legibus patriis interiiſſe dicebant. Eorũ autem
mortis penas ab illis quos Herodes pecuniis donaſſet repetendas eſſe clamitabant:
ac primũ quẽ his cõſtituerat pontificẽ reiiciendũ: aliũqꝫ pietate preſtantẽ: magiſqꝫ pu
rum cooptari debere. Quibus & ſi mouebatur Archelaus ad ultionẽ: tamẽ eum profe
ctionis feſtinatio cõtinebat metuens ne ſi multitudinẽ reddidiſſet inimicam: motu eius
impendiret. Quamobrẽ monendo magis quã ui experiebatur ſedare turbatos: miſſoqꝫ
magiſtro militũ ut quieſcerent rogabat. Sed illũ ſeditionis authores ubi ad templũ ue
nit: priuſqꝫ uerbũ faceret: lapidibus perturbarũt: & aliis poſt eũ mulcendi ſui gratia miſ
ſis: multos enim allegabat Archelaus iracunde oĩa responderũt. Neqꝫ ſi numero aucti
fuiſſent: ocioſi fore uidebant. Itaqꝫ inſtante azimorũ die feſto qui apud iudeos paſcha
uocitatur: plurima uictimarũ copia plenus: infinita qdem ad tẽplum ex agris multitu
do religionis cauſa deſcendit: eũ illi qui ſophiſtas lugebant: in tẽplo conſiſterent nutri
menta ſeditioni querentes. Hoc aũt metu archelaus anteqꝫ omnẽ populũ morbus iſte
corrũperet: cohortẽ militum & chiliarchum qꝫ etiam ſeditionis principes comprehende
rent eo dirigit: contra quos omne uulgus excitatum multos lapidum ictibus interfecit.
Sautius uero Chiliarchus uix elabitur. Et illi quidem ſtatim ueluti nihil mali actum eſ
ſet ad celebranda ſacra conuerſi ſunt. Sed Archelao ſine cede iam multitudo compri
mi poſſe nõ uidebatur. Quamobrem totum illis immiſit exercitum pedites per ciuita
tem ſimul oẽs equiteſqꝫ per campum qui cũ ſacrificiis occupatos ſingulos inuaſiſſent: ꝓ
pe ad .ix. milia hominum occidunt: reliquã uero manũ per muros proximos deiecerunt.
Preconesautẽ ſequebant Archelaũ iuſſu eius unũquemqꝫ ut domũ rediret admonen
do. Itaqꝫ cuncti neglecta diei feſtiuitate abiere. Ipſe autẽ cũ matre necnon & popla &
Ptolomeo & nicolao amicis ad mare deſcendit relicto Philippo regni procuratore: itẽ
qꝫ rerum familiariũ curatore. Vna uero egreſſa eſt cũ filiis ſuis Salome fratriſqꝫ regis fi
lii generqꝫ: ſpecie quidẽ uelut Archelao ad ſucceſſionẽ firmandam adiumento futuri: cer
ta uero cauſa que contra leges in templũ admiſſa fuerant delaturi. Interea fuit illis Ce
ſarie obuiam ſabinus ſyrie procurator ad iudeam ueniẽs ad pecunias cuſtodiendas he
rodis. Quẽ ulterius progredi uariis inhibuit multis accitus Archelai precibus interce
dente Ptolomeo. Et tunc quidẽ ſabinus in gratiã Vari neqꝫ ad arcas uenire properauit:
neqꝫ theſauros paterne pecunie clauſit Archelao: ſed uſqꝫ ad cognitionẽ Ceſaris ſe otio
ſum manere pollicitus apud ceſariã commorabatur. Poſtea uero quã ſibi obſtantium
unus Antiochiã petiit: alter hoc eſt Archelaus romã nauigauit: mature profectus in hie
roſolymã regiã tenet: cuſtodũqꝫ principibus idẽqꝫ diſpenſatoribus euocatis: rationes pe
cuniarũ diſcutere conabatur: & arcas occupare tentabat. Non tamen immemores Ar
chelai mandatorũ cuſtodes erant ſed in obſeruando ſingula queqꝫ perſeuerabant: cãm
cuſtodie magis Ceſari quã archelao tribuentes. Cũ hoc autẽ antipas quoqꝫ de regno
certabat: poſteriore ſuperius herodis teſtamentũ firmus eſſe defendens in quo res ipſe
antipas fuerat ſcriptus: eiqꝫ tam Salome qꝫ multi alii cognati qui cum archelao nauiga
rent ſuffragio eſſe promiſerãt. Ducebant autem ſecum fratrẽ matrẽqꝫ nicolai Ptolemei
in quo pro fide apud herodẽ probata non nihil uidebat eſſe momenti. Nanqꝫ illi fuerat
amicorũ cariſſimus. Oratori autẽ hirinio ꝓpter dicendi acrimoniã plurimũ cõfidebat

unde etiã qui ſe monerent ut archelao pro ętatis merito & ſecundi teſtamenti uoluntati
cederet audiendos eſſe non cenſuit. Romę uero migrauerunt ad eũ cunctorũ ſtudia ꝓ
pinquorũ quibus inuiſus erat archelaus: quiq; pręcipue liberi omnes ſuiq; iuris eſſe cu
piebãt: & aut rõano magiſtratu adminiſtrari aut ſi hoc nõ ĩpetrarẽt antipã regẽ hẽre ad
hoc etiam ſabini ope nitebat. Antipas qui archelaũ per epiſtolas accuſauerat apud cæ
ſarẽ: antipã uero multũ laudauerat. Itaq; digeſta crimina ſalome & cęteri qui cũ ea ſenti
rent cæſari tradiderunt & poſt eos Archelaus geſtorũ ſuorũ perſcripta capitula patriſq;
anulũ per Ptolomęũ rationeſq; adminiſtrationis in tromiſit ad cęſarẽ. Ille aũt pręmedi
tatis eis quę ab utraq; pte dicerentur: ubi & regni magnitudinẽ multitudinẽq; reddituũ
animaduertit: Atq; inſuper herodis familiã numeroſam: pręlectis etiã uari ac ſabini lit
teris optimates romanorum ad cõſilium uocat. In quo tũc primũ ex agrippa quoq; ac fi
lia ſua natũ Caiũ ſedere iuſſit filium adoptiuũ: atq; ita partibus ꝓſequendi copiã dedit.
Igitᷣ Salomes filius antipater: Nanq; eis erat orator acerrimus corum qui aduerſabantᷣ ar
chelao: accuſationẽ ꝓpoſuit inſimulãs archelaũ quaſi uerbis quidẽ nunc de regno ui
deretur contendere: re autẽ uera iã dudũ rex eſſet effectus: & apud aures modo Cæſaris
cauillaretur: quẽ iudicẽ ſucceſſionis expectare noluiſſet. Nam poſt Herodis mortẽ q
buſdã ut diadema ſibi imponerent ſubornatis regis eũ more in ſolio aureo reſidentem
partim ordines militię permutaſſe: partim condonaſſe promotiones: & inſuper his oĩa
annuiſſe populo: quę uelut a rege impetrãda petiiſſet: maximorũq; reos criminũ quos
pater ſuus uinxerat abſoluiſſe quiq; iſta feciſſet: modo regni umbrã a domino poſtula
turus ueniſſe: cuius ſibi corpus ipſe rapuiſſet: ut nõ rerũ: ſed uocabulorum dominũ eſſe cę
ſarem demonſtraret. Ad hæc ei ꝙ etiã luctum patris aſſimulaſſet obiiciebat: cũ interdiu
quidẽ perſonã componeret in mœrorẽ: noctu uero ad commeſſationes uſq; potaret.
Deniq; ſeditionẽ uulgi ex hac indignatione cõflatã eſſe dicebat: totius aũt orationis ſuę
uires eorũ multitudine qui circa templũ cęſi fuerant abſtruebat. Hos enim ad diem fe
ſtũ quidẽ ueniſſe: ad hoſtias uero quas ipſi mactauerant crudeliter eſſe iugulatos: tan
tumq; in tẽplo funerũ eſſe congeſtum quantum nullũ ab externis illatũ bellũ impla
cabile cõgeſiſſet. Itaq; huius crudelitatis Herode præſcio ne ſpe quidẽ regni unq̃ cũ di
gnum eſſe uiſum: niſi cũ ſanę mentis inops erat: anima deterius ægrotante q̃ corpore:
& quẽ in ſecundo teſtamẽto ſucceſſorẽ ſcriberet ignorabat: pręſertim qui priore teſtamẽ
to ſcriptũ incuſare nihil poſſet: ſed incolumi corpore omniq; uitio purgata mente feciſ
ſet. Vt tamen quis firmius eſſe ponat morbo laborantis arbitriũ ipſum ſe Archelaũ ab
dicaſſe regia dignitate: multis in eam cõtra leges admiſſis. Nam qualẽ fore ſi acciperet
a Cæſare principatũ: qui anteq̃ acciperet tantũ populũ peremiſſet? Multa in hunc mo
dum perſecutus Antepater multis ex numero circunſtãtium propinquorum in ſingula
crimina teſtibus exhibitis perorauit. Surrexit autẽ nicolaus defenſor Archelai & ante
oĩa cędem in templo neceſſario factã eſſe perdocuit. Nã quorũ necis argueretur: non re
gni ſolũ ſed etiã ipſius iudicis id eſt cæſaris hoſtes fuiſſe: aliorũ autẽ criminum ſuaſores
aduerſarios demonſtrauit. Secundũ uero teſtamentũ iccirco ratũ manere poſtulabat: ꝙ
Herodes in eo ſucceſſoris ſui firmatorẽ Cæſarẽ conſtituiſſet. Nã qui tantum ſaperet ut
rerum domino poteſtate ſua cęderet. Nec unq̃ in herodis erraſſe iudicio: ſed ſano corde
quẽ conſtitueret elegiſſe: qui per quẽ conſtitui deberet non ignorauit. Cũ autem omni
bus expoſitis etiam Nicolaus peroraſſet in mediũ ꝓgreſſus Archelaus ad genua cæſa
ris accedit ocius. Quo benigne a Cęſare erecto eo ꝙ paterna quidẽ ſucceſſione dignus
eſſet: oſtendit: certũ uero nihil pronuntiauit. Sed illo die dimiſſo conſilio: ſecũ ipſe de co
gnitis deliberabat: utrum ex his qui teſtamẽto cõtinerentur aliquem regni oporteret cõ

ſtitui ſucceſſorē: an toti familię diſtribui principatum. Multitudo enim perſonarū ege
re ſubſidio uidebatur: ſed anteq̄ de his quicq̄ ſtatueret a cæſare mater archelai marcha
ce morbo corrupta moritur. Et uariæ litteræ de ſyria prolatæ ſunt iudæos defeciſſe nun
ciantes q. uarus ferre proſpiciens Hieroſolymā poſtq̄ Archelaus nauigaret aſcendit ut
incenſores ſeditionis cohiberet. Et quia multitudo ceſſatura nō uidebat̄ ex tribus quas
e ſyria duxerat ſecū cohortibus unā in ciuitate reliquit; atq; ita in Antiochiā ipſe remea
uit. At ſabinus cum poſtea in Hieroſolymā ueniſſet cauſas nouarū rerū iudeis prębuit:
modo uim cuſtodibus ut Acras ſibi idest arces traderent adhibendo: nunc maligne re
gis exquirendo pecunias. Non autem ſolis relictis a Varo militibus fretus erat ſed etiā
ſeruorum ſuorū multitudine: quos etiam omnes armatos auaritiæ miniſtros habebat.
Feſto autē quinquageſima dieq; penthecoſte a iudęis uocatur: ſepties ſeptē diebus ex
actis rediens ex eorum numero uocabulū nacta nō religionis ſolemnitas populū ſed in
dignatio congregauit. Deniq; cōcurſus infinitę multitudinis ex galilea idemq; idumea
& hiericunte transiordanemq; poſitis regionibus factus eſt: cū indigena ex ipſa ciuita
te populus iudæorū & numero ſimul & alacritate præſtaret: & tripartita manu terna
caſtra collocauerunt: una in ſeptentrionali regione templi; altera in meridionali Hip-
podromū uerſus; tertiaq; in occiduo prope regiā tractu circumſeſſoſq; Romāos undiq;
obſidebant. Sabinus autē multitudine pariter eorūq; ſpiritu perterritus: crebris quidē
Varū nunciis precabatur: ut q̄ mature ferret auxilium quaſi lanianda cohorte ſi qd mo
re interueniſſet. Ipſe uero in altiſſimā caſtelli turrim: quę Phaſelus uocabat̄ euadit fra-
tris Herodis cognomine: quē Parthi necauerunt. Hinc militibus cohortis: ut in hoſtes
irruerent ſignū dabat. Nā præ timore quibus ipſe prę erat deſcendere nullus audebat.
Eius autē pręceptis milites obedientes in templū uolant: uehementiq; cum iudęis pu-
gna confligunt: inqua dum nemo deſuper adiuuaret imperitos belli peritia ſuperabāt.
Poſtea uero quā multi iudæi porticibus occupatis a uertice ſagittis eos appetebant: plu
rimi conterebantur; & neq; ex alto iaculātes ulciſci facile poterant; neq; cominus dimi
cantes ferebant. Ab utriſq; tamen afflicti ſuccendunt porticus: opere magnitudine atq;
ornatu mirabiles. Ibiq; cum multi flamma ſubito cōpręhenſi aut ea cōſumebantur: aut
in hoſtes deſilientes ab ipſis occidebant̄: alii introrſum cedentes pręcipitantur ex mu-
ro. Nonnulli deſperata ſalute incendii periculū ſuis gladiis præueniebant. Qui tamē ex
mœnibus obrependo in Romanos feciſſent impetū metu attoniti nullo negocio ſubi
gebantur; donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis theſauro dei defenſoribus
deſtitutę manus milites attulerunt: & quadringēta ex eo talenta diripuere. Quorumq;
furto ſublata non ſunt congregauit Sabinus. At iudęos multo plures: magiſq; pugnan
tes tam uirorū quā opum interitus in romanos contraxit. Obſeſſaq; regia minitabant̄
exitium: niſi quamprimū inde ſecederent: Sabino ſi uellet una cū cohorte militum abe
undi copiam pollicentes. Quibus opitulabantur regaliū plurimi qui ad eos ſponte trāſ
fugerant. Pars tamen bellicoſior. Erat ſebaſtenorū tria milia. Hiſq; rufus & gratus prę
poſiti unus peditū rector: at uero equitū rufus. Quorū uterq; ui corporis atq; pruden-
tia: etiā ſi nullam manum obedientē haberent: magnū tamen momentū belli romanis
addidiſſent. Itaq; iudęi quidē inſtare obſidioni ſimul: & caſtelli mœnia tentantes & ad
Sabinum clamātes: ut nullo impediente diſcederet: habituros tanto poſt tēpore patriā
libertatem. Sabinus autē quāq̄ optaret euadere: fidē tamen pollicitationibus non ha-
bebat: ſed eorum lenitatē inſidiarū eſſe illecebram ſuſpicabatur: ſimulq; auxiliū uari ſpe
rans obſidionis periculū perferebat. Eodē tempore per iudæam plurimis locis tumul
tus erat multoſq; ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in idumea quidem duo

milia ueteranorũ qui ſub Herode militauerunt cõgregati armis inſtructi cũ regalib9
decertabant. Quibus Aciabus regis conſobrinus ex uicis muniti ſſimis repugnabat cã
peſtre prælíũ declinando. Inferiori autẽ galileæ iuda filius Ezechiæ latronũ principis ab
Herode quõdã rege capti: qui tunc illas regiones uaſtauerat: non parua multitudie col
lecta raptiſq; regis armentariis: & omnibus quos circa ſe habebat armatis cõtra poten
tiæ cupidos manus mouebat. Trans flumen quoq; Simõ quidã ex regalibus ſeruis pul
chritudine ſimul & uaſtitate corporis fretus ĩpoſito ſibi diademate cũ latronibus quos
congregauerat ipſe circuiens: & apud hiericunta regiã: & multa alia magnifica diuerſo
ria igni corripit: facilẽ ſibi prædã ex incendio cõparans. Omneſq; habitationes in quib9
aliquid decoris erat concremaſſet niſi gratis regionũ peditũ rector ex Trachone ſagit
tarios: itemq; ſebaſtenorũ pugnaciſſimos ducens properaſſet occurere. Vbi peditũ qui
dem in pugna multi conſumpti ſunt: ipſe autẽ Simonẽ compendio præuenit ardua ual
le fugientẽ: & ex tranſuerſo percuſſum in uertice deiecit. Incenſæ ſunt autẽ & quæcunq;
Iordani proxima fuerunt ſedes regiæ apud Becherantes quorundã aliorũ manu confla
ta ex locis ulterioribus: tunc etiã paſtor quidã cui nomẽ erat Atrunga eo regnũ affecta
re auſus eſt: quod ut ſperaret ui corporis animæq; fiducia mortẽ contemnẽtis impulſus
eſt. Ac præterea fratrũ ſibi ſimiliũ robore quorũ ſingulis tanquã ducibus & Satrapis at
tributa manu armatorũ ad incurſus utebatur. Ipſe autẽ ueluti rex maiora negocia pro
curabat. Et tũ quidẽ ſibi etiã coronã impoſuit: non paruo autẽ poſt tẽpore cũ fratribus
ſuis uaſtando territoria & occidendo præcipue romanos itemq; regios perſeuerauit: cũ
nec iudæorũ quiſquã effugeret: qui lucrũ aliquod ferens ueniſſet ĩ manus. Auſi ſunt aũt
apud Amathontã cõpertum romanorũ agmen obſidere: qui frumenta cohorti atq; ar
ma portabant. Vbi ariũ quidẽ centurionẽ: & .xl. fortiſſimos iaculis confecere. Cæteri
uero in periculo cõſtituti ſimilia ſuſtinendi auxilio grati qui cũ ſebaſtenis aduenit elapſi
ſunt. Multis in hunc modum cõtra indigenas itemq; alienigenas per omne bellũ geſtis
poſt aliquod tẽpus tres ex his compræhenſi ſunt natu quidem maximus ab Archelao.
Duo uero qui ætate ſequebantur in manus grati ac ptolomæi delati. Nam quartus Ar
chelao pactione cõceſſit. Sed hic finis eos poſtea ſecutus eſt. Tunc autẽ latrocinali bel
lo cunctam inflammabãt iudęam. Varus autẽ acceptus ſabini & principiũ litteris to
ti cohorti metuens opem his ferre properabat. Itaq; cum duabus reliquis cohortibus &
quatuor aliis equitũ in ptolomaida profectus eodẽ regum atq; optimatũ auxilia conue
nire iuſſit. Ad hæc ab Ericiis etiã cum per eorum trãſiret oppidum: mille & quingentos
accepit armatos. Vbi uero in ptolomaidem tam cętera manus auxiliorũ quã propter
herodis inimicitias arctas rex Arabũ non cum exiguo numero equitũ peditũq; perue
nit, ſtatim exercitus partẽ in galileã quę ptolomaidi propinquior erat dirigit amici ſui
galli filio his rectore præpoſito. Qui mox & aduerſus quos ierat omnes in fugã uertit:
& ſephore ciuitatẽ captam ipſam quidẽ incendit: nicolas uero eius ſeruitio ſubiugauit.
Varus autẽ ipſe cũ omni exercitu ſamaria potitus ciuitate quidẽ abſtinuit: q inter alio
rum turbas nihil eã mouiſſe depræhend castris autem ad uicũ poſitis qui appellatur
Aron ptolomęi poſſeſſionẽ ꝑpterea direptã a barbaris: & ab amicis herodis qui ptolo
męo infenſi erant. Inde ſapho progreditur alterum uicũ tutiſſimũ: quem ſimiliter oẽſq;
redditus ſibi repertos fuerant depopulati. Cędis autẽ igniſq; plena erãt omnia: nec præ
dę Barbarorũ quicq̃ obſtabat. Exuſta eſt autẽ emaus iuſſu uari neceſſarii cęterorũq; in
digne ferẽtis habitatoribus eius fuga diſperſis. Hic progreſſus ad hieroſolymã cũ exer
citu ſolo uiſu: iudęorũ caſtra diſiecit: & alii quidem per agros abiere fugientes. Qui ue
ro intra ciuitatem degebant ſuſcepto eo ſeditionis cauſas in alios conferebant: nihil qui

dē ſe pœnitus nouiſſe dicentes ſed propter diem feſtum receptā neceſſario multitudinē
in ciuitate obſeſſos eſſe potius cū romanis quam cū ſeditioſis conſpiraſſe. Ante uero ob
uiam ei uenerant Ioſephus Archelai conſobrinus: & cū grato ruſus agentes exercitū re
gium & ſebaſtenos: & ex romana cohorte milites ornatos ornatu conſueto. Sabinus. n.
nec in eos Vari uenire paſſus iamdudū ex ciuitate ad mare diſceſſerat. Varus autē diſ
partitū aduerſus authores tumultus per agros dimiſit exercitū: multiſq; ſibi exhibitis:
quos minus turbulentos inueniſſet cuſtodię tradidit: maxime uero nocentiū prope ad
duo milia crucifixit. Adhuc autē ſuper idumeam ſupereſſe decē armatorū milia nuntia
to. Confeſtim Arabas domū redire iubet: quia eos non auxiliantiū more uti militia: ſed
pro ſua libidine & ultra quā ipſe uellet agros uaſtare perſpexit: & ſuis autē conuocatis
agminibus in aduerſarios properabat. Verū illi ſe Varo antequam in manus uenirent
Achiabi conſilio tradiderunt. Varus autē multitudini uenia data duces eos interrogan
dos miſit ad cęſarem. At ille cū ignouiſſet cæteris: nōnullos regis cognatos: erant enim
quidā inter eos herodis propinqui: ſupplicio ſubiugari pręcepit quia omnino contra re
gem ſuum arma accepiſſet. Varus autē hoc modo rebus apud hieroſolymā compoſitis
eademq; cohorte quę dudū in prędidio ciuitatis fuerat ibi relicta Antiochiam abiit. Ro
mę autē Archelao alia rurſus cū iudęis cauſa conflata eſt: qui ante ſeditionem permiſſu
Vari legati exierant: ius genti ſuę liberū petituri. Erant autē numero quinquaginta qui
uenerant aſtantibus una cū populo qui romæ degerent octo milibus iudęorū. Itaq; cō
uocato a cęſare optimatū romanorumq; amicorū concilio in palatini Appollinis templum
quod priuatū ipſius erat ędificium admirādis opibus exornatū: multitudo quidē iudęo
rum conſtitit cum legatis cōtraq; Archelaus cū amicis. Coguatorū autē amici ab utra
q; parte ſecreti aderant. Nā & cum Archelao ſtare propter odium atq; inuidiam recuſa
bant: & cū accuſatoribus conſpici pudore cæſaris prohibebantur. Inter quos erat etiam
philippus archelai frater beniuolo animo duabus ex cauſis pręmiſſus a Varo ut & Ar
chelao ſubueniret: & ſi regnū herodis nepotibus diſtribui placuiſſet: partē aliquā mere
retur. Iuſſit autē accuſatores exponere quę nam contra leges feciſſet herodes: primū nō
ſe regē ſed omniū qui uſq; fuiſſent: tyrannū crudeliſſimū toleraſſe dicebant. Deinde mul
tis ab eo trucidatis ea pertuliſſe ſuperſtites ut beatiores mortui putarentur. Non enim
tormentis ſolū eum laceraſſe corpora ſubiectorum: ſed etiā gentis ſuę ciuitatibus defor
matis exterras ornauiſſe: populiſq; alienis iudęę ſanguinem condonaſſe. Pro antiqua
uero fœlicitate ac patriis legibus nationē ſuam tanta egeſtate ſimul ab eo: atq; iniquita
te repletā: prorſus ut plures ex herode clades paucis annis ſuſtinuerint: quā oī euo maio
res ſui poſtquā ex babylone diſceſſere perpeſſi ſunt. Xerxe tunc regnante ad diſcordiā
concitati. Verū ſe tamen ad hanc mediocritatē & aduerſæ fortunę conſuetudinē proceſ
ſiſſe ut etiā ſucceſſionē uoluntariā acerbiſſimæ feritatis ſubirent qui & Archelaum tan
ti tyranni filiū patre mortuo regē appellaſſent: nihil morati: & una cū eo luxiſſent mor
tem herodis: ac pro eius ſucceſſore uota celebraſſent. Illū aūt quaſi metueret: ne non cer
tus eius filius uideretur ex cęde triū miliū ciuiū regni ſumpſiſſet primordia: & quia prin
cipatū meruit tot immolaſſe deo hoium uictimas: tot feſto die templū cadaueribus im
pleuiſſe. Recte igiť eos q de tantis malis ſupereſſent: aliquando reſpexiſſe calamitates
ſuas: & belli lege cupere uulneribus excipiendis ora prębere: atq; ab romanis pcari: ut
iudęę reliquias miſericordia dignas exiſtimarent: ne ue quod ex ea natione reſtaret his
obiiceretā quibus crudeliſſime lacerabať: ſed patriam ſuā coniungi ſyrię finibus ac per
iudices romanos adminiſtrari decernerēt. Hoc enim modo probatū iri iudęos: qui nūc
ueluti turbulenti ac belli cupidi repręhēduntur: moderatis rectoribus obedire. Iudęorum

quidem: accuſatio eiuſmodi petitione concluſa eſt. Cũ aũt ſurrexiſſet contra Nicolaus
primũ criminibus quę in reges erant propoſita diſſolutis: nationẽ cœpit arguere: quia
neq; gubernari facilis eſſet natura quę regibus uix pareret. Vna uero etiã propinquos
Archelai qui ſe accuſatores cõtulerant inſimulabat. Sed tunc quidẽ partibus Cæſar au
ditis cõuentum diremit. Paucis aũt diebus poſt mediã regni partem ſub tetrarchę noſe
dedit Archelao: etiã regem ſi ſe dignũ præbuiſſet factuꝝ eſſe pollicitus. Reliquã uero
dimidiã in duas tetrarchias diuiſit: duobuſq; aliis Herodis filis attribuit: unã Philippo:
alterã illi qui cũ Archelao de regno certauerat: Huius aũt parti ceſſerat trans flumẽ re
gio quaꝝ ducenta talenta redditus erant. Bathanea uero & Tracon & aurãites: & quę
dã pars domus zenonis circa Iammã uicum Philippo deſtinata ſunt quę talentorũ. c.
redditus miniſtrabant. Archelai uero ethnarca idumeã omnẽq; iudęã & ſamariã habe
bat: quarta tributorũ parte leuata pro munere quia non rebellaſſet cũ cæteris. Ac ciuita
tes qbus imperaret & ei traditę ſunt Stratonis Pyrgus & Sebaſte & Ioppe & Hieroſo
lyma. Gręcas uero Gazã & Gadaram & Hioppon regno auulſas Syriæ Cęſar adiecit.
Erant aũt redditus archelai. cccc. talenta. quin & Salomę pręter illa quæ teſtamento
regis ei relicta erant iãnie dominã & azoti & phaſelidis idẽ Cæſar conſtituit: regiamq;
apud Aſcalonã largitus eſt ex quibus omnibus talentoꝝ. lx. redditus colligebantᷣ. Do
mũ uero eius Ethnarchie ſubiugauit archelao. Cũ autem cęteris herodis propinquis te
ſtamento relicto ſoluiſſet: duas eius filias uirgines extrinſecus quingentis milibus pecu
nię donauit: eaſq; nuptũ pheroræ filiis collocauit. Diuiſo autẽ Herodis patrimonio etiã
ſibi relictas ab eo facultates ad mille talentũ: hiſdem diſtribuit: exceptis ſuo nomine q
buſdã rebus uiliſſimis propter honorẽ defuncti. Cap. ii. Interea quidã iuuenis na
tione iudęus apud aliquẽ libertinũ romanoꝝ in ſidoniorum oppido educatus: illum ſe
format ſimilitudine quẽ Herodes necauerat. Alexãdrum eſſe mentitus fallendi ſpe Ro
mam uenit. Huius aũt facinoris habebat ſociũ quendã gentilem ſuum: oẽs regni actus
optime ſcientem: a quo inſtructus affirmabat eoꝝ ſe miſericordia qui ſui atq; ariſtoboli
occidendi cã miſſi fuerant ſimilibus corporibus ſubditis morti eſſe ſubreptos. Deniq;
his multos iam iudęos fefellerat in creta degentes: ac liberaliter illic acceptus Miletũq;
inde tranſmiſſus ibiq; ampliore quęſtu cumulatus etiã hoſpites ſuos magna ueriſimili
tudine romã ſecum nauicare pellexerat. Poſtremo delatus inde in Acaiam multiſq; mu
neribus ab iudæis eius loci donatus quaſi rex a paternis amicis deducebatur. Ad hoc
enim fidei proceſſerat formę ſimilitudo: ut qui Alexandrũ illũ uiderant: planeq; noue
rant hunc cũ eſſe iurarent: igitur oẽs etiam romę uiſendi eius ſtudio circumfuſi propera
bant: & infinita multitudo per uicorum anguſtias quocũq; referebatur conueniebant.
Tanta nãq; dementia multos cœperat ut illũ ſella portarent: ac regale obſequiũ pro
priis eius ſumptibus exhiberent. Sed Cęſar alexãdri uultũ optime ſciens: accuſatus enĩ
fuerat ad eũ ab Herode: & ſi priuſq̃ uideret hoĩem: fallaciã ſimilitudinis aĩaduerterat:
hilariori tamen animi ſpe nõ nihil indulgendũ putauit: & ladũ quendam q Alexandrũ
bene cognoſceret miſit: ut ad ſe adoleſcentẽ adduceret. Quo ille conſpecto ſtatim perſo
nę differentiã coniectura dephendit. Maxime aũt ubi corporis eius duritiam & ſeruilẽ
formam cõſiderauit: intellexit omne cõmentum. Satis aũt cõmotus eſt dictoꝝ eius au
dacia ariſtobolũ pcontantibus ſaluũ quidem illũ eſſe memorabat cõſulto uero non ad
eſſe: quia apud Cyprũ degeret cauendo inſidias: minus enim ſe circũueniri poſſe diſtun
ctos. Itaq; ladus ei ab aliis ſeparato uitã dixit a Cæſare primũ fore tantę fraudis ſi pro
didiſſet authorẽ. Id aũt ſe facturũ pollicitus ad cęſarẽ ſequitur: & iudęum indicat: q for
mæ ſuę ſimilitudine abuſus eſſet ad quæſtũ. Tanta enim dona ex ciuitatibus cum ſingu

lis abſtuliſſe docuit: quanta uiuus alexander accepiſſet. Riſit his Cæſar & falſum quidẽ
alexandrũ propter habitudinẽ corporis remigũ numero inſeruit: ſuaſorẽ uero eius interfi
ci iuſſit. Melius aũt ſumptũ detrimentũ pro amẽtiæ ꝓtio ſatis eſſe indicauit. Ethnarchia
uero ſuſcepta memor diſcordię ſupioris archelaus nõ ſolũ iudæis: ſed etiã ſamarientib9
crudeliter abuſus eſt. Nonoq; pricipatus ſui anno legatis cõtra ſe ab utriſq; ad Cæſarẽ
miſſis: ipſe quidẽ in exilium pellitur. Viennã gallicę ciuitatẽ: patrimoniũ uero eius the
ſauris Cęſaris adiudicatur. Quẽ quidẽ priuſquã euocaretur ad cęſarẽ huiuſcemodi ſom
nium uidiſſe cõmemorauit. Nouẽ ariſtas plenas: & maximas a bobus comedi ſomnia-
uit. Accitos deinde uates chaldeorũq; nonnullos quidã illo putarẽt indicari ſomnio cõ
ſuluerat. Aliis autẽ aliter interꝓtantibus Simon quidã eſſeus genere dixerat. Ariſtas an
nos arbitrari boueſq; rerum mutationes: eo quia agros arando uerterent ac mutarent.
Ideoq; regnaturũ eſſe tot annis quot ſignificaſſet numerus ariſtarum: uarias aũt rerum
mutationes expertũ eſſe moriturũ. His auditis quinq; diebus poſt idẽ archelaus ad cau
ſam dicendã eſt euocatus. Dignũ aũt duxi memoria etiã coniugis eius Glaphiræ ſom
niũ Archelai filię Cappadocũ regis referre. Qua cum alexander primus habuiſſet uxo
rem: frater huius de quo loquimur Herodis filius a quo ille interfectus eſt: ſicut iã deſi
gnauimus poſt illius mortẽ. Iubę regi libyę nuptã: eoq; defuncto domũ reuerſam: do-
miq; apud patrẽ in uiduitate degentẽ. Ethnarches Archelaus ubi cõſpexit ad hoc amo
ris accenſus eſt: ut eã ſtatim repudiata coniuge ſua Mariãne ſibi copularet. Hęc igitur
in breui tẽpore poſtq̃ in iudęam rediit: uidere uiſa eſt inſtantẽ ſibi Alexandrum dicere.
Satis fuerat tibi libycum matrimoniũ: ſed tu illo nõ contenta rurſus ad meos penates
reuerteris audaciſſima uiri tertii quodq; grauis eſt: fratris mei iuncta matrimonio. Equi
dẽ non diſſimulabo contumeliã: te quę licet inuitã recuperabo. Atq; hoc expoſito ſom
nio uix biduũ ſuperuixit. Igitur Archelai finibus in ꝓuinciã circũſcriptis procurator eq
tum apud romanos componius a Cęſare miſſus eſt ea ſibi a cęſare poteſtate mãdata.
Hoc diſceptante Galileus quidã Simon noie defectionis arguebantur: quia indigenas
increparet: ſi tributũ romanis pẽdere paterentur: dominoſq; poſt deum ferre mortales.
Erat aũt proprię ſectę ſophiſta: nulla in re aliis ſimul. Etenim tria ſunt apud iudęos ge
nera philoſophię. Horũ unũ phariſęi profitentur: alterũ ſaducei: tertiũ autẽ qd & proba
bilius habetur Eſſei colũt: gẽte quidem iudæi. Verum inter ſę mutuo amore coniunctiſ
ſimi & qui pręter cęteros uoluptatẽ quidem quaſi maleficia uitare. continentiã uero ſer
uare neq; cupiditati ſuccũbere: uirtutẽ maximã ducere. Itaq; nuptias quidẽ faſtidiunt:
alienos uero filios dum adhuc molles ſunt erudiunt: traditos pro cognatis habẽtes ſuis
moribus diligenter inſtituunt. Non quia cõiugia uel humani generis ſucceſſionẽ cenſe
ant ꝑimendã: ſed quia cauendam putent intẽperantiam fœminarũ nullã earũ uni uiro fi
dem ſeruare credentes. Quin & diuitiarũ contemptores ſunt: rerũq; apud eorũ cõicatio
admirationi habetur: neq; inuenias alteri alterũ opulẽtia ꝓſtare legẽq; ſibi dixerũt: ut q
diſciplinã ſuã ſectari uellent: bona contubernio publicarent. Ita enim fore ne uel pau-
pertatis humilitas: uel diuitiarũ dignitas appareret: ſed permixtis facultatibus ueluti
inter fratres unum eſſe omniũ patrimoniũ. Probo autẽ ducunt oleũ: & ſi quis uel inuit9
unctus fuerit: mũditiis corpus abſtergere: quoniã ſqualorẽ decori putant dũmodo ſem
per in ueſte ſint candida. Deſignatos aũt cõium rerum procuratores habent: & ad uſus
oium ſingulos indiuiſos. Non eſt autẽ illis una ciuitas certa: ſed in ſingulas multi domi
cilia transferunt: & aliunde aduenientibus ſectę ſuę profeſſoribus quid habeant prom-
ptũ exhibent quaſi propriũ. Deniq; tanq̃ ſuetiſſimi ad eos ingrediuntur quos nunquam
ante uiderunt. Hinc eſt quia cũ peregrinantur propter latrocinia tantũ armanẽ: neq;

pręterea quicquã ferunt . In ſingulis aũt ciuitatibus ex eodẽ collegio ſpecialis curator
hoſpitum cõſtituitur:qui eoꝝ ueſtimenta cęteraq; uſui neceſſaria tueatur.A mictus aũt
cultuſq; corporis oĩbus pueris in metu & ſub cura magiſtri agentibus par eſt.Nec uero
ueſtitũ ſiue calceos mutant:niſi aut oĩno conciſis prioribus:aut lõgi tẽporis: uſu cõſum
ptis.Nihil aũt inter ſe mercantur aut uendunt : ſed egenti quiſq; quod habeat præbens
refert ab eo quod ipſe nõ habeat.Quãuis etiã ſine permutatione cunctis libera ſit facul
tas a quibus libuerit accipiendi quod opus ſit . Pręcipue circa deũ religioſi ſunt . Nãq;
ante ſolis ortũ nihil profani loquuntur:ſed ei patria quędã uota celebrant:quaſi ut oria
tur ꝑcantes.Deinde ad quas uenerunt ſinguli artes a curatoribus dimittuntur.Cumq;
ad horã quintã ſtudioſe fuerint operati rurſus in unũ cõgregantur: linteiſq; pręcinctis
uelaminibus ita corpus aquis frigidis abluunt . Atq; hac luſtratione in eadẽ ſecreta co
eunt: quo neminẽ alterius ſectæ hoiem aſpirare conceſſum eſt: ipſiq; purificati:uelut in
ſanctum quoddã templũ in cęnaculũ conueniũt:quibus cũ ſilentio ſedentibus piſtor q
dem panes ordine : unum aũt uaſculũ ex uno pulmento ſingulis cocus apponit.Dein-
de uoce cibũ ſacerdos anteuenit:neq; guſtare quẽquã fas ẽ: niſi pri⁹ deo celebratur ora
tio.Poſt finẽ quoq; prandii uota repetunt. Nã & cum incipiunt & deſinunt quaſi dato
rẽ uictus deum laudibus canunt. Tunc ueluti ſacris illis depoſitis ueſtimentis uſq; poſt
meridiẽ ad opera ſe cõferunt.Reuerſiq; inde ſimiliter cœnant conſedentibus etiã hoſpi
tibus ſi quos fortaſſe interueniſſe repererint.Neq; uero clamor unq̃ tectum illud: neq;
tumultus inquietat:cum etiã loquendi ordine aliis alii cedant:eorumq; ſilentiũ extra te
ctũ conſtitutis arcanũ quoddã uideatur horribile . Cuius quidẽ rei parpetua ſobrietas
cauſa eſt:quodq; apud eos edendi aut potandi modus ſaturitate diffinit̃ .Sed quamuis
aliquarũ rerũ nihil ſine precepto faciunt curatoris:tamen in his duob⁹ hoc eſt ĩ iuuãdo
& miſerẽdo ſui iuris ſunt.Nam & ſubuenire dignis cum opus eſt ſuo arbitrio cuiq; licet
atq; indigentibus alimenta porrigere.Sane cognatis dare aliquid ſine curatoribus ĩter
dictũ.Iidem iracundię moderatores iuſti ſunt:indignationẽ cohibent:fidẽ tuẽtur: paci
obſecundant:& omne quod dixerunt iureiurando fortius habent.Ipſum autẽ iuſiuran-
dũ quaſi periurio deterius uitãt.Iam enim mendacio condẽnatum arbitrantur:cui ſine
deo nõ creditur.Summũ autẽ ſtudiũ ueterũ ſcriptis adhibent ea maxime inde:quę ani-
mę & corpori expediant eligentes.Hinc illis morborũ remedia ſtirpes medicas quãq;
uim propriã ſinguli lapides habeant rimãtibus conquiruntur.Sectæ uero ſuę ſtudioſis
non ſtatim cũ eius uita collectio:ſed per annũ integrũ extrinſecus cõmoranti cuiq; eun
dem uictus ordinẽ tribuunt . Dolabram quoq; & quod prædictũ eſt perizoma & albã
ueſtẽ tradentes.Cũ uero proceſſu tẽporis experimentũ cõtinentiæ dedit:accedit etiam
ad cõmunem cibũ:& purioribus ob caſtificationẽ ſcilicet aquis participat:neq; tamen
in conuictũ aſſumitur . Poſt oſtenſionẽ quippe continentiæ duobus annis aliis mores
eius probantur.Cũq; dignus apparuerit tunc demũ in cõſortium aſſumitur.Prius uero
quã incipiat cõmunem habere cibũ magnis execrationibus abiurat ſe primũ quidẽ co
lere deũ:deinceps quoq; erga homines ſeruare iuſtitiam: & neq; propria ſponte nocere
cuiquã:neq; ex præcepto obeſſe:quinimmo iniquos omnes odiſſe : & cũ labore ſemper
iuſtitiæ ſectatoribus fidem omnibus ſeruare maxime uero principibus.Neq; eñi abſq;
uoluntate dei cuiquã conſentire poſſe ad principatus potentiã accedere.Si uero ipſe cę
teris præſit nunquam abuti nunquã ſe abuſurum uiribus poteſtatis ad cõtumeliã ſubie
ctoꝝ:ſed neq; ueſte aut ambitioſo aliquo ornatu reliquis eminere:ueritatẽ ſemper dilige
re:& habere propoſitũ conuincere mentientes.Manus uero a furto & animã puram ſer
uare ab iniuſtis cõpendiis:& neq; aliquid de myſteriis conſecrancos cęlare.Neq; profa

nis eoꝝ quippiã publicaretetiam ſi intentata quiſpiam morte cõpellat. Super hęc aũt
addunt nihil ſe de dogmatibus aliquid quã ipſi ſulceperiut tradere. Fugere autẽ latroci
nia:& conſeruatũ iri ſimiliter dogmatis ſui libros:angeloꝝ nomina his quidẽ execratio
nibus explorant; & quaſi pręmuniunt accedentes. Depręhenſos uero in peccatis a ſua
congregatione depellunt:& qui taliter fuerit condẽnatus miſerabili pleruq; morte con
ſumitur:illis quidẽ ſacramentis:ac ritibus obligat⁹:neq; capere ab alus oblatũ cibũ po
teſt. Herbas uero pecudũ more decerpens:& tame exaſa membra corrũpuntur. Ob q̃
etiã plurimos plærũq; miſerati:& extremũ ſpiritũ agẽtes receperũt ſufficientẽ pro pec
catis eoꝝ quæ uſq; ad mortẽ adduxerat poenam fuiſſe cenſentes. In iudiciis uero ſunt di
ligentiſſimi atq; iuſtiſſimi. Diſceptant autẽ non minus quã centũ in unum coacti:quod
aũt ab his decretũ fuerit immobile manet. Veneratio quoq; apud eos poſt deũ magna
legiferi eſt:ita ut ſi quis eũ blaſphemauerit morte dãnet. Senibus uero obedire: & plu
rimũ quorũq; deprobabile arbitrãtur officiũ:cum ſimul deniq; ſederint.x. nullus unus
nouẽ loquitur inuitis. Expuere quoq; in medium eoꝝ uel in dexterã ſui partẽ quiſq; deui
tat. Sabbatis quoq; operationẽ aliquam contigiſſe oibus iudæis diligẽtius cauent neq;
cibũ ſibi ſolũ pridie præparant:ne uidelicet illo die ignẽ accendãt:ſed neq; uas aliquod
transponere pręſumunt imo nec aliũ purgant. Aliis aũt diebus fodientes foueam uno
uerbi gratia pede altã cũ illa dolabra quã tradi nuper accedentibus diximus de
miſſa ueſte ſeſe diligentiſſime contegentes:ne ſcilicet ſplendori diuino iniuriam faciãt:
in ead em fouea ab onere uentris leuantur: ac deinceps terram quam effoderant redu
cunt:idq; ipſum faciunt in locis ſecretiſſimis:& nempe cũ naturalis ſit iſta purgatio: ni
hilominus tamen ſolẽnem habent ut quaſi ab immunditia diluantur: decernũt autẽ in
ter ſe ſecundũ ſuſceptę abſtinẽtię tẽpora in ordines.iiii.tãtumq; hi qui iũiores ſunt iferio
res pręcedentibus ęſtimãtur ut ſi aliquos eoꝝ contigerit quaſi a cõtrectactu alienigenę
diluanẽ. uiuunt aũt quã longiſſime:ita ut plurimi eoꝝ uſq; ad centenariã præferãt ętatẽ
propter ſimplicitatẽ.ſ.uictus: quod eis nimirũ accedere puto propter inſtitutionẽ bene
in omnib⁹ ordinatã. Sunt aũt aduerſorum cruciatus ſiquidẽ uincunt firmitate conſilii.
mortẽ uero ſi cũ decore obeunda ſit iudicant ẽt ĩmortalitate meliorẽ. prodidit aũt eorũ
in oibus negociis animos bellũ geſtum cũ romanis. Tunc ſiquidẽ per artuũ confractio
nes & ignea ac per tormenta omnigena trãſeuntes: ut uidelicet in legiſlatores aliquid
loquerentur iniuriã:uel ciborũ quippiã quos nõ ſolent ederent: ad neutrũ horũ potue
rũt impelli:ſed neq; deprecari ſuos tortores:aut ipſa ferre ſupplicia ĩ mediis quinimmo
cruciatibus ſubridentes:& eis qui tormenta admouerant:illudentes conſtãtes animos
cũ quadã hilaritate reddebãt.ſ.quaſi qui eos eſſent denuo recepturi. Opinio q̃ppe apud
illos firmata conſiſtit: corruptibilia quidẽ eſſe corpora: materiamq; eorũ non eſſe per
petuam:animas autẽ immortales ſemper manere:& de ęthere ſubtiliſſimo cõmeantes
quaſi carceribus ita corporibus i[m]plicari:uelut quas illecebra carnalis attraxerat. Cũ
uero fuerit a carnalibus releuatę uinculis quaſi de ſeruitute longiſſima liberatas ita illi
co lætari:eas ſublimeſq; ferri. Et quidẽ bonis concinentes in hoc græcorũ ſententiis pro
nunciant ultra Oceanũ degere:ubi eis ſit impoſita perfruitio: illic quippe eſſe regionẽ:
quę neq; imbribus:neq; niuibus:neq; ęſtibus aggrauetur: ſed quã Oceano oriens ze
phyrus & leniter aſpirans amenet. Malis autẽ animabus procelloſa loca & hiberna de
legant plena gemitibus exercendarum ſine fine pęnarum. Videntur aũt mihi ſecundũ
hanc ipſi intelligentiã gręci quoq; fortibus ſuis quos Heroas & Semideos uocant bea
torum inſulas ſequeſtraſſe:improborũ autem animabus locũ apud inferos impioꝝ: in
quo ẽt cruciari quoſdã cõmẽtati ſunt: ſiſyphos uidelicet & tãtalos & ixiones & tityos

principio quidē immortales eſſe animas exiſtimantes:ob adhortationem utiq; uirtutis
dehortationēq; nequitiæ bonos quippe fieri in huius uitę cōuerſatione meliores per ſpē
bonorū etiā poſt lucem redibendoꝝ:improborū autē impetū retardari æſtimātiū:quo
niam & ſi huius uitæ ſpatio latuerint:poſt obitū tamen ſint īmortalia tormenta paſſuri.
Hęc ſunt ergo:quæ Eſſei de diuinitate animæ philoſophantur.Plancillecebrā ineuitabi
lē eis qui ſemel deoꝝ ſapientiā guſtauerit reponētes.Sunt autē in eis qui etiā futura noſ
ſe promittant : ſacris uidelicet libris & uariis ſanctificationibus: prophetarūq; dictis a
primis ætatibus adhærentes:raro aūt accidit:ut prædictiōes eoꝝ fruſtratio conſequat̃.
Eſt āt aliud etiā Eſſeorum collegiū cibos quidē & mores legumq; ſimilia cū prioribus
habēs.Diſtat aūt opiniōe cōiugii maximā ſiqdē uitę hominū partē ſucceſſionē.ſ.ampu
tare eos:qui abſtineant nuptiis arbitrantur:quippe ſi in eandē uelint ire ſententiā : defe
ctuꝝ confeſtim genus humanū fore.Nihilominus tantū ipſi tanta moderatione conue
niunt ut per trienniū explorent ualitudinē fœminarū. Et ſi conſtanti purgatione appa
ruerint idoneę partui ita eas in matrimōia adſiſcunt. Nemo tamē eorū cum prægnante
concūbit:ut oſtendant:quia non uoluptatis nuptias:ſed cauſa inierint liberorū.Lauan
tib9 aūt fœminis:ita ut uiris perizomatū ineſt amictus:tales mores huius collectionis.
duo aūt priorū quaſi ordines ſunt.Ex quibus phariſęi dicuntur qui certiorē legaliū ritu
um notitiā profitentur:& hi primū dogma hēnt:ut imarmene & deo uniuerſa deputent:
& quidē uel agere quæ iuſta ſunt uel negligere ſecundū maiorē partē eſſe beniuolentiæ
in hominibus profitenrur adiuuāte tantū in ſingulis & imarmene:animā aūt quidē om
nem incorruptā eſſe:tranſire aūt in alia corpora ſolas bonoꝝ:improborū autē intermi
nabili ſupplicio cruciari. Saducei porro.i. ſecunda collectio imarmenē oī ſariā negant:
& deum extra oēm mali patrationē inſpectionemq; conſtituunt.Aiunt aūt electioni ho
minum uel bonum uel malum eſſe propoſitū: & ſecundum uoluntatem propriam alter
utrum unumquemq; coniungi . Animarum autem generaliter uel ſupplicia denegant
uel honores:& phariſæi quidem ſociabiles:& qui ſtudeāt ſe mutua dilectione complecti.
Saducei uero & inter ſe feris moribus diſcrepantes:& conuerſatio eorum ita circa partici
pes ut erga exteros inhumana: hęc ſunt quæ de iudęorum philoſophis dicenda repperi:
nunc ad inceptum reuertor. Cap. iii. Archelai regno in ordine prouincię iam de
cedente reliquit ideſt Philippus & herodes qui cognominabat̃ antipas tetrarchus ſuas
regebant.Salome autem moriens Liuiæ auguſti coniugi regionem quā rexerat:& iam
niam & in phaſelide palmitam teſtamento reliquit.Delato autē ad Tyberium Liuię fi
lium romano īperio poſt mortē.ſ.auguſti qui p̄fuit rebus annis ſeptem & quinquaginta
mēſibus ſex diebus duob9 manētes in tetrarchiis ſuis:Herodes.ſ.ac Philippus: hic qui
dem iuxta fontes ipſos:de quibus iordanis flumen exoritur in paniada cōdidit ciuitatē:
quā cęſariam uocitauit:aliamq; inferiori gaulauite:quā Iuliadē nominauit.Herodes ue
ro in galylea Tyberiadā īperio aūt cognomine Iulię.Miſſus aūt a Tyberio in iudęā Pi
latus qui curandā acceperat regionē nocte īntempeſta opertas in hieroſolymā īntulit ima
gines cæſaris quæ res poſtridie grandē inter iudæos ſuſcitauit tumultū : nā q aderāt ſtu
pore p̄moti ſunt:quaſi iam profanatas leges ſuas uiderent.Nullū enim fas eſſe dicūt col
locari in urbe ſimulachrū.Ad quęrelā autē eorum qui in ciuitate erāt:ſubito ēt de agris
multitudo cōfluxit.Euntes autē illico Cęſariam ad Pilatum intētiſſime deprecabant̃:
ut ab Hieroſolymis auferrentur imagines:& eis iura patria ſeruarentur.Pilato autē ſup
plicantibus abnuente circa domū eius proni corruerant: & immobiles quinque diebus
continuis noctibuſq; manſere.Poſt autem Pilatus tribunal aſcendens in ſtudio magno
conuocat multitudinem iudęorum quaſi qui eis uellet dare reſponſum cū ſubito milites

accepto ſigno:ſic enim fuerat pręparatũ : armati circunſteterunt iudæos : circundataq;
triplici acię. Iudæi quidem ſtuporis erant pleni uidẽtes inſperatã rerum faciem. Tũc Pi
latus denuntians trucidaturũ ſe oẽs niſi imagines Cęſaris ſuſcepiſſent: ãnuit militibus:
ut educerent gladios. Iudæi autem quaſi ex uno conſilio omnes ſubito corruerũt : & cer
uices nudatas ad excipiendos ictus pararunt uociferantes uniuerſi magis ſe interfici uel
le quam legem. Tunc Pilatus circa religionem ſtudium populi demiratus confeſtim de
Hieroſolymis ſtatuas iuſſit auferri: deinde uero cõturbationẽ alteram cõmouebat : erat
apud eos ſacer theſaurus quem Chorboan dicunt: hunc ad inductionẽ aquarũ iuſſit ex-
pendere: erat autem inducenda aqua ab ſtadiis. ccc. ad hoc itaq; uulgi oriebantur quere
lę ita ut etiam pilati qui hieroſolymã uenerat cũ clamore circũdarent tribunal: ille autẽ
preuiderat: ſed quidem tumultũ eoꝝ populo permiſcuit armatos milites: qui tune eſſent
priuatoꝝ ueſtibus induti. Pręcepit gladiis quidem non uterentur: fuſtibus aũt acclamã
tes ferirent. Sicq; cõpoſitis rebus dat ex tribunali ſignũ confeſtimq; cædebantur iudæi:
quoꝝ multi quidem perierunt plagis: multi uero ſe inuicem trucidãtes in fugam miſera
cõtritione uerſi ſunt. tũc ad calamitatem interfectorũ ſtupens multitudo conticuit: atq;
ob hoc accuſator Herodis tetrarchæ agrippas fuit filius ariſtoboli: quẽ pater herodes in
terfecit: ad Tyberiũ uenit. Illo autem non ſuſcipiente accuſationẽ reſidens romę ad ali-
quoꝝ quidem potentiũ notitias ambiebat. Maximis autem colebat officiis germanici
filium Caium cũ adhuc eſſet priuatus. Et quodã die inter copioſum epularũ apparatũ
quibus eũ demerebatur: ad ultimũ extenſis manibus aperte deum cœpit precari: celeri-
ter illum mortuo Tyberio dominũ cunctoꝝ uidere. Hoc cum quidã de familiaribꝰ eius
Tyberio nunciaſſet ſtatim concludi iuſſit Agrippam qui & ſub grandi ęrumna uſq; ad
mortem Tyberii in carcere per menſes ſex tenebatur. ſed defuncto eo poſt regnũ anno-
rũ duoꝝ & uiginti dieꝝ trium ſuccedens imperiũ. C. Cęſar abſoluit Agrippam uinculis
& Tetrarchiam Philippi: iam enim iſte deceſſerat ei tradidit: regemq; appellauit. Cum
ueniſſet aũt in regnũ agrippas: Herodis tetrarchæ cupiditas per inuidiã ſuſcitauit. Irri-
tabat autẽ eum maxime in ſpem regni Herodias uxor: exprobrans ei ſecordiã & dicẽs:
ꝙ per id quod uoluerat ad Cæſarẽ nauigare careret poteſtate maiore: nam cũ Agrippã
ex priuato regem feciſſet: quomodo dubitaret illũ ex Tetrarcha eodem honore donare.
His adductus Herodes uenit ad Caium: a quo ob auaritiã uehemẽter increpatus ad hi
ſpaniam fugit: ſecutus eum ꝙppe fuerat accuſator agrippas: cui etiã Tetrarchiam illius
C. Cæſar adiecit. Atq; ita Herodes ꝗdem in hiſpania peregrinante ſecũ etiam uxore de
ceſſit. Caius uero cæſar in tantũ contumelioſe abuſus eſt fortuna ut etiã & deum ſe pu-
taret: & uellet uocari. Patriam quoq; ſuã multoꝝ nobilium cęde truncauit. Extendit au
tem impietatẽ ſuam etiã in iudęam: Petroniũ deniq; cum exercitu hieroſolymas direxit:
præcipiens ut in templo ſtatuas eius leuaret: quod niſi ſuſciperent iudęi contradicentes
quidem ex his īterficeret: reliquã uero multitudinẽ captiuaret: permouebat aũt hoc pro
fecto deum. Et Petronius quidẽ cum tribus cohortibꝰ multiſq; de Syria habitatoribus
properabat in iudęam de antiochia. Iudęoꝝ uero quidam non credebant famæ pręliũ
nuncianti. Qui uero credebant nihil de reſiſtentibꝰ poterant cõminiſci . celeriter aũt in
omnes peruadit metus: nam iam ptolomaidã peruenerat exercitꝰ. Eſt autẽ hęc ciuitas
Galylęę littore in magno compoſita: circundatur aũt montibus ab orientali plaga ꝑ ſe
xagita ſtadia diſſepatis: ſed ad Galylęã ꝑtinẽtibꝰ a Meridião ãt Carmelo qui abeſt ſtadi
is centũ uiginti: a ſeptẽtrionali quoq; mõte ꝗ eſt altiſſimus: quẽ uocãt ẽt incolę ſcalã ty-
rioꝝ: & hic ãt diſtat ſtadiis. c. ab ea ãt urbe quaſi ab duobus ſtadiis preter labit̃ fluuiolꝰ
quẽ uocãt beleũ exiguꝰ ꝓfluſus: cui prope eſt ſepulchrũ mennonis hñs iuxta ſe. c. fere cu-

bitorũ ſpatium continẽtẽ:ſed admiratiõe digniſſimũ: eſt aũt ſpecies uallis rotundę ui-
treã emittens harenã:quã cum exhauſerint multæ naues pariter accedentes:locus hiſdẽ
rurſus impletur. Venti ſiquidẽ quaſi dedita opera conuehũt de circũſtãtibus ſuperciliis
harenã iſtam utiq; cõem. Locus autẽ metalli ſtatim metalla in uitrũ quę ſuſceperit mu
tat. Mirabile quoq; mihi illud uidetur:quoniã cõuerſę iam harenæ in uitrũ quęcũq; ps
ſuper margines loci ipſius fuerit iacta in cõem harenã denuo cõuertitur. Igitur loci eius
natura talis eſt. Iudęi aũt cum mulieribus & filiis collecti in campũ in quo eſt ſita ptolo
mais Petronio ſupplicabant pricipio ob patrias leges:deinceps uero etiã pro ſuo ſtatu:
ille aũt ob multitudinẽ precantiũ & precum inflexus exercitũ quidẽ & ſtatuas in ptolo
maide reliquit:procedens autẽ in galyleã & conuocans in tyberiade tam populũ iudęo
rũ quã oẽs eorũ nobiles:& uim romani exercit9 cœpit expõere:& minas cęſaris. His ad
dens:quoniã & contumelioſa eſſet ſupplicatio iudeorũ:cum oẽs ſiquidẽ gentes quæ pa
rerẽt imperio ro. in ſuis urbibus inter reliquos deos:imagines quoq; Cæſaris locauiſſent
ſoli iudęi iſtud abnuerent. Siquidẽ quaſi ab imperio deficere eſſet etiã cum iniuria præſi
dentis. Illis uero contra legẽ moreſq; patrios allegantibus:& quia ne dei quidẽ ſimula-
chrũ nedũ hominis:neq; ſolũ in templo:ſed neq; in prophano aliquo totius regiõis loco
fas ſibi eſſet locare:arripiẽs dictũ Petronius reſpõdit. Sed & mihi domini mei lex ſeruan
da eſt. Si eam quippe trãſgrediar uobiſq; pcam iuſte animaduerſionẽ ſubito ĩpugnabit
ſane uos:non petronius:ſed ille a quo ſum directus:ſiquidẽ ita & ego uos cogã implere
quæ iuſſa ſunt. Ad hoc oĩs multitudo ſucclamauit ante legis temerationẽ oẽm ſe libẽter
ſubire perniciẽ. Sedato aũt eorum clamore petronius ait. Pugnare ergo inquit aduerſus
Cęſarem eſtis parati? Reſponderunt iudęi pro cęſare quidem & populo ro. nobis ſem-
per per dies ſingulos uſus eſt offerre ſacrificia:ſi autem in templo imagines æſtimet col
locandas debere cum totam iudæorũ gentẽ primitus innouare:præbere ſe quippe iugu
los cum mulieribus & paruulis ei qui interficere uoluiſſet. Ad hęc admiratio Petronium
miſeratioq; peruaſit intuentẽ & inſuperabilem religionẽ uirorum:& tantum uulgus ad
mortẽ conſtanter paratũ. Et tunc quidem infectis oĩbus receſſerunt. Poſtridie autem ac
deinceps ſummates eorũ priuatim uiritimq; cõpellans:populũ quoq; publice alloquẽs:
tunc quaſi conſulens admonebat. Interdũ etiam minabatur extollens & uirtutẽ roma-
nã & indignationẽ cęſaris inter hęc etiam ſuam neceſſitatem cui eſſent exequenda præ-
cepta:ſed illi ad nulla horũ experimẽta cedentibus:cũ uideret etiam ſemẽtẽ regionis in
tercipi ipſum quippe anni tẽpus erat:& quinquaginta poene diebus multitudo in urbe
otioſe morabatur ad ultimũ conuocatis omnibus ait ſe etiã piculoſam rem uelle aggre-
di. Aut enim deo cooperante placabo cæſarẽ:ac uobis cum ſaluabor libẽter: aut illũ in
ultionẽ irritabo:pro tanta multitudine impendo animam meam. Atq; ita dimiſſis tur-
bis multa pro eo uota facientibus Antiochiã ab Ptolomaida reuocauit exercitũ:atq; il-
linc confeſtim miſit ad cæſarẽ referens:& quo apparatu in iudęã irruiſſet:& ꝙ tota gens
ſupplicaſſet:quibus ſi abnuendũ putaret:noſſet cum uiris etiã prouinciã perdendã. Ser
uare ſiquidem ipſos legem patriam:& nouis pręceptis uehementer obſiſtere. His epiſto
lis reſpondit Caius immodice cõminans petronio mortẽ:quoniã iuſſionum ſuarũ ſegnis
executor fuiſſet. Sed ſcriptorũ taliũ uectores per tres continuos menſes contigit aduerſa
tempeſtate retineri. Alii aũt exitium. C. cæſaris nũtiantes proſpere nauigauerunt:deniq;
ante ſeptem & uiginti dies epiſtolas Petronius accepit finẽ cæſaris indicantes quam illi
peruenirent:qui cõminantia ſcripta portabant. Caio per dolũ interẽpto:qui regnauerat
annis tribus mẽſibus ſex rapit9 in regnũ ab eo exercitu qui romę erat claudius. Senatus
aũt referentibus cõſulibus iguatio Saturnillo & Põponio ſecundo mandat tribus legio

nibus ut eſſent pſidio ciuitati:& ipſe frequens in capitoliũ deuenit. Quia propter imani
tatẽ caii bellum agi cum Claudio decernebat:uolens imperiũ ad optimates reducere:ut
ſicut olym fuerat ad regendũ digniſſimi eligerentur. Accidit aũt ut agrippas adueniret:
quem cum ſenatus in conſiliũ & in caſtra Claudius euocaſſet: ut.ſ.eo ſtrenuo adiutore
uteretur in quibus res poſceret:uidens Agrippa Claudium iam eſſe opibus cęſarẽ ad eũ
perrexit:quẽ ille illico legatum ad ſenatũ miſit indicantẽ ſuũ propoſitum:quoniã primo
quidem inuitus ab exercitu raptus ſit iniquũ eſſe ſe militũ erga ſe ſtudiũ tam religioſum
deſerere iam tutã aliter ſuam nõ eſſe fortunam:iam enim ad inuidiã ſatis eſſe ꝙ in regnũ
uocatus ſit. Deinde adminiſtratũ ire paratum eſſe in rempub. nõ ut aliquis tyrannus ſed
ut pſul benignus ſufficere ſibi quippe honorẽ nominis. De ſingulis aũt negociis cõmu-
nem omnium ſtare ſententiam. Nam & ſi nõ natura eſſet modeſtus: & locuples tamen
moderandę poteſtatis exemplũ Caii morte eſſe propoſitũ. quę cum detuliſſet agrippas
reſpondit curia:quaſi quę exercitui & bonis conſiliis fideret nolle ſe ſubire uoluntariam
ſeruitutem:ſed accepto patrẽ reſponſo Claudius rurſus miſit Agrippã nunciare eis: quo
niam non poſſet adduci ut eos proderet:quoꝝ conceſſu in iperiũ eſſet accitus inuitũ ãt
ſe inituꝝ eſſe pugnã aduerſus eos cũ quibus confligere minime uellet:proinde eligendũ
eſſe locum extra ciuitatem in quo confligerent:neq; enim ſanctũ eſſe propter illoꝝ per
uerſitatem patriã ciuili cęde fœdari. Et Agrippa qdem iſta ſenatui nũciauit. Cap. iiii.

Inter hæc aũt unus de his militibus qui cum patribus erant educens gladium. Com
militones inquit quibus perturbati cauſis parricidia perpetrare cupimus:& concurrere
aduerſus propinquos noſtros Claudium ſecutos: maxime cum habeamus imperatorẽ
quem in nullo culpare poſſimus & ad quem cum iuſtis magis allegationibus: q̃ cum ar
mis egredi debeamus. Hæc dicens per mediam egreſſus eſt curiam:omnibus ſe militi-
bus conſecutis hoc exemplo optimates deſerti in magno metu eſſe cœperunt:ac dein-
ceps uidentes ſibi aduerſionem tutam non eſſe iter ſecuti militum ad Claudium tranſi
erunt:occurrebant autem eis pro muris nudatos gladios ferentes hi q fortunę regis am
bitioſius adulabantur:& pœne accidit:ut progreſſi quinq; interficerentur:ante.ſ. q̃ mili
tum impetum cęſar agnoſceret: niſi pręcurrens Agrippas imminentis ei facinoris peri
culum nunciaſſet:dicens quoniam niſi coercuiſſet exercitum iam in ſanguine ciuium fu
rentem confeſtim miſſurus eſſet omnes per quos conſpicuum eſſet imperium:fieretq; ſo
litudinis imperator. Hæc audiens Claudius continuit militum impetum. Suſcepit autẽ
in caſtris aduenientem ſenatum:& indulgenti honore cõplexus: egreſſus cum patribus
confeſtim obtulit deo uictimas:ut mos eſt pro imperio ſupplicari. Agrippam quoq; pro
tinus muneratur regio patrimonio:omnia adiiciens ei:etiam illa quę Auguſtus Herodi
dõauerat:traconitiden ſcilicet & araniriden. Præter hæc autem aliud quoq; regnũ quod
Lyſanie uocabatur. Et populo quidem donationem hanc per edictum uindicauit. Patri
bus autem pręcepit:ut inciſæ ęris tabulæ in capitolio collocarentur. Donat aũt ei etiam
fratrem ſuum Herodem qui genus eiuſdem erat berenici iunctis reginę Chalcidis. Opi
nione aũt Celerius Agrippę dati regni cenſus maximus affluebat:qua ſane pecũia nõ
ille in rebus exiguis abutebat:ſed talem murum hieroſolymis circũdare cœpit:qualem
ſi potuiſſet abſolui inefficacem prorſus obſidionem romanis oppugnantibus effeciſſet.
Sed anteq̃ impleret opus deceſſit in cęſaria. Regnauit aũt annis tribus. Ante quoq; cũ
Tetrarchiã regeret:aliis tribus annis tenuerat poteſtatẽ. Reliquit uero filias quidẽ tres
de cypro natas Berenicen. mariannem atq; druſilam: filiũ aũt ex eadẽ ipſa cõiuge noĩe
agrippam:qui non nimis paruulus erat. Tunc claudius regnum eius in prouinciã rede
git:in cuius procurationẽ miſſus eſt Ceſtius feſtus. Poſt hunc aũt Tyberiũ Alexãdriũt

qui nihil de conſuetudine patria ĩmutantes gentem in pace tenuerũt . Poſt hęc uero &
herodes qui regnabat in Chalcide deceſſit. Relinquẽs de ſorore ſua Berenice filios duos.
Bernocianũ & Hircanũ: de priore autem marianne Ariſtobolum: cuius frater mortuꝰ
fuerat ariſtobolus priuatus: relicta filia iotapata : hi quidem erant ſicut ſupra dixi liberi
ariſtoboli: qui fuerat herodis filius. Alexander autẽ & ariſtobolus nati fuerant herodi de
marianne: quos ipſe parẽs interfecit. Alexãdria autem poſteri in maiori Armenia regna
uerunt. Cap.v. Poſt obitum aũt herodis qui regnauit in Chalcide claudius agrip
pam filium agrippę in auunculi ſui regno conſtituit. Alterius autem prouinciæ ſuſcepit
curam poſt alexandrum cumanus: ſub quo oriri cœperũt tumultus: & denuo iudęos ca
lamitas cõpræhendit. Conueniẽte quippe multitudine ad diem feſtũ azimorum in hie-
roſolymam ſtante legione romana ſuper porticulum templi armati quippe milites ſem
per cuſtodiebant feſtos dies: ne quid cõuenientes populi nouare auderent. Vnus ergo e
militibus reductis turpiter ueſtimentis inclinãs poſteriora ſua obuertit ad faciem iudęo
rum: & ad hunc habitũ uocem emittens ſimilem ſucclamauit. Ob quod factũ tota cœ-
pit multitudo conqueri ita ut circunſtarent cumanũ ad ſupplicium militẽ depoſcẽtes.
Ex his autem inconſulti iuuenes: & quaſi natura apti ad ſeditiones mouẽdas in litẽ gra
uiſſimã proſiliebant: hi continuo quippe ſaxa rapientes percutiebant milites. Tunc ueri
tus cumanus ne totius in eum uulgi ĩpetus fieret plures euocauit armatos: qui cũ eſſent
porticibus ĩmiſſi metus grauis ĩcidit iudæis. Statimq; in fugam uerſi relicto templo re
fugere cœperunt. Tanta autem per egreſſus de conſtipatione obtritio facta eſt: ut con-
culcatione mutua ſuper. xxx. milia hominum conſumpta ſint. Facta eſt autem uniuer-
ſæ genti luctuoſa feſtiuitas & planctus per domos ſingulas perſonabat. Cap.vi.

Succeſſit autem huic calamitati latrocinantiũ tumultus. Iuxta bethoro quippe circa
aſſenſum publicum ſtephanus quidam ſeruus cęſaris ſuppellectilem quãdam uehebat:
quę ab irruentibus direpta latronibus eſt . Cumanus autem ad inquiſitionem mittens
eos qui in proximis uicis eſſent: uinctos ad ſe adduci iuſſit: denuntians: ut conquiſitos la
trones in uincula coniicerent. qua occaſione quidã militũ in uico aliquo libros ſacræ le-
gis offenſos diſcidit atq; cõbuſſit. Iudęi aũt quaſi totã religionẽ inflammatã uiderint un
diq; cõfluxerũt: & uelut machinamẽto aliquo: ita ui ſuperſtitionis attacti oẽs ad unam
euocationẽ ad cumanum cęſariã concurrunt precantes ut militẽ qui tantam cõtumeliã
deo legiq; eius intuliſſet: non relinqueret ĩpunitũ. Ad hæc enim ille uidebat multitudinẽ
nequaquã quieturã: niſi aliqua eſſet ſatisfactione ſedata, adiudicatũ militem per mediũ
populũ ad ſuppliciũ iuſſit adduci: ſicq; iudæi placatis animis receſſerunt. Cap.vii.

Denuo aũt galyleorum & ſamaritanoꝝ conflictus exoritur. In uico enim : quẽ gem
mam uocant qui eſt in magno Samariæ cõpoſitus: quidã galyleus de numero iudęoꝝ
ad feſtiuitatẽ aſcẽdens interficiť. Ad quod factũ multi ex galylea regione cõuenerũt ut
cum ſamaritis cõfligerent. Horũ autem nobiliores conuenerũt in cumanũ rogantes: ut
antequã grauis calamitas orireť tranſiret in galyleã: & in eos qui authores eſſent homi
cidii uindicaret. Cumanus his negotiis quæ habebat in manibus poſtponens illorũ pe-
titiones ſine affectu precatores emiſit. Nunciato igitur homicidio hieroſolyma omnis
multitudo cõmota eſt: & relicta diei ſolẽnitate in Samariam uulgus impetum fecit ſine
duce: nec cuiquã principũ ſuoꝝ retinenti acquieſcentes: latrocinio aũt eoꝝ & tumultu q
dã Dinei filius Eleazarus & alexander pręerat: qui in crabetene regiõis cõterminos irru
entes ꝑmiſcuã dedere cędẽ a nullius ætatis exitio tẽperãtes: uicos aũt ĩflamauerũt. Cu-
manus ãt hæc audiẽs adduxit ſecũ unã equitũ alam quę uocať ſebaſtiãoꝝ ut auxilio his
q̃ui uaſtabanť eſſet: ſicq; eoꝝ multos q Eleazaꝝ erãt ſecuti cõpręhẽdit: plures quoq; in

terfecit. Ad reliquã aũt multitudinẽ quæ in uaſtandos ſamaritanoꝝ fines irruerũt: prīci
pes gentis de hieroſolyma cõcurrerũt: optiq; ciliciis: & aſpſis cinere capitibus precaban
tur: ut ab īcępto deſinerẽt: nec pp exercendã in Samaritas ultionẽ ad hieroſolymæ pni-
ciẽ romanos cõmouerẽt: miſerentur aũt patrię ſuę atq; tẽpli filiorũq; & cõiugũ ppriaꝝ:
neq; oĩa pariter in diſcrimẽ adducerẽt. Neq; ob unius galylei uindictã cũcta diſpderent.
His acqeſcentes iudæi a negocio receſſerũt. Cap. viii. Multi aũt per idem tẽpus in
latrocinia cõſpirabant: ſicut uere ſolet īſolentia creſcere rebus quietis: per quę oẽm regio
nẽ agebantur rapinę: & audaces quiq; reliquis uim afferebant tũc ſamaritaꝝ primates
ad domitiũ quadratũ qui Syriã prouinciã pcurabat tyrũ uenerũt uindicari de his qui re
gionem eoꝝ deprędati fuerint poſtulantes. Præſto aũt fuerant ẽt iudęoꝝ nobiles: & io-
nathas filius ananiæ princeps ſacerdotũ abiecta diluens allegabat: initiũ quidem tumul
tus ſamaritas fuiſſe: qui primi homicidiũ ppetraſſent: cãm tamen calamitatũ poſtea ſe-
cutarũ prębuiſſe cumanũ: qui inter principia in authores cędis noluiſſet ulciſci: tũc qua
dratus utrãq; partẽ interim diſtulit dicẽs. Quoniã cũ ad ipſas regiones ueniſſet diligen
ter ſingula inqreret: deinceps uero pcedens cęſariã oẽs quos cuman9 uinctos reliquerat
in crucẽ ſuſtulit. Inde cũ Liddã ueniſſet denuo audiuit ſamaritanoꝝ querelas & iudęoꝝ
decem & octo uiros quos cognouit pugnę fuiſſe pticipes ſecuri percuſſit: duos aũt ex ſu
mantiũ pontificũ ſacerdotem Ionathã & ananiã eiuſq; filium ananũ: & nonullos alios
iudæos nobiles cæſariã deſtinauit: ſimiliter autem & ſamaritaꝝ nobiliſſimos quoſq;. Præ
cepit quoq; cumano & celeri tribuno romã nauigare redditurus claudio rationẽ pro his
quę in regno geſſerat. His ita compoſitis a lidda aſcendebat hieroſolymam & inueniẽs
multitudinem feſtiuitatem azimoꝝ celebrantem ſine ulla conturbatione Antiochiã re
diit. Romæ aũt cæſar auditis allegationibus cumani & ſamaritanoꝝ: aderat aũt Agrip
pas iudæoꝝ cãm magna intentione deffendẽs: ſiquidem & cumanũ multi potẽtiũ ede
rant pronuncians aduerſus ſamaritas tres eoꝝ nobiliſſimos iuſſit interfici. Cumanũ aũt
iuſſit urbe diſcedere. Celerẽ uero tribunũ uictum hieroſolymã mittens iudæis ad ſuppli
cium dedit: ut per urbem tractus capite cęderet. Poſt hęc Felicẽ Palantis fratrẽ deſtina
uit ad iudęos: q & eoꝝ puinciã cũ Samaria & Galyleã & pereã curaret. Agrippam uero
de Chalcide in regnũ maius trãſtulit: tradẽs ei illã quoq; puinciã quę Felicis fuiſſet. Erat
aũt iſta traconidis & Batanea & gaulanitis. Addidit autem regnum etiam Lyſaniæ &
tetrarchiã quã Varus rexerat. Cap. ix. Ipſe autem per ãnos tredecim: mẽſes octo:
dies triginta adminiſtratio īperio deceſſit ſucceſſorem regni Neronem relinquens: quẽ
ſuadelis agrippinæ uxoris ſuę in imperium cooptauerat: & quidem cum leg ptimum ha
beret filium britannicum ex Meſſalina natum priore ſcilicet coniuge: & Octauiam fili
am: quam ipſe priuigno collocarat Neroni Suſceperat autem ex agripina antoniam. Et
Nero quidem queadmodũ per magnitudinẽ fœlicitatis: & opus abuſus ſit fortuna: &
qualiter fratrem ſuũ atq; uxorem matrẽq; interfecerit. Poſt quos in omnes proxios ima
nitatem ſuam conuertit: atq; ut ad ultimum per amentiam ad hiſtrionum opera ſcenã-
q; peruenerit: quoniam ſcio eſſe & narrationem moleſtam tacitus præterire melius pu-
to. Conuertar autem ad narranda: quæ ab eo aduerſus iudæos geſta ſunt. Cap. x.
Minorem igitur armeniam regnãdã ariſtobolo dedit herodis filio. Regno aũt agrippę
quatuor urbes addit cum agris ad ſingulas pertinẽtibus imperia ſcilicet regione Abel
lam & Iuliadam: in Galylea autem Tancheam & Tyberiadam. Reliqua autem iudęæ
felici procurãda dedit. Hic principem latronũ Eleazarum: qui per uiginti annos regio
nẽ deprædat9: alioſq; multos cępit: uinctoſq; romã direxit: aliorũq; quos in crucẽ: ſuſtu
lit latronũ: uel in cõmunione ſceleris depręhenſoꝝ popularium, fuit pœne inumerabi-

lis multitudo . Sic enim regione purgata aliud genus latrocinantium in hieroſolymis
oriebatur. Hi autem ſicarii uocabantur. Die claro & in media ciuitate paſſim quoſq; in
terficientes. Potiſſimum uero diebus feſtiuis imiſcebantur uulgo: & ſicas ſub ueſte geſtā
tes. His diuerſos quoſq; interficiebāt ac deinceps collapſis hominibus illi inter reliquos
de ſcelere querebantur: qua fraude extra ſuſpitionem manebant: diuq; latuerunt. Primus
igitur ab eis Ionathas pontifex interficitur. Poſt hunc autem quottidie plurimi cędebā
tur: atq; ipſis calamitatibus moleſtior timor ciuitatem præmebat : ſicut enim in medio
bello per ſingula momenta omnes mortem operiebantur. Circūſpiciebant autem emi-
nus quoſq; appropinquantes; & neq; amicis ſuis fidere poterant: dum tantum in mediis
ſuſpitionibus atq; cuſtodiis nihilominus interficiebātur. Tanta erat latrocinantiū teme
ritas & ars quædam latendi . Ad hæc aūt alia ēt maloꝝ collectio facta eſt cæde quidem
abſtinentium: ſed conſiliis magis impiorum: quæ pars non minus q̄ ſicariorum fęlicem
urbis ſtatum corrupit : ſeductores quoq; homines & circūuentores ſub ſpecie religionis
nouādis rebus ſtudentes uulgus inſanire fecerūt : nam in ſolitudines egrediebanť ꝓmit
tentes deū ſigna eis oſtenſuꝝ libertatis. Cōtra quos Felix (uidebanť ꝗppe ſemina defe
ctionis eſſe) mittēs eqtes atq; pedites armatos magnā multitudinē interfecit. Cap. xi.

Maiore autē plaga iudęos afflixit ęgyptius quidā pſeudo propheta: adueniens quip
pe in prouinciam magnus cum eſſet prophetę opinionē ſibi arrogans . xxx. ferme milia
hominū congregauit quos uana ſeductione deceperat: & circūducens eos de ſolitudine
in montē qui uocatur oliuarū: inde hieroſolymā nitebatur abſcendere: depulſoq; roma
norum præſidio in populares exercere dominationē utebatur ſane ſtipatoribus qui ad
facinus conuenerant: præuidit ſane eius impetū felix: & occurrens cum ipſis Romanis
armatis quos etiam iudęoꝝ reliqua multitudo iuuabat iniit conflictū. Et ęgyptius qui
dem cum paucis fugit. Plurimi autē qui cum ipſo fuerant cōpręhenſi: atq; uinculis tra-
diti ſunt. Reliqua uero multitudo in regiones proprias diſperſa eſt. Cōpreſſis porro his
etiam ſicut in ęgro corpore: rurſus pars altera tumeſcebat. Magi enim quidam & latro
nes collecti multis afflictionē inducebant: & quaſi ad libertatē uocabant: mortē aptiſſi
mam cōminantes his qui romanorum principatui obedire uoluiſſent: ut uel reluctantes
auerterent eos qui ſpontaneam ferrent ſeruitutem. Diſperſi ergo bipertitam regionē diri
piebant quorūq; potentium domos: eoſq; inſuper trucidabant: inflāmabant etiā agros:
ita ut deſperatione eoꝝ tota iudęa protinus impleretur. Et hęc quidem pugna indies gra
uius augebatur. Alter autē tumultus ortus circa cęſariam inter iudæos ſcilicet qui ibi ꝑ
mixti habitabant: & ſyros cōmotione facta. Hi ſiquidem poſcebant ut eorum fieret ci-
uitas iudęum eius fuiſſe conditorē dicentes: erat autē rex herodes. Aemuli uero condito
rem quidem cōfitentur iudæum: ipſam uero ciuitatē fuiſſe gentiliū uindicabant . Neq;
enim illic ſtatuas & fana potuiſſe conſtitui ſi ad iudæos eam cōditor pertinere uoluiſſet.
Ob has ergo cauſas inter ſe populus uterq; iurgabat. Procedebat autē uſq; ad arma cō
tentio: & quottidie ad confligendum audaces quiq; partis alterutrę proſiliebant . Neq;
enim iudęoꝝ ſeniores cohibere tumultus gentis ſuę poterant: & græcis turpiſſimū uide
batur a iudęis inferiores uideri. Præſtabant autem hi quidē diuitiis & corporū uiribus.
Græci uero auxilio militum: magna ſiquidē pars romanæ manus de Syria illo fuerat cō
gregata. Et quaſi cognati ad auxiliandū parati erant ſyris. Pręfecti aūt militū curabant
cōprimere tumultū: & pugnaces quoſq; cōpræhendētes taureis ulciſcebāt: ac uinculis.
Neq; tunc ſupplicia cōpręhēſorum īpedimentū aut timorē reliquis inferebant: īmo ma
gis hoc ipſo ſeditionis irritabantur argumētū: tūc demum felix minaci edicto præcepit
contumaces quoſq; urbe diſcedere: non parentiū autem īmiſſis militibus interfecit non

paucos quoꝝ etiam ſubſtantię direptę ſunt. Poſt hęc quoq; cum uideret ſeditionem ma
nere nobiles utriuſq; partis elegit: & ſuſcepta legatione miſit ad Neronē pro his quæ ſi
bi cōpetere arbitrarent̄ acturos. Succeſſit autem ei Ceſtius & hos qui maxime infeſta
bant prouinciā ſollicite perſecutus: latronū plurimos comprahendit atq; interfecit.

Cap̄. xii. Verum ſucceſſor huius Albinus nō eodem more negotiis pręfuit. Neq;
enim fuit aliqua malignitatis ſpeties quā ille pręterierit. Deniq; non ſolū ciuibus fura
batur: & diripiebat ſubſtantiam ſinguloꝝ: neq; ſolum tributoꝝ addita mentis in cōmu
ne gentē grauabat: ſed etiam quos ob latrocinia uel decuriones ciuitatū cōpręhende
runt: uel quia prioribus iudiciis in cuſtodiis erant relicti accepta a cognatis coꝝ pecūia
liberauit. Et is ſolum qui non dediſſet in carceribus quaſi nocentiſſimus remāebat. Per
idem tēpus coꝝ quoq; qui res nouare cupiebant: in hieroſolymis creſcit audacia. Ex qui
bus ſane qui erant opulenti Albinum largitiōe redimebant: ut eis tumultū mouentibus
non īdignaret̄. pars aūt popularis quę non ſatis gaudebat: quiete Albini participibus iū
gebatur. Vnuſquiſq; īproboꝝ cohorte ꝑpria circundatus ipſe quidē quaſi princeps la
tronū: & tyrannus eminebat. Stipatoribus uero ſuis ad direptionē mediocriū abuteba
tur. Ita fiebat: ut hi quidē quoꝝ uaſtabantur domus tacerent. Illi aūt qui extra incōmo
dum ſtetiſſent metu ne ſimilia paterentur querelis deterrebātur: imo & officiis ambie
bāt eos quos cōſtabat dignos eſſe ſuppliciis. In cōmune āt oium fuit ītercepta fiducia.
Et erat tūc multiplex dominatio: & ſemina captiuitatis futurę iam ab illo tēpore ſparge
bantur. Cum ſane eiuſmodi moꝝ fuiſſet albinus: tamē ſuccedēs ei Ceſtius Florus opti
mū cum per cōparationē ſui fecit uideri. Ille ſiquidē plura occulte & cū fraude nocuerat
Ceſtius uero iniquitates ſuas in uniuerſam gentē tam palam quā ſi gloriaret̄ exercuit.
ac uelut non ad regendā prouinciā: ſed ad damnatorum pœnas carnifex miſſus neq; ra
pinaꝝ ullū morē nec afflictionum prętermiſit. in miſeriis aūt crudeliſſim9 erat: in turpi
bus uero impudentiſſimus: neq; enim quis illo amplius offēdit fallacia ueritatē neq; cō
mentus eſt callidiores nocendi uias. Huic ſiquidē uiritim illatis diſpendiis lucra quære
re exiguū uiſum eſt: ſed totas ſimul deſpoliauit urbes & labes populis inferebat ſolū nō
uoce per totā regionē edicens liberum eſſe omnibus latrocinari dum ipſe prædarum ac
ciperet portionem. Deniq; ob illius auaritiam contigit totam pœne deſeri regionem ita
ut plurimi ſedes patrias relinquentes ad externas prouincias cōmigrarent donec autem
in Syria ceſtius gallus prouinciam regebat neq; auſus quiſpiam iudæoꝝ eſt aduerſum
florum ad eum mittere legatos. Cum uero inſtante azimorum ſolemnitate ipſe Hiero
ſolymam ueniſſet occurrens multitudo quę facile tricies centum milium fuit precaba
tur: ut gentis ſuę calamitatibus ſubueniret: & peſtem illam prouinciæ florum: ut eiice
ret clamitabat. Qui tātum cum ſub populi ore eſſet: & gallo aſſiſteret: non ſolum nihil
mouebatur ſed uoces illas etiam deridebat. Ceſtius tantū compeſcens impetum populi
& edicēs quod deinceps placatiorē eis florum redderet: regreſſus eſt antiochiā. Deduxit
autē eum uſq; ad Cæſaream florus illudens mendaciis: & iudęorum genti bellū ſedulo
commiſcens: quo ſcilicet ſolo iniquitates ſuas occultū iri poſſe credebat. Pace ſiquidem
permanente habitaturum ſe apud cęſarem accuſatores. Iudæis uero defectionem nego
ciatus fuiſſet maiore ut quę malo abducēdam a ſe eſſe inuidiam peccatorū minorū. Igit̄
ut gens ab romano abrūperet̄ imperio ſedulo indidē augebat calamitates. Cap. xiii.

Per idem tp̄s apud Neronē cęſarienſes uictores extitere. Decretūq; iſtud cōteſtantes
litteras attulerunt: per quæ hoc bello iudaico dabatur exordium. Duodecimo ſcilicet an
no regni Neronis: ſeptimo decimo autem regni Agrippæ menſe maio. Ad magnitudi
nem aūt excitatorum de eo maloꝝ: nequāq̄ idoneas cauſas habuiſſe deprahenditur. In

cæſaria ſiquidē habitantes iudæi habebãt ſynagogã: prope agrũ cuius erat dominus gē
tilis quidē cęſarienſis & frequenter quidã egerant: ut ad illoꝝ ius illa poſſeſſio iungeref:
multis partibus maius preciũ quam res meruerat offerētes. Dominus aũt loci non ſolũ
preces eoꝝ deſpexiſſe cōtentus. Sed ad maiorē dolorē ædificauit in loco tabernas ita ut
anguſtũ eis tranſitũ reliqueret. Primũ igitur feruētiores aliqui iuuentũ proſilientes ędi
ficationē uetabant. cum uero florus hos a prohibendo cohiberet: non habentes iudæoꝝ
nobiles quid agerent inter quos erat Ioannes telones inflectunt floꝝ oblatione octo ta
lentoꝝ: ut ędificationem uetaret. Ille aũt ob capiendã tantũmodo rem promittēs ſe cũ
cta facturũ accepta pecunia ſtatim de cæſaria egreſſus eſt: abiitq; in Sebaſte: ſeditiõi tri
buens facultatē quaſi qui pugnat ſpacium iudęoꝝ primatibus uendidiſſet. Sequēti autē
die quę apud iudęos ſabbatum eſt: cum plebs ad ſynagogã coiſſet ſeditioſus quidã cęſa
rienſis uaſſamiũ ante ingreſſum eoꝝ ponens alites imolabat. Hoc factũ iudęos incoer
cibiliter accendit & legem ſuam quippe contumeliã pertuliſſe locũ ipſum dicebant fu-
iſſe pollutũ. Pars autē iudæoꝝ quæ erat cōſtantior atq; moderatior denuo iudicibus eſſe
conquerēdũ querebatur. Seditioſi autem & iuuentute turgentes iudæi effundebantur in
litem. Scabant autem ad confligendũ parati etiam cæſarienſiũ tumultuoſiores. Ex conſi
lio quippe directus fuerat qui pro ſynagogæ foribus imolaret. Sicq; continuo ex pugna
cõmiſſa. Interueniens aũt iocundus: qui ad prohibendũ erat relictus præfectus equitũ.
uas illud quidem quod poſitum fuerat iuſſit auferri & tumultũ ſedare pergebat. cum ue
ro ſuperatus eſſet præ cæſarienſiũ uiolentia iudęi ſtatim libros legis rapientes ſeceſſerũt
in narbata. regio quędam eoꝝ hoc nomine appellatur: dirēpta a cæſaria ſtadiis. lx. Pri-
mates aũt eoꝝ duodecim cum Ioanne in ſebaſte ad florum uenerunt: de his quæ accide
rant conquerentes: & ut auxilio eſſet rogabant: q̄uis reuerentur tunc cũ & de octo talen
tis admonentes. Ille uero illico cōpręhenſos eos uinciri iuſſit: arguēs cur leges de cæſaria
auferre auſi fuiſſent. Pro hoc igitur apud hieroſolymas grauiſſima iurgia naſcebantur.
Verumtamen adhuc indignationē ſuam frenabãt. Florus uero quaſi ad hoc operã ſuam
locaſſet: ut bellũ inflammaret miſſit ad ſacrum theſauꝝ ut inde decem & ſeptem talēta
auferrentur: quaſi eam pecuniã impenſę cęſaris flagitaret. Tũc uero ſtatim inuaſit popu
lum multa confuſio: concurrentes ad templũ maximis uocibus nomen cæſaris appella
bant: ut a tyrannide flori liberarentur: orantes. Quidam aũt ſeditioſoꝝ in floꝝ maledi-
cta iacebant ultima & caniſtrũ circumferētes ſtipē eius nomine poſtulabant: quaſi inops
& miſerrimus talibus indigeret auxiliis. His autē omnibus nihil eſt a cupiditate deterri
tus: ſed multomagis ad depredandũ irritatus eſt. Deniq; cum debuerat cęſariã ueniens
ignē belli illic naſcentis extinguere: cauſaſq; tumultuũ ſubmouere: pro quo ēt pecuniam
acceperat pactus: tantũ cum exercitu equitũ atq; peditum hyeruſalē contendit ut roma
nis ad quæ uolebat utereť: ac timore & minis urbē nudaret. Tũc populus lenire eius im
petũ uolens obuiam militibus proceſſit: cum ſolitis utiq; fauoribus & floꝝ honorare of-
ficiis paratus. Ille uero pręmittens cũ equitibus. L. centurionē nomine capitonē diſcede
re eos iuſſit. Neq; cum in quē tam grauia maledicta iecíſſent: falſo denuo honore delude
rent. Opportere quippe eos ſi uiri ſunt fortes animiſq; cōſtantes etiam in pręſentē effun
dere contumelias: nec ſolũ eos in uerbis: ſed etiã in armis amorem libertatis oſtendere.
His dictis exterrita multitudo ſimul etiam equitibus: qui cum capitone uenerant: in me
dium uulgus irruentibus diffugerunt: anteq̄ floꝝ ſalutarent: aut militibus officia cōſueta
redderent. Diſcedentes igiť in domos cũ metu atq; humilitate peruigilē duxere noctē.
Florus ãt tũc qdē deguit in regia. Poſtridie ãt aduerſum eos extructo tribũali ſublimis re
ſedit: cōuĕiētesq; ſacerdotũ pricipes & ciuitatis uniuerſa nobilitas aſtiterũt tribũali. His

præcepit florus:ut oẽs qui maledicta in cũ ſucclamaſſent protinus dederent edicẽs in ip
los eſſe:niſi eos ꝓduxerint uindicandũ. Ad hæc reſpõdent iudęi:populũ quidẽ pacifica
queq; ſentire:illis uero qui errauiſſent in uerbis ueniam cõferendã poſtulabant. In tanta
ſiquidẽ multitudine nihil eſſe mirandũ offendi aliquos temerarios:& per ętatẽ inſipien
tes:eſſe autẽ ĩpoſſibile coꝝ qui deliquerint diſcrimẽ agitari: cũ & ſingulos nimirũ pęni
teat:& per timorẽ ad negandũ ſint parati. Debere tantũ illũ ſi conſuleret gentis quieti:
& uellet romano imperio ſeruare urbẽ. Magis propter multos innoxios dare ueniã etiã
paucis delinquentibus quapropter paucos delinquentes improbos ꝑturbare multitudi
nem tantũ bonoꝝ. Ad hæc uero ille magna indignatione inflammatus militibus excla
mauit:ut foꝝ uenaliũ quod erat in ſuperiori parte diriperent: ac paſſim obuios trucida
rent. Illi uero ad lucri ſui cupiditatẽ addita authoritate rectoris:non ſolum illum diripue
runt locũ in quẽ fuerant immiſſi:ſed in uniuerſas inſilentes domos interficiebant habita
tores. Fuga aũt erat per angiporta omnia & cędes coꝝ qui cõpręhendebantur: direptio
nis quoq; nulla ſpecies prętermittebat᷑. Multos autem etiam nobiliũ compræhendẽtes
adduxerunt ad floꝝ:quos ille uerberibus laniatos in cruce ſuſtulit. Deniq; omnis nume
rus illo interfectoꝝ die cum paruulis:& mulieribus neq; enim lactãtibus pepercerãt fuit
ducẽti &.xxx. grauiorẽ aũt faciebat calamitatẽ uideri nouitas romãę calamitatis: ꝙ enĩ
nemo unq̃ prius tũc florus auſus eſt:ut uiros. ſ. equeſtris ordinis ꝓ tribũali flagellis cęde
ret ac patibulis affigeret. Quoꝝ & ſi origo iudęa tñ romana dignitas erat. Cap. xiiii.

Peridem tempus rex quidẽ Agrippa alexãdriã erat profectus:ut alexandrũ qui ęgy
ptũ procurabat:miſſus a nerone iure hoſpitis cõueniret. Germanã aũt ſuam beronicem
hieroſolymis inuentam & iniquitatem militum uidentẽ grauis pro hac [illegible]ngor inuaſerat:
& frequenter quidem præfectos equitum ſuoꝝ:cuſtodes corporis m[illegible]es ad florum pre
cabatur:ut a ſede deſineret. Ille uero neq; in multitudinem interfectorum:neq; in nobili
tatem peccatricis: ſed tantum in lucra ſua:quę de rapinis congregarentur aſpiciens con
tempſit abnuere:impetus autem militum in reginam efferatus eſt. Non ſolum quippe
ſub oculis eius obuios quoq; multabant:ſed etiam ipſam niſi confugiſſet in aulam inter
ficerent. ibi aũt peruigilem nocte cum intenta cuſtodia egit uerens utiq; irruptionẽ mili
tum. Venerat autem hieroſolymam ut uota deo ſolueret. His enim qui morbo uel aliis
neceſſitatibus implicantur:mos eſt orare per triginta dies anteq̃ immolent hoſtias abſti
nere quoq; uino & capillos radere. Quem morem beronice Regina exercuit diebus:nu
dipes etiã ante tribunal ſtetit deprecans florum:& preter quod nihil honoris habita eſt
& etiam de uita ſua periclitata eſt. Cap. xv. Hæc autẽ facta ſunt ſextodecimo die
menſis maii. Poſtridie aũt conueniens multitudo in forum quod erat in ſuperiori parte
ciuitatis confluens magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant querebantur. Potiſ
ſimum aũt inuidioſę in floꝝ uoces erant ꝙ ueriti primates quiq; & pontifices diſruptis
ueſtibus & uiritim ſingulos compręhendentes poſtulabant:ut ab his uerbis quoꝝ cau
ſa mala tanta pertulerant deſinerent neq; in maiorem indignationẽ florum mouerent.
Sicq; ſedata eſt multitudo:tam reuerentia precantiũ quam ſpe ꝙ nequaq̃ florus ultra in
eos ſęuiret. Ille autem uidens multitudinẽ eſſe ſedatam angebatur:& denuo eam inflam
mare cupiẽs pontifex cum nobilibus aduocauit. itaq; unum ait argumentũ fore ꝙ nihil
ulterius de nouãdis rebus populus cogitaret:ſi obuiã procederet militibus de cęſaria ue
nientibus. ueniebant aũt duæ cohortes: qui cũ uocaſſet populũ ad occurrendũ mandat
centurionibus:ut nullã ſalutationẽ redderẽt obuiãtibus iudæis: Ad quod ſi offenſi petu
lãter qppiã eſſent locuti ſtatĩ in eos uterent᷑ armis. Põtifices ergo collectã multitudinẽ
in tẽplo precabant᷑ ut occurrerẽt romanis: & ante graue incõmodũ cohortes ſolẽniter

ſalutarent. His hortatiōibus ſeditioſi quiq; abnuebāt:& ob interfectorū dolorē reliqua
multitudo iungebat audacibus. Tunc uero & omnis ſacerdos omneſq; leuitę ſacra ua
ſa proferētes:ornatūq; tēpli:citharistę etiā & cantores cū muſicis organis procedebant
ante multitudinē:& obnixiſſime precabant ut illū tēpli honorē cuſtoditū eſſe uellēt:ne
q; ad direptionē uaſorū ſacrorū romanos cōtumeliis incitarēt. Erat autē uidere ipſos ſa
cerdotū principes ſparſis cinere capitibus:& pectora diruptis ueſtibus nuda mōſtrātes
nominatim ſingulos quoſq; nobiliū cōpellare:ac denuo in cōmune multitudinē precari:
ne ob modicū peccatū patriā ſuam proderent his qui direptioni eius inhiarent. Quam
enim utilitatē uel militibus eſſe de iudęorum ſalutatione tribuenda: uel illis quę acciderāt
correptionē ſi in pręſenti prodire ceſſaſſent: Ac cōtra ſi officioſe ſuſceperint ſolemniterq;
uenientes, auferri Floro occaſionē pugnę:ipſos uero ſaluare patriā ſuam & puidere, ne
quid ultra quā pertulerant experirentur. His addunt quoniam paucis ſeditioſis ſi tanta
multitudo iungatur quo magis ad pacificū conſiliū ſua debuerint authoritate transferre.
Tali hortatu multitudinē inflectentes:etiam ipſos ſeditionis authores quoſdā quidē mi
nis;quoſdam aūt ſui reuerentia mittigauerunt: ac deinceps pręcedentes cū quiete omni
populo ſequente militibus obuiā prodierunt. Iamq; cōminus factos ſalutauerunt. Illis
autem nihil reſpondentibus ſeditioſi iudęorum: aduerſum Florum cuius haec fierent conſilia
ſuclamauerunt. Confeſtimq; milites conprehendentes eos cędere fuſtibus adorti ſunt:
atq; in fugam uerſos perſequentes equites proculcabant. Corruebant aūt multi quidē
cum a romanis cęderentur;plures autē cum ſe mutuo propellerent. In ipſis autē portis
grauis facta eſt compreſſio:& unoquoq; alterū pręuenire cupiente, tardior fuga cūctis
fiebat. Collabentiū uero erat durus interitus. Suffocatu enim atq; conflatu miſeri diſpe
ribant:& neq; ad ſepulturā quiſq; proximis ſuis cognoſcendus remanebāt. irruebant aūt
pariter milites immoderate eos quos comprehendiſſent cędentes:& per ingreſſum quæ
berethā uocatur detrudebant multitudinē tranſire cupientes:ut antoniā & templū obti
nerent, Quos etiam florus conſecutus eduxit de regia eos qui ſecū erant:& in arcem trā
ſire nitebatur. Fruſtratus tunc eſt eius impetus. Conuerſus quippe aduerſum eos popu
lus repugnauit:& per tecta euadentes obruebant ſaxis romanos. Qui cum ſuperne ſa
gittis uincerentur uenientibus: nec poſſent defendere multitudinem quę per anguſtos
arctabatur ingreſſus:ad reliquū ſe exercitum qui erat in regia receperunt. Seditioſi au
tem uerentes ne ſuperueniens denuo florus tēplum occuparet per antoniam ex templo
aſcendentes porticus ad templum per antoniam continentes interciderūt:quatenꝰ aua
ritiam flori deſperatione cōpeſcerent, Nam cū diuinis inhiaret theſauris proq; hoc in an
toniam tranſgredi niteretur:ubi interciſas porticus uidit:ab impetu cōquieuit. Et cōuo
cans ſacerdotū principes:atq; curiā ſe quidē ait urbe digredi:pręſidiū tūc apud eos re
linquere quantū ipſi uoluiſſent. Ad hęc illis reſpōdentibꝰ nihil nouandū fore ſi unā tm̄
relinqueret apud eos cohortē. Dum tantū non illam quæ cum ciuibus pauloante confli
xerat ob ea ſi quidem quæ pertulere populū illis militibus infenſum:cohorte ſicut preca
bantur mutata cum reliqua manu Cæſariam regreſſus eſt. Cap̄. xvi. Aliud autem
denuo pugnæ conſilium cōminiſcēs rettulit ad Ceſtium:& iudęos defectiōis criminatꝰ
impudenti mendacio illos perpetraſſe dicens quæcunq; eos pertuliſſe conſtabat. Nec
ſane principes hieroſolymorum tacuerunt;ſed & ipſi & beronice ad Ceſtium de his quæ
inique in urbe egerat retulerunt. Ille autem ſuſceptis litteris partis utriuſq; quid facto
opus eſſet cum principibus deliberabat. Et quibuſdam quidem uidebatur cū exercitu in
iudęam ceſtiū ire debere:& aut uindicare defectionem ſi fuiſſet admiſſa:aut magis fidos
reddere iudeos:eorūq; accolas. Ipſi tamen magis placuit aliquē de ſuis pręire: qui & ne

gocia & cõſilia iudæorũ poſſit ei fideliter nunciare. Direxit eo tribunũ Neapolitanum
q ab alexandria reuertẽti agrippæ circa iamniã occurrens:uel a quo fuiſſet directus uel
ob quas cauſas indicat. Quo loci iudæorũ etiam pontifices reliquiq; nobiles eorumq;
curia adeſſe curauerant:ut regẽ circa ſcilicet officia nouarent. Poſtea uero quã congrua
humanitate coluerũt cõqueſti ſunt quã potuerunt flebiliter de calamitatibus propriis:
& inhumanitatẽ flori explicauerũt. Quã licet argueret Agrippas tamẽ ut ducis autho-
ritati cõpetebat inuectionem ſuã in iudęos tranſtulit:quorũ maxime miſerabatur uolẽs
ſcilicet frenare eorũ motus:ut p hoc ipſum quod uiderentur nihil paſſi iniurię ab ultiõis
deſinerent appetitu. Ad hęc ergo quicunq; egregii erant: & propter ſua prædia deſide
rabant quietem:intelligebant regis redargutionẽ eſſe plenã benignitatis. Populus au
tem hieroſolymorũ ſexaginta ſtadiis obuius progreſſus officioſe agrippã & neapolitanũ
ſuſcepit. Lamentabant tamen interfectos cõiuges mulieres:quarũ plangoribus reliqu9
quoq; populus ad lamẽta conuerſus precabatur agrippã ut genti conſuleret. Succlama
bãt etiã neapolitão:ut ĩgrederet urbẽ uideretq; quæ eſſent a floro geſta:& ita oſtẽdebãt
forũ quidẽ deſertum domoſq; uaſtatas. Deinceps uero per agrippã ſuaſere neapolitano
ut is cũ uno tãtum famulo uſq; ad ſiloa totã circuiret ciuitatẽ:quatenus ipſis cognoſce
ret oculis iudęos quidẽ omnibus aliis parere romãis: ſoli autẽ floro aduerſari ꝓpter ma
gnitudinẽ in eos crudelitatis. Ille igitur cũ circuiſſet urbẽ & manſuetudinis populi ſuffi
ciens documẽtum teneret:aſcendit in tẽplum quo etiã multitudinẽ cõuocauit: & pluri
mis uerbis fidẽ eorũ cum circa romanos collaudaſſet: multa etiã ad cõſeruationẽ pacis
hortatus adorauit deũ eiuſq; ſancta in eo tamẽ cõſiſtens loco in quo licebat per religio
nem:ſicq; regreſſus ad ceſtiũ eſt. Vlgus autẽ iudæorũ ad regẽ pontificeſq; cõuerſus pete
bat:ut legati aduerſum Florũ ad neronẽ mitterẽtur: neq; de tanta cæde tacẽtes ſuſpitio
nẽ ſuæ defectionis præberent: uiſum iri quippe eos principes capiẽdorũ armorũ fuiſſe ni
ſi præuenientes oſtendiſſent illũ eſſe qui dediſſet exordiũ. conſtabat autẽ multitudinem
nõ eſſe quieturã ſi legationẽ aliquis impediſſet. Ad hæc agrippa ordinari quidem lega
tos qui florũ accuſarẽt inuidioſum putabat: deſpicere aũt iudęos in bella cõmotos neq;
ſibi expedire cernebat. Cap. xvii. Aduocata igitur contione in xiſtũ: & in ſugge
ſtu cõſtituens germanã ſuã beronicẽ in Aſamœorum domo (ea ſiquidẽ xiſto imminebat
contra ſuperiorẽ partẽ urbis: Nam xiſto templũ erat ponte coniunctũ) eiuſmodi oratio
nem habuit. Siquidẽ non uiderẽ uos omnes ad pugnã cum romanis eſſe cõcitatos. neq;
populi puriorẽ ſinceriſſimãq; partẽ pacẽ uelle ſeruare, eq; proceſſiſſem ad uos: neq; cõſu
lere confiſus eſſem: ſuperuacua quippe de utilibus oratio quando omniũ habitatorũ cõ
ſpirat ad deteriora conſenſus. Quoniam uero aliquos quidẽ ætas malorũ belli neſcios
facit. Quoſdã uero inconſiderata ſpes libertatis: nonnullos uero auaritia ſuccendit & in
cõfuſione rerum capiendũ de minoribus lucrum quemadmodũ ipſi ab hoc errore corri
gantur: & non perpaucorũ improba cõſilia etiã boni diſpereant, exiſtimaui oportere: ut
omnibus uobis in unum coactis ea exponerẽ quæ arbitror expedire. Perſtrepet autẽ ne
mo ſi non ea audierit quę ipſius fert libido. His ſiquidem qui ſunt ad defectionẽ irreuo
cabiliter incitati: licebit etiã poſt meos monitus manere in priſtina uoluntate. Mea autẽ
etiã ad illos qui audire cupiunt intercipietur oratio: niſi ab omnibus uobis ſilentiũ præ-
beatur. Noui quidẽ quam multi & iniurias procurantiũ prouincias & præconia liberta
tis quaſi tragice proſequantur. Ego aũt anteq̃ diſcutiam qui ſitis & contra quos pugnã
ſuſcipere tentetis, primũ ſeparabo cauſas quas connexas putatis. Si enim uiolatores ue
ſtros cupitis ulciſci: cur libertatẽ magna laude ſuſtollitis? Si uero iſtud ipſum ſeruire in-
tolerabile ducitis ſuperflua eſt aduerſum rectores querela. Et illis ſiquidẽ uel moderatiſ

ſime agentibus: nihilominus turpe erit ſeruire. Conſiderate aũt ſigillatim & uidete quã
exigua ſit materia bellorũ. Et primũ quidẽ ipſa rectorũ conſideranda ſunt crimina. Co
lere ſiquidẽ officiis: non exaſperare oportet iurgiis poteſtatẽ. Cum uero modicorꝫ pecca
torũ exprobationes maximas facitis: aduerſum uos profecto eos: quibus infertis contu
melias irritatis. Relinquẽtes quippe & ꝗ ante clãculo: & cũ quadã uerecũdia nocebãt:
palam uos confidenterqꝫ populantur. Nihil ãt ita plagas coercet: ut patiẽtia: & uiolato
rũ quies quę uiolantibus indicit pudorẽ. Fac autẽ eos qui a romanis in prouincias diri
gant̃ eſſe grauiter moleſtos, non tamen etiã romãi omnes uiolant uos: neqꝫ ipſe cæſar
aduerſum quẽ pugnare uultis. Neqꝫ enĩ ex pręcepto illorũ improbus ad uos quiſqꝫ uẽit:
neqꝫ poſſunt illi quæ in oriente geruntur poſiti in occidẽte conſpicere. Sed neqꝫ facile ea
quæ hic fiunt: illic audiũtur. Eſt aũt importuniſſimũ & propter exiguas cauſas tãtis: &
ea de quibus querimur neſciẽtibus, uelle confligere. Et quidẽ noſtrorꝫ criminũ cito erit
futura correctio. Neqꝫ enim unus idem prouincię ſemper curã tenebit: & ſucceſſores eius
credibile eſt modeſtiores futuros. Motũ autẽ ſemel bellũ neqꝫ deponere facile eſt abſqꝫ
magnis calamitatibus: neqꝫ ſuſtinere. Libertatis uero dona ſitientibus prouidendũ atqꝫ
c ertãdum eſt: ut principio nõ ea careant. Moleſta enim eſt nouitas ſeruitutis: quã ne uti
qꝫ ſubeas, iuſtũ ſuſcipi certamen uidet̃. Qui uero ſemel ſubiectus eſt: & deiceps deficit,
contumax magis ſeruus quã amator libertatis oſtendit̃. Tunc igitur oportuit oĩa agere
ne ſuſciperent̃ romani cũ in ꝓuinciã Pompeius intraret. Maiores uero ueſtri eorũqꝫ re
ges pecũia: corporibus: animis multo uobis meliores exiguę parti uirtutis Romãę ob
ſiſtere nequiuerunt: Vos autẽ qui hæreditariã obedientiã ſuſcepiſtis: rebus autẽ omnibꝰ
ab illis qui primi paruere quã longiſſime inferiores eſtis, contra omne romanũ regnum
obſiſtere arbitramini? Et Atheniẽſes: quidẽ qui ob gręcorũ libertatẽ patriã ſuã quondã
ignibus tradidere: qui ſuperbiſſimũ illũ Xerxẽ per terrã nauigãtẽ: per mare uero ambu
lantẽ: & cuius claſſem nõ caperet amplitudo pelagi: latiorẽ autem Europa duceret exer
citum, hunc inqꝫ cum una naue fugientẽ glorioſiſſime perſecuti ſunt. Circa paruam aũt
ſalaminã: qui tantas opes aſię confregere, nunc tamẽ ſeruiunt romanis: & illã regiã grę
ciæ ciuitatẽ adminiſtrãt italię iuſſiones. Lacedemonii quoqꝫ poſt thermopylas: & plate
as: & Ageſilaũ aſiam perſcrutatũ eoſdem dominos uenerantur. Macedones uero qui ad
huc poene imaginantur philippum uidere cum alexandro promittentem ſibi orbis im-
periũ, ferunt tamẽ rerũ mutatiõem: & adorãt eos ad quos fortuna migrauit. Alię quoqꝫ
multę gentes ad libertatẽ fiducia ſubnixę: & multo maiores ceſſerunt tamẽ & obediũt,
uos autem ſoli ſeruire dedignamini his quibus uideatis uniuerſa eſſe ſubiecta. Cui mili
tię? quibus confiditis armis? Vbi claſſis ueſtra quę peruagetur romanorũ maria? Vbi
aũt qui expenſis poſſint ſufficere theſauri? Contra ægyptios forte aut arabas exiſtimatis
uos bellum mouere? Non circũſpicitis romanorũ imperiũ? Non metimini ueſtrã imbe
cillitatẽ? Nonne ſcitis ueſtrã ciuitatem a cõterminis gentibus frequẽter eſſe ſuperatam?
illorum autẽ uirtus ꝑ totum orbẽ inuicta percurrit: immo etiã hoc orbe plus aliquid quę
ſierũt. Neqꝫ enim ſufficit eis ad orientẽ quidem totus euphrates: ad ſeptentrionem uero
Iſter: neqꝫ meridie tẽus ſolitudine libya perſcrutata: neqꝫ in occidẽte gadira: ſed ultra ocea
num aliũ quęſierunt orbẽ. Vſqꝫ ad britannias inacceſſas prius arma & exercitũ tranſtule
runt. Quid ergo? Vos ne ditiores gallis: fortiores germanis: prudentiores gręcis? Poſtre
mo plures eſtis oĩbus in toto orbe degentibus? Quæ uos fiducia aduerſum romanos eri
git? Sed dicit aliquis ſeruire moleſtiſſimũ eſt. At quãto magis id gręcis: qui uniuerſis ſub
ſole habitantibus uidebant̃ pręſtare nobilitate: & tã latam quondã prouinciã poſſiden
tes: tunc bis ternis faſcibus romanorũ obediunt. Paribus autẽ macedones obſequuntur:

quí certe multo uobis iuſtius deberent libertatẽ tueri. Quid autẽ quingentæ aſiæ ciuita-
tes? Nunquid nõ abſq; ullo prẹſidio uni tantummõ rectori parẽt: & faſcibus cõſulis obſe
quuntur. Quid autẽ pergam enumerare heniochos: & colchos: & taurorum gentem: boſ
phoranos quoq;: & habitãtes circa ponti littora natiões: meoticaſq; gentes? Apud quas
nimirũ olim neq; domeſticus aliquis dominus noſcebat. Nunc uero militũ ſubiiciuntur
tantũ tribus milibus: & quadraginta naues longẹ innauigabile prius mare in pace cuſto
diunt. Quanta Bithynia: & capadocia: & pamphyliorũ gens: lydi quoq; & cilices pro li
bertate dicere ualerent? Tamen nunc ſine armis tributa pendunt. Quid autem thraces?
quinq; quidẽ diebus in latũ: ſeptẽ autem in longũ cõmeabilem prouinciam poſſidẽtes:
aſperioreq; multo quã ueſtra eſt: ac multis partibus fortiorẽ: altiſſimoq; gelu eos qui ir-
ruerint retardantẽ duobus milibus romanorũ in prẹſidio manentibus obſequuntur. Poſt
hos illyrii uſq; ad dalmatiã: & iſtro tenus incolentes duabus tantũ legionibus obediũt:
cum quibus & ipſi impetus cõpeſcunt dacorũ. Ipſi quoq; dalmatæ: qui tam multa de li-
bertate conati ſunt: ſæpiuſq; capti: rurſum cũ maioribus opidus rebellarũt, nunc ſub una
romanorum legione agunt quietẽ. Verumtñ ſi aliquos magnẹ cauſẹ ad defectionẽ incita
re deberent: gallos potiſſimũ oporteret aſſurgere: quos uidelicet tantis munimentis natu
ra cinxiſſet. Ab oriẽtali quippe plaga alpiũ montibus: a ſeptentrionali rheno flumine: a
meridie pyreneis montibus: ab occidente uero oceano. Sed tali munitione gaudẽtes tre
centis & .xv. gentibus nũero ſi fontes autẽ: ut ita dixerim: fẹlicitatis domeſticæ habẽtes:
omnibuſq; bonis totũ poene orbẽ irrigantes: ferunt nihilominus uectigales eſſe romano
rum ac fœlicitatẽ ſuam in eoꝝ fœlicitate reponere. Idq; ſane ipſum: nõ per animorũ mol
litiem: nec propter ignobilitatẽ parentum: quippe octoginta annos pro libertate pugna
uerunt: ſed romanorũ admirati ſunt: horrueruntq; cũ uirtute fortunam: qua illi plura ſẹpe
obtinuere quã bellis. Deniq; ſub mille & .cc. militib⁹ ſeruiũt quib⁹ poene plures hẽrant
ciuitates. Neq; Iberis naſcẽs in agris aurũ ad gerẽda pro libertate bella ſufficit. Neq; tñ
terraꝝ mariſq; ſpacia Rõanis. dirẽptæ gẽtes Luſitani: ſcilicet & cãtaboꝝ armænia: Nec
uicinus occeanus: etiam accolis ſuis fragore terribilis ſatisfuit uincentibus romanis: ſed
ultra columnas herculis protulerunt arma: & ipſas nubes pyreneorum montium egreſſi
uertices ditioni ſuẹ ſubdiderunt romani: atq; ita pugnacibus gentibus: tantoq; ut prẹdi
xi: ſpatio diremptis legio in prẹſidio una ſatis eſt. Quis ueſtrum non audiuit multitudi-
nem Germãorum: uirtutem quoq; & magnitudines corporum ut arbitror ſẹpe uidiſtis.
Siquidem ubiq; romani earum gentium captiuos habent. Sed illi quidem ita ingentem
ſpatiis regionem incollentes: ſpiritus autem maiores corporibus gerentes: & animã qui
dem contẽptricem mortis: indignationes autem uehementiores feris, nũc autem limitẽ
rhenum habent: & octo romanorum legionibus domantur: & ſeruiunt quidem qui capti
ſunt: reliqua autem ueꝝ gens uniuerſa ſalutẽ in fuga nõ in armis reponit. Cõſiderate ẽt
Britãnorum muros qui Hieroſolymorum cõfiditis muris. Illos ſiquidem circũdatos oc
ceano: & poene nõ minorem quam noſter orbis eſt habitantes romani nauigantes rede
gerũt inditionem ſuã: quatuorq; legiones tãtæ magnitudinis inſulam tuentur. Et quid
opus eſt plura dicere? cum etiã Parthi bellicoſiſſimũ genus tantis prius populis imperã
tes: & tã magnis opibus cicundati, obſides tamen mittũt romanis: eſtq; cernere ſub ſpe
tie pacis ſeruientẽ in italia præcipuam orientis libertatẽ. Vniuerſis quippe qui ſub ſole
incolunt romanorũ arma uenerantibus uos ſoli bellũ geretis? Neq; carthaginenſiũ cõ
ſiderabitis finem: qui magno illo Hannibile gloriantes & ex nobili phoenicum ſtirpe
uenientes tamen ſub Scipionis dextera corruerunt. Sed neq; cirenẹi lacedemone oriun-
di: neq; marmaridarũ genus uſq; ad dipſadẽ protentũ: neq; terribiles etiam audiẽtibus

ſyrtes:Naſamones quoq;:& mauri:& innumerabilis multitudo nomadū uirtutes impe
dicre romanas.Sed tertiā partē orbis terrarum:cuius neq; numerare quidē natiões faci
le eſt:quę.ſ.atlantico mari & columnis Herculis uſq; ad rubrum mare infinitos nume
ro & locis ęthiopes continet:totā tamē ſuſceperunt armis:& pręter fruges annuas qui-
bus romanā multitudinē octo menſibus paſcūt, alia quoq; uectigalia pendunt. Expen
ſas quoq; deuotiſſimi imperio miniſtrant.Nihil de his quæ iubentur: ſicut uos cōtume
lioſum putantes.Equidē una cum illis tantū legio cōmoratur.Sed quid opus eſt longe
petitis exemplis potentiā explicare romanā? cum eam poſſitis de uicina uobis ægypto
diligēter inſpicere. Hæc enim cum uſq; ad æthiopas porrigatur:opulentāq; arabiam:
contigua quoq; ſit indię: quinquaginta & ſeptingenta centena millia incolarū habens
pręter alexandrinorum plebem, tū uectigalia quorum magnitudinē de cenſu ſingulorꝝ
capitum ęſtimari licet:deuotiſſime pendicans, romanū non dedignatur imperiū.Et cer
te quā magnū ſtimulū defectionis habēs:alexandriā ſcilicet multitudine & diuitiis abū
dantem: magnitudine quoque non imparem. Habet ſiquidem in longitudine ſtadia
xxx.in latitudine uero nō minus quam decem: tributorum uero multo amplius p̄ men
ſes ſingulos infert:quam uos toto anno penditis:& pręter pecuniam.iiii. menſiū roma
nę plębi annonam miniſtrat.Munitur autē undiq; aut incommeabili ſolitudine:aut im
portuoſo mari:aut fluminibus:aut ſiluoſis paludibus:quorū tamen omniū nihil roma-
na fortuna fortius fuit.Duæ etiā legiones ciuitati inſidentes profundā ægyptum cū illa
macedonum nobilitate frenant.Quos igit̄ in bella de ſolitudinibus aliquibus ſocios aſ
ſumetis? Siquidē omnes qui in orbe habitabili degūt romani ſunt.niſi forte quis ueſtrū
ſpes ſuas ultra Euphratē porriget:& Adiabenorū regionē gentiles ſuos ęſtimet adiuto
res.Porro nec illi propter irrationabilem cauſam tanto ſe bello implicabunt:nec ſi tam
probroſo operi aſſenſum dabunt, parthus tamē ſineret. Eſt ſiquidem ei cura tuendę cū
Romanis amicitiæ: & Arbitrabitur fœdus eſſe temeratum ſi quis de his qui ſubiecti
ſunt eiꝰ imperio aduerſum romanos in bello procedat. Supereſt ad diuinum confugiat̄
auxilium. Verum & hoc apud Romanos.Sine deo quippe impoſſibile eſſet imperium
tale conſiſtere.Conſiderate autem quemadmodū hæc ipſa erga ipſam religionē immo
deratio:etiam ſi cū longe inferioribus bellum geratis:tamen ad diſpenſandum ſit uobis
difficillima:atq; eadem trāſgrediendo offendatis deū:per quę eum auxiliaturū putatis.
Si enim ſeruetis ſabbatorū conſuetudinem:& ad nullū actū moueamini, facile p̄fecto
capiemini.Sic quippe etiā maiores ueſtri experti ſunt hos dies Pompeio ad bellū deſti
nante:in quibus ſcilicet hi qui oppugnabant̄ otia gerebant. Tranſgredientes autem in
bello legem patriā neſcio propter quid in reliquū dimicetis. Vna ſiquidem nunc uobis
intentio eſt:ne quid de patria inſtitutione ſoluatur.Quemadmodū autem aduocabitis
ad adiutorium deum, ſi cultū indebitum ſponte uioletis? Aſſumūt autem ſinguli quiq;
bellū uel diuinæ uirtuti:uel humanis opibus cōfidētes.Cum uero utraq; hęc quantū ad
ipſam pertinet cōſequentiam deſerunt̄, in manifeſtam utiq; captiuitatē uolētes pugna
re proſiliūt.Quid autē prohibet propriis manibus filios ueſtros coniugeſq; laniare: &
pulcherrimā inflammare patriā.Erumpētes ſiquidē i furorem lucrabimini uel ignomi
niam ſuperatorū.Bonum eſt o amice bonū eſt: cum adhuc ſtat nauis in portu pręcaue
re tempeſtatem futurā:& non eo tempore quo in medias irrueris procellas nequiq̄ tre
pidare.His ſiquidem qui in improuiſa mala inciderint ſupereſt:ut indigni uel miſeratio
ne uideantur: qui uero ſe in apertū diſcrimen iniecerit etiā exprobratiōibus onerentur.
Niſi forte aliquis ueſtrum ęſtimet ſecundū pacta:cōflictum ire:romanos autem poſtq̄
uicerint mediocriter uobiſcum acturos:& non in exemplo aliarū gentium ſacram hanc

urbem inflammaturos:interfecturos aũt uniuerſum ueſtrũ genus.Neq; enim qui ſuper
fueritis armis uſq̃ locum fugę habebitis:uniuerſis.ſ.gentibus: uel iam habentibus ro-
manos dominos:uel habere metuẽtibus.Periculũ aũt non ſolum in uos manebit: ſed ẽt
in reliquis ciuitatibus habitantes iudęos.Neq; enim eſt in toto orbe populus:in quo nõ
ueſtra portio ſit: quos certe omnes uobis rebellantibus cęde crudeliſſima diuerſi quiq;
conficient:& propter paucoꝝ uirorum praua conſilia: uniuerſæ urbes iudaico ſanguine
redundabunt.Manet aũt uenia eos qui talia patrauerunt:ꝙ ſint nimię ueſtro uitio con
gregati . Si uero eadẽ exequi ſupſederint, conſiderate quã impiũ ſit aduerſum tam beni
gnos arma mouiſſe.Subeat aũt uos miſeratio:& ſi non filioꝝ ueſtrorũ atq; coniugum,
ſaltem iſtius ciuitatis:quę mater urbiũ ueſtræ regionis uocat̃ . Parcite mœnibus ſacris:
parcite uenerabilibus adytis:templumq; uobis & ſancta ſanctoꝝ ſeruate.Neq; enim ul
tra uictores romani his abſtinebunt: quibus primo parcentes nullã receperunt gratiã.
Proteſtor autẽ ego quidẽ ſancta ueſtra:ſacroſq; angelos dei: patriamq; cõmunem quo
niam:nihil eorum conſiliorũ quæ uobis uiderim expedire ſubtraxerim:uos autem decer
nentes:quę oportet mecũ in pace degetis.Si uero ꝓtuleritis iras abſq; me periculis ſub
demini.His dictis aſtãte etiam ſorore lachrymauit: & multam partem de eorum impe
tu lachrymis infregit.Succlamabant autẽ non ſe aduerſum romanos:ſed aduerſum Flo
rum:ob ea quę pertuliſſent, pugnã gerere.Ad quos rex agrippa . Sed opera ueſtra inq̃t
talia ſunt:qualia aduerſum romanos pugnantiũ.Neq; enim Cęſari uectigal dediſtis:&
antonianas porticus incendiſtis.Sopietis autem cauſam defectionis: ſi & porticus de-
nuo cõſtruatis:& tributa reddere maturetis.Neq; enim Flori hoc pręſidium eſt:aut pe
cuniam floro dabitis.His conſultis populus acquieuit:& cum rege ac Berenice aſcen-
dentes in templũ porticus ædificare adorti ſunt.Per uicos & regiones principes decurio
neſq; diſperſi uectigal colligebant:celeriterq; quadraginta talenta(tantum enim erat
reliquum)redacta ſunt.Et belli quidẽ imminentes minas eo tunc tẽpore agrippas cõ-
peſcuit.Deinceps uero perſuadere populo tentabat:ut parerent floro:donec ſucceſſor ei
a Cęſare mitteretur . Ad quam orationẽ multitudo accẽſa nec a uerborũ in regẽ contu
meliis temperauit:ſed protinus eum urbe pepulerũt:auſiq; ſunt nonnulli ſeditioſorũ ẽt
ſaxa in eum iacere.Rex autẽ uidens tumultuantiũ irreuocabilem impetum: & conque
rentem ꝙ contumeliis cẽt affectus, principes quidem eorũ una cum aliis potẽtibus mi
ſit ad florum cęſariam:ut ipſe ex eis eligeret qui de tota regione uectigal exigerent.Ipſe
uero diſceſſit in regnum.Cap.xviii. Per idem tempus quidã eorum: qui bellũ maxi
me mouebant, congregati irruebãt in quoddã caſtellũ:quod uocabatur Maſada:& oc
culte eo peruaſo: romanos oẽs interfecerunt.Alios autẽ de ſuis poſuerunt cuſtodes . In
templo quoq; hieroſolymorũ Eleazarus quidã filius Ananię pontificis iuuenis audaciſ
ſimus dux illo tempore militũ perſuaſit his qui ſacrificiis miniſtrabant: ut nullius mu-
nus aut hoſtia qui non eſſet de iudęorũ gente ſuſciperetur . Id autem erat romani belli
ſemen atq; materia.Reiecit ſiquidẽ hoſtias Cęſaris:quę pro romano populo offerri ſoli
tę erant.plurimum autẽ ſuper hoc pontificibus:aliiſq; nobilibus deprecatis ut nõ pręte
rirent eum morem:quo ſupplicabatur pro regibus, nihil tamen acquieuerũt : non parũ
q̃dem & ſuę multitudini confidentes. Robur ſiq̃dem omne res nouare cupientiũ eorũ
uolũtates iuuabat:maxime aũt aſpiciebant ad Eleazarũ : qui per idem tempus ut dixi:
princeps erat.Conuenientes igitur potentes quiq; cũ pontificibus:& phariſęoꝝ nobiliſ
ſimis:& uidentes q̃ grauibus malis pergerent ſubiicere ciuitatẽ, decreuerunt ſeditioſoꝝ
animos experiri:& ante portã quæ ærea uocat̃ , contionẽ aduocantes(erat autẽ in inte
riori parte templi poſita quę reſpicit ad ſolis exortum)ac primo q̃dem multa de temera

ria corũ defectione cõqueſti:& q̃ tam breuiter bellũ patrię cõmouerent: Deinceps irra
tionabilitatem cauſæ ipſius arguebant dicentes: maiores quidẽ eorum ornaſſe templũ
ex magna parte de muneribus gentiũ:ſemperq; eorum qui foris eſſent populorũ mune
ra ſuſcepiſſe:& nõ ſolum nõ prohibuiſſę aliquorũ hoſtias(id ſiquidem eſſe impiiſſimũ)
ſed etiã eas quę uiſerentur permanerentq; ad præſens uſq; tempus oblationes eorum in
templi cultibus collocaſſe. At nunc eos qui romana arma irritarent:& deſponderent eo
rum bella nouum ſtatuere morẽ religionis:atq; cũ periculis etiã ream facere ciuitatẽ im
pietatis uideri:ſiquidem ea ſit:in qua pręter ſolos iudęos nullus alter imolet externus:
neq; ad orandũ ſinatur accedere. Et ſiquidẽ circa unius alicuius priuati perſonã lex ferre
tur eiuſmodi, poſſit nimirũ iure nos inhumanitatis arguere. Nunc autẽ deſpiciuntur ro
mani:& iudicatur Cęſar prophanus. Vnde uerendũ eſt:ne qui immolandas pro illis ho
ſtias repellunt, ipſi in reliquũ etiam pro ſe ſacrificia prohibeantur offerre. Fiatq; uere ex
tra principatum ciuitas:niſi celerius reſipiſcentes reddiderint hoſtias: ac priuſq̃ ad eos:
in quorum contumelia idem tentatũ eſt, huius auſus fama perueniat. ſimul autem iſta
dicentes producebãt in medio ſcientiſſimos morũ paternoꝝ:ſacerdotes quoſq; narratu
ros quomodo omnes eorũ maiores exterarũ gentiũ ſemper ſacrificia ſuſcepiſſent. Atten
debat autẽ nemo res nouare cupientiũ his quę dicebantur: ſed procedebãt in medio al
taris miniſtri ut belli materiam prepararent. Videntes igitur nobiles quiq; ſeditionem
eo iam proceſſiſſe:ut eorum non poſſit authoritate compeſci:& romanorũ armorũ peri
culum ſe primos eſſe manſuros, inquantũ poterant cõſulentes amoliri cauſas parabãt:
& legatos quidẽ ad florum miſerunt quorũ erat princeps filius ethei Symon:alios aũt
ad agrippã: inter quos nobiliſſimi Scylus & Antippas & Coſtobarus erant qui etiam
regẽ propinquitate tangebant. Precabant̃ aũt utrũq; ut cum exercitu aſcenderent in ci
uitatem:& ſeditionem opprimerẽt priuſq̃ ea intolerabilis fieret. Et floro quidẽ malum
iſtud quaſi bonus nuntius fuit:uolẽſq; inflãmare bellum nihil reſpondit legatis. Agrip
pas aũt piter utriſq; parcens .ſ. deficiẽtibus uel iis:aduerſũ quos bellũ mouebat̃:uolẽſq;
& romanis cõſeruare iudęos:& iudęis templũ atq; patriam: ad hęc autẽ nec ſibi condu
cere talem conturbationẽ ſciẽs miſit in auxiliũ equites duo milia. Cũ his autẽ erat præ
fectus equitũ darius:dux uero agminis iachimus Philippi. His uero uenientibus opti-
mates quiq; cum pontificibus: & omni multitudine quę optabat quietẽ ſuperiorem oc
cupabant ciuitatẽ.inferiorem ſiquidẽ & tẽplum ſeditioſoꝝ manus tenebat. Miſſilibus
igitur & fundis indeſinentibus utebantur & cõtinua erat emiſſio ſagittarũ ex utraq; .ſ.
parte. Erat autẽ quando ex inſidiis procurrentes cõminus dimicabant. Præſtabant aũt
audacia quidẽ ſeditioſi:belli uero ſcientia regii pollebãt. Et his quidẽ erat propoſitũ ma
xime templũ obtinere:prophanatoreſq; eius expellere. Seditioſis uero qui cum Eleaza
ro agebant ut præter ea quę obtinebant etiã ſuperiorem inuaderent urbem. Per ſeptem
igitur dies grauis utriuſq; partis cędes fiebat:& neutri de eo loco quẽ tenuerant depella
bantur. Deinceps uero adueniente ea feſtiuitate quę Xillophorias dicit̃:in qua mos eſt
omnibus graudẽ lignorum materiam cõuehere ad templũ: quatenus nunq̃ ignis defi-
ciat eſca. ſemper enim inextinguibilis perſeuerat: quoſdam quidẽ cura religionis exclu
ſit. inter infirmiorem autẽ uulgũ multi irrumpentes ſicariorũ (ſic enim uocãt latrones
gladios in ſinibus gerentes)audaciſſime utebantur opere quod adorti erant. Regii aũt
audacia & multitudine uincebantur. Ita ſuperiore ciuitate ceſſerũt: cũ iſti protinus irru
entes Ananię pontificis domũ:& Agrippę ac Berenices palatiũ inflammauerũt. poſtq̃
ignem archiuo intulerũt uolentes omnia creditorũ documenta diſperdere:ne eſſet unde
ratio creditę pecunię pateret:atq; omnis ad eos debitorũ ſe iungeret multitudo: & ad-

uerſum locupletes quaſi metu libertatis haberent inſurgendi liberã facultatẽ. Fugientibus ergo chartaꝝ publicarum cuſtodibus ignem ędibus iniecerunt: atq; ita ſuccenſis ciuitatis neruis hoſtibus irruebant. Quo loco pontificum atq; nobilium quidam in cloacis quidem latuerunt: quidã uero cum regiis in ſuperiorẽ regiam confugerunt: portas celeriter obſtruentes. Inter quos Ananias pontifex: & Ezechias frater eius erant: & illi quos apud Agrippã uſos legatione diximus. Tunc ergo uictoria quidẽ & inflammatione contenti ceſſauerunt. Cap. xix. Poſtridie autẽ. xv. ſcilicet die auguſti menſis fecerunt impetũ in antoniã: & oẽs in eo pręſidio agentes per biduũ obſeſſos cęperũt atq; interfecerunt: pręſidiũq; incenderet. Poſtea uero tranſierũt in regiam: ad quã confugere Agrippę milites: & in. iiii. partes agmen ſuũ diuidentes muros moliebant̃. Eoꝝ uero q intus erant erumpere nullus audebat propter multitudinẽ oppugnantiũ. Diſtribuunt autẽ propugnacula: & turres ſubeuntes interficiebant: & frequenter quidẽ latrones ſub muris cadebant. Nec die autẽ conflictus: nec nocte ceſſabat: ſeditioſis uidelicet ęſtimãtibus in deſperationẽ cogi eos qui in pręſidio erant propter inopiã uictus: regiis uero credentibus oppugnatores ſuos ceſſuros labori. In his autẽ erat Manaimus unus de filiis iudę galyleę callidiſſimus rhetor: qui etiam quondã ſub Cyrino exprobrauerat iudaeis: quoniam poſt deũ ſubiicerentur romanis. Is ergo aſſumptis quibuſdã nobiliũ perrexit in Maſada ubi armamẽtarium Herodis erat. Eoq; perrapto populares alioſq; latrones diligenter armauit. Hiſq; utens ſtipatoribus ueluti rex Hieroſolymã reuertitur: factuſq; princeps ſeditionis oppugnationẽ diſponebat. Machinamẽtoꝝ autẽ inopia erat: & nec poterat palam ſuffodere muros: ſuperne hoſtibus tela iacẽtibus. Funiculũ igitur longe ceptum ſub unã turrim agentes ſuſpenderunt cũ materię ſubiecta: ac poſtea in ſuſtinẽtia ligna ignem immittens agreſſi ſunt. Sicq; ſubiicibus exuſtis turris quidẽ ex templo emota eſt. Alter autẽ murus intus aedificatus apparuit. Regii quippe molitiones eorum praeſentientes fore etiã de concuſſione turris, alium ſibi murũ celerius ędificauerunt. Inter hoc autẽ hi quidem qui oppugnabant & ſtatim ſe uictores credebant cum uidiſſent alium murũ ſtupore defecti ſunt: regii tamen ad Manaimũ alioſq; ſeditionis principes mittebant: precantes ut eis deſcendere liceret: idem regiis eiuſq; reliquis. Quod cũ Manaimus annuiſſet protinus diſceſſerunt. Romanos autẽ qui ſoli relicti erant grandis animi: occupauit defectus. Neq; enim ui contra tantã multitudinẽ pares erant: & precari ut exire liceret ignominiã iudicabant: quamq̃ & ſi tribueret̃ nequaquã tutum putabãt. Derelinquentes igitur inferiorẽ locũ qui Stratopedon uocabatur quippe quaſi capi faciles in turres regias cõfugerunt: quarũ una appellabatur Hippicos: alia phaſelus: tertia Mariannes. Hi uero qui cũ Manaimo erant protinus irruentes ea loca de quibus milites fugerant ſi quos eorum cõprę hẽderunt trucidantes omnẽ reliquũ apparatũ diripientes Stratopedũ incenderũt. Haec igit̃ acta ſunt ſexto die menſis ſeptembris. Cap. xx.

Sequenti autem die pontifex Ananias circa Euripos regiae domui latẽs capitur: & a latronibus interficitur cũ Ezechia fratre. Circũſedentes autem turres ſeditioſi cuſtodiebant ne quis militũ poſſet effugere. Manaimũ autẽ & munitorũ locorum deſtructio: & pontificis Ananię mors in crudelitatẽ erexit: & neminẽ parem ſibi in negociis arbitrãs intolerabilis erat tyrannus. Inſurrexerunt autẽ duo de ſociis eleazari & mutuo collocuti: quia non deceret a romanis deſiderio libertatis recedentes eandẽ populari ſuo prodere: dominũq; ferre: & ſi non uiolentũ: tamen ſeipſis humiliorẽ. Nam ſi oporteat cunctis aliquem praeeſſe: quẽuis magis alium quã illum deceret. Atq; ita pacti adoriũtur eum in templo. Sobarus enim adoraturus acceſſerat regali habitu indutus: & ſtudioſos ſui in armis habebat, cum igitur hi qui circa Eleazarum erant in illũ proſiluiſſent: reliquus

uero populus rapiens ſaxa interfecit ſophiſtã:ęſtimantes quoniã:illo perempto tota ſeditio ſolueretur. Paululũ autẽ ſtipatores manaimi reſiſtentes poſtquã uiderunt totã aduerſum ſe multitudinẽ irruere quiq; quo potuit diffugere & cædes quidẽ eorum qui cõpręhenſi ſunt:pſcrutatio autem latentiũ ſequebatur : paucíq; ex eis latentes in Maſadã perfugerunt. cum quibus & Eleazarus filius Arri propinquus genere manaimo. Qui poſtea etiã in maſadã tyrannidem egit. Ipſum autem Manaimũ cum confugiſſet in locum qui atlans uocatur:atq; illic humiliter deliteſceret capientes extraxerunt in publicum:multiſq; ſuppliciis affligentes interfecerũt. Similiter autem ſub eo agentes principes pręcipuumq; tyrannidis adiutorem eius abſalomõ nomine. Et populus quidẽ ſicut dixi in his adiutor fuit:ſuſpicans aliquã totius ſeditionis correctionẽ futurã. Hi uero nõ ad cõprimendam pugnã: ſed ut cum maiori licẽtia bellum agerent interfecerũt manaimum. Deniq; cum populus multũ precaretur ut oppugnationẽ militum relaxarent, uehementius inſiſtebant donec ulterius reſiſtere nõ ualentes, Inutilius. ſ. (Hic enim erat romanorũ pręfect9) & reliqui mittunt ad Eleazarum dicẽtes:ut ſolas eorum paciſcerẽt animas:arma autẽ & reliqua quę haberent ipſis tradentibus ſumerent. Qui precationẽ illico rapientes remittũt ad eos Curionẽ nitodemi filium & Ananiam ſeduci:& iudam ionathę:ſed eis dextras & ſacramentũ daturos. Quibus actis deducebat milites Inutilius:ſed quãdiu rõani arma retiebãt, nẽo aduerſus eos ſeditioſoꝶ fraudis aliqd molit9 ẽ. Poſtea uero quã ſecundum pactiones omnes ſcuta gladioſq; poſuerunt:neq; quicquam ulterius ſuſpicantes deſcenderunt, facto in eos impetu ſtipatores Eleazari compręhenſos trucidabant:neq; reſiſtentes neq; ſupplicantes:ſolas autem pactiones & iuramenta quę dederant inclamantes. Et hi quidem ita crudeliter interfecti ſunt præter Inutilium. Hunc enim deprecantem & uſq; ad circũciſionẽ iudaizare ſe promittentẽ tantũmodo ſeruauerunt. Detrimentũ autẽ romanis quidem erat leue de potẽtia ſiquidẽ ampliſſima pauci fuerunt interempti:iudæorũ autem captiuitatis illud exitum probatˀ. Videntes aũt graues iam ſtare cauſas belloꝶ, urbem autẽ tali facinore fuiſſe reſperſam:ex quo nimirum diuina idignatio imminebat etiã ſi a romanis nulla ultio timeretur, lugebant publice:& iuſtitia ciuitatis pmebatur. unuſquiſq; autẽ mediocrium quaſi pro ſeditioſis cauſas redditurus turbabatur. Siquidẽ ſabbato illã cædem cõtigerat perpetrari in quo ſ. die propter religionẽ a ſanctis quoq; operibus agunt quietẽ. Eodem aũt die:eademq; hora quaſi ex aliqua cœleſti prouidentia cæſarienſes quoq; iudæos apud ſe habitantes trucidauerunt:ita ut uno tempore ſuper. xx. milia hominũ cęderẽtur:& cunctis iudæis uacuata cęſarea remaneret. nam & eos qui effugerant cõpræhendens florus uinctos in arenam deduxit. Cap. xxi. Poſt cęſarienſium uero plagam tota gens efferata eſt. Diuiſiq; iudęi ſyrorũ uicos eiſq; continentes rurales protinus uaſtauerunt: iidem Philadelphiam & Gebdeonitẽ & Geraſam & pellam & Scythopolim. Deinceps uero irruerunt in Gadara & Ioppem & Gauamitidẽ. & alia quidẽ ſubruentes loca:alia uero inflãmantes etiã in Cadaſam tyriorũ & ptolomaidam : Gabam quoq; Cæſariamq; tendebant. Obſtitit autẽ eorum incurſui:neq; Sebaſte:neq; Aſcalon:ſed his quoq; inflammatis Anthedona & Gazaram euerterunt. Multa autem circa fines harum ciuitatum diripiebantur:uici ſcilicet & agri eorũ qui capiebantur. uirorũ immenſa cędes fiebat:neq; tamen ſyrii minorẽ numero multitudinem de iudęorũ uaſtabant:ſed etiã eos qui in ciuitatibus erant compręhenſos diſperdebãt:non ſolum ob uetus odium: ſed ut & diſcrimen imminens pręuenirent. Grauis ergo cõturbatio totã ſyriam peruaſerat:& omnis ciuitas in binos diuidebatur exercitus:unaq; alterutris ſalus erat: ſi anticipaſſent alteros cæde facienda. & dies quidẽ ducebãtur in ſanguine. noctes autẽ moleſtiores formi

do faciebat.nam licet uiderentur ãmoliri iudęos : tamen etiã de aliis gentibus iudaizan
tes cogebãtur habere ſuſpectos:& per hoc ipſum quod in eis uidebatur ambiguũ: neq;
temere eos placebat interfici & rurſus per ipſam religionis cõmixtionem quaſi penitus
externos timebant : prouocabant aũt ad cędes diuerſorum etiam illos qui prius fuerãt
manſueti auaritia ſi quidem ſubſtantias cæſorum paſſi diripiebant & quaſi uictores eo
rum prædam quos trucidauerant in domos alias transferebãt Glorioſior autẽ erat qui
plura collegiſſet:quaſi ſcilicet plures uirtute ſuperaſſet. Erat autem cernere ciuitates ple
nas cadaueribus inſepultis & inhũatos paſſim iacere cum paruulis ſenes. fœminas aũt
neq; uerecundia contectas: & omnis quidẽ prouincia plena erat inenarrabilium cala-
mitatũ.maior aũt his metus audendorũ maloꝝ ipſis quę acta erãt facinoribus immine
bat : & hactenus quidẽ iudæis aduerſum alienigenas cõflictus erat. Incurrentes aũt in
ſcythopoleos fines etiam iudæos:qui illic habitabant:experti ſunt hoſtes. Hi enim cũ
ſcythopolitis conſpiraſſent:& cõſanguinitatẽ utilitati propriæ poſtponentes aduerſum
iudęos cum gentilibus dimicabant:ſuſpecta tamẽ eorum ipſa belli fuit auiditas . Deni
q; ſcythopolitæ ueriti ne ciuitatẽ noctu adirent:& magna ſua calamitate ciuibus excuſa
rent defectionem, dixerunt eis:ut ſi uelint in eos firmare conſenſum & circa alienigenas
oſtendere fidem:tranſirent cum omnibus famulis ſuis in proximæ locum paludis. Qui
bus quę fuerant iuſſa ſine ſuſpitione facientibus diebus quidem ſecutis duobus quieue-
runt ſcythopolitę. Tertia uero nocte explorantes alios incautos alios uero dormientes
inuadunt:ſubitoq; omnes interfecerũt qui fuerunt.xiii.milia . Poſtq; eorum ſubſtantiã
cunctam diripuerunt . Cap.xxii. Dignum autẽ etiam uidetur Symonis interitum
enarrare. Hic enim ſauli cuiuſdã nõ ignobilis uiri filius erat . Fortitudine quoq; corpo
ris & audacia animi inſigniſſimus:q̃bus utriſq; ad incommoda ſuę gentis abuſus mul-
tos ſiquidem iudęorũ appropinquantes ſcythopolim cotidie obtruncabat:& frequen-
ter integros cuneos fudit:ita ut totius aciei mora & momentũ ſolus exiſteret. Compræ
hendit aũt eum digna ciuili interfectione pœna. Nam cum ſcythopolitę circumfuſi eẽnt
iudęis:& in paludem præcipites agerent educens Symon gladiũ in nullũ q̃dem hoſtiũ
impetum fecit. Nihil ſe q̃dem in tanta multitudine promoturũ uidebat. Exclamans au
tem miſerabiliter digna inq̃t ſcythopolitę his quæ geſſi patior: q̃ppe qui tam multa cę
de ciuium meorũ benignitati erga uos noſtrę fidei feci. Digne enim nobis extera gens
infida eſt:qui in noſtrum genus tanta impietate delinquimus. Morior ergo quaſi ꝓpha
nus propriis mãibus:neq; enim dignũ eſt hoſtibus ſubiacere. Iſte autẽ ipſe finis:& mihi
ſceleris digna pœna:& aut uirtutis idoneũ decus erit:ut nemo.ſ.hoſtium de meo ĩteritu
glorieẽ:neq; inſultet cadenti. Hęc dicens miſerãtibus ſimul ac furentibus oculis circun
ſpicit omnem familiam ſuã . Erant autẽ & uxor & filii & prouecti in ſenectutem paren
tes . Ille q̃dem patrem trahens cæſarie & eũ ſuperſtans enſe penetrauit:poſt quem non
ſane inuitã matrẽ interfecit. Super hos aũt coniugi & filiis intulit ferrũ ſingulis ſane ho
rum pene occurrentibus gladio & hoſtes ꝑuenire cupientibus. Cũ uero oẽm ſuam ne-
ceſſitudinem trucidaſſet cęſis ſuperſtans extendit dexterã:ut neminẽ poſſet latere:& to
tũ in uiſcera ſua enſem demerſit . Dignus q̃dem miſeratione iuuenis propter robur cor
poris atq; animi firmitatem. Cęterũ quantũ ad fidem quam alienigenis pręſtitit digno
ſine conſumptus . Ad cędẽ aũt quę in ſcythopoli facta eſt, reliquę quoq; urbes iudæis
apud ſe habitantibus irruebãt : & duo milia q̃ngentos aſcalonitę : ptolomais aũt duo
milia ĩterficit. Vinxerunt quoq; non paucos Tyrii:multos q̃dem trucidauerunt:plures
autem uinctos cuſtodibus tradidere. Hippinei quoq; & Gaddiri ſimiliter audaciſſimos
q̃dem amoliebantur:terribiles autem ſollicite obſeruabant. Reliquę quoq; urbes aduer

ſum iudæos ſingulę:& ꝓut habebant plus uel timoris uel odii mouebantur:ſoli aũt an
tiocheini & ſidonii & apamei ſuis cohitatoribus pepercerunt:& neq; interfecere quemꝗ
iudæorum neq; uinculis tradiderunt. Forte autẽ & propter multitudinẽ ſuam deſpexe-
runt:eorum ſi qui motus fuiſſent:mihi autem uidẽtur magis erga eos miſeratione moti
quos utiq; nihil moliri uidebant. Gerraſeni autẽ neq; in eos qui apud ſe remanere dele-
gerunt quicꝗ geſſerunt mali:& egredientes uſq; ad fines ſuos deduxerunt. Cap.xxiii.

Excitata eſt aũt etiam in regno agrippæ aduerſum iudæos pernicies. Ipſe ſiquidem
perrexerat ad ceſtiũ gallum antiochiã:relicto ſup negocia ſua quodã ex ſociis noĩe Va
ro iſſemo qui regi genere erat propinquus. Venerunt ad eũ de Batanea regione ſeptua
ginta numero uiri & nobilitate & prudentia ciuiũ ſuorũ p̄ſtantiſſimi poſcendi pręſidii
gratia:ut ſi q ſcilicet apud eos quoq; motus fierẽt, haberent idoneã cuſtodiam:per quã
poſſent inſurgẽtes quoſq; cõprimere. Hos uarus quoſdam armatos de regiis pręmittẽs
interfecit in itinere oẽs. Auſus autẽ eſt tale facinus propter conſiliũ Agrippę & propter
nimiam auaritiam impie in gentiles ſuos agere nõ recuſans regnũ omne corrupit:perſe
uerans.ſ.poſt talẽ principatum in totũ genus exercere iniquitatẽ. Dõec diſcuſſis Agrip
pa rebus aĩaduertere quidẽ in uarum ueritus eſt propter propinquitatem iſſemi. Procu
randa tamen eũ regione ſummouit. Seditioſi aũt comprehendentes pręſidiũ:quod ap
pellatur cyptus imminens finibus hiericunthæ cuſtodes uero quidem interfecerũt: mu
nimenta autem deſtruxerunt. Cap.xxiiii. Per eoſdem dies etiã in macherunte mul
titudo iudęorum perſuadebat in præſidio relictis romanis deſerere caſtellum eiſq; trade
re. Illi autẽ ꝙ rogabãtur cogi metuentes pacti ſunt cum eis diſceſſionem ſuã & accipiẽ-
tes fidem tradunt pręſidiũ quod diligenter cœperũt macheruntę cuſtodiis optinere. In
Alexandria autẽ ſemper quidẽ erat incolis aduerſum iudęos ſeditio. Iam ab illo tempo
re:ex quo ſtrennuus Alexander cõtra Aegyptios uſus iudęis pręmiũ ſocietatis tradidit
eis:& habitandi apud Alexandriam facultatẽ & ius urbis ęquale cũ gentibus. perma
nebat autẽ eis honor iſte apud ſucceſſores quoq; Alexandri. Deniq; & in parte ciuitatis
locum eis propriũ deputauerũt: quatenus haberent cõuerſationẽ per omnia mundiorẽ
a cõmunione.ſ.gentium ſequeſtratã pręſtiteruntq; eis ut etiã macedones appellarẽtur.
Deinceps uero cum in poſſeſſionẽ Romanoꝝ ægyptus ueniſſet:neq; Cęſar primus:ne
q; poſt eum quiſpiam honores quos Alexãder iudęis decreuerat minuit. conflictus aũt
eorum aduerſus gręcos poene continuus erat:& ducibus multis quotidie ab utraq; par
te lucrum reuehentibus ſeditio accendebatur. cap.xxv. Tunc uero cũ apud alios
turbata res eſſet:illic magis exarſit tumultus. Nam cũ Alexandrini in concionẽ ueniſ
ſent ut ordinarẽt pro certis negociis largitionẽ ad Neronem ferendam cõcurrere in am
phiteatrũ permixti græcis plurimi iudęoꝝ. Quos cum uidiſſent ęmuli extẽplo clama
re cœperunt:iudęos hoſtes:& exploratores eſſe ac deinceps inſilientes intulerunt eiſdẽ
manus:& reliqui quidẽ fugiẽtes diſſipati ſunt:tres ex his uiros compręhendentes trahe
bant quaſi uiuos incẽſuri. commota eſt aũt omnis terra iudęorum ad ultionẽ ferendã:
& primũ quidem in gręcos ſaxa iaciebant. poſtea etiã uero facibus raptis in amphitea
trum impetũ fecerunt:cõminantes ꝙ in ipſo loco tantũ ſimul populum cõcremarẽt &
pęne minas impleſſent rebus:niſi iras eorũ compreſſiſſet Tyberius alexander princeps
ciuitatis. Nec tamen ipſe coercendi principiũ ab armis ſumpſit:ſed nobiles eorum quoſ
q; ſummittens hortabatur ut deſinerẽt:neq; aduerſum ſe militiã romanam cõmouerẽt.
Seditioſi autẽ benignã deprecationẽ ridẽtes Tyberiũ cõtumeliis impetebant. Qui poſt
ꝗ uidit abſq; calamitate tumultuoſos nõ poſſe cõpeſci, immiſit in eos duas romanoꝝ le
giones:quę in ciuitate erant. Cum his alios quinq; milia equites caſu ad iudęorum inte

ritũ de libya uenientes:pręcepitq; ut non ſolũ interficerẽt:ſed etiã ſubſtantias eorũ diriperent domoſq; inflãmarent. Qui protinus cõcurrentes in locum qui uocatur delta:illo quippe erat iudæorũ multitudo collecta exequebantur ſtrennue iuſſiones:nec ſane ſine cruenta uictoria. Collecti quippe in unum iudæi & eos qui de ſuis optime armati erant ante reliquã multitudinem ſtatuẽtes aliquãdiu reſtiterunt. Poſtquã uero in fugã inclinati ſunt:paſſim trucidabantur:& erat eorũ grandis interitus. Tũ quę ſibi mãdata fuerãt exequũtur. Conglobati enim iudęi his quos melius armatos habebãt in fronte poſitis aliquãdiu quidem reſtiterunt. Semel in fugam uerſi mactabantur: nec unius exitii modus cum alii ſub diuo atq; in cãpo depręhenderentur:in ędes autẽ alii concluderentur:& eas quoq; incenderent romani una etiã diripiẽdo quæ in his reperiſſent:neq; illos aut infantium miſericordia aut reuerẽtia ſenectutis moueret:ſed in omnes ætates pari cęde ſęuirẽt. Vnde totus quidẽ ille locus ſanguine redũdabat. Quinq; uero cõgeſta ſunt milia mortuorũ:nec tamẽ ſaltem reliquiæ remãſiſſent:niſi ad preces ſe cõtuliſſent:eorũq; miſertus Alexãder romanos iuſſiſſet abſcedere. Sed illi quidẽ quibus erat conſuetum obedire pręceptis primo eius nutu diſcedũt:populares autẽ alexandrini propter odii magnitudinem difficulter ab incepto reuocabantur:uixq; a corporibus diſtrahebãtur. Apud Alexandriã quidem talis caſus euenit. Ceſtio uero iam quieſcendum eſſe non uidebatur infenſis ubiq; iudęis:ſed duodecimã legionem integrã ex antiochia ſecum ducens:& ex reliquis bina milia lecta peditum:& .iiii. alas equitũ inſuper regum auxilia:hoc eſt antiochi duo milia equitum & peditum tria milia ſagittarios omnes Agrippæ uero tantũdem peditũ & equitũ mille:cũ & ceſtius ſequeretur .iiii. milibus cõcitatus:quorũ tertia pars eqtũ erat:pluresq; ſagittarii:ptolomaida progreſſus eſt. plurimi autẽ ex ciuitatibus auxilio conuenere:peritia quidem militibus inferiores:q, uero ſcientię deerat in iudęos, odio iidemq; alacritate ſupplentes. Aderat autem ipſe quoq; agrippa ceſtio: & eorum quę conducerent ſimul & itineris principes:ibi tum adducta exercitus parte ceſtius inualidiſſimam galileę ciuitatem contendit zabulon:quæ appellatur uirorũ. & ab iudæorum finib9 ptolomaida diſcernit. Cunq; offendiſſet eam ciuibus deſtitutã (in montes enim multitudo refugerat) oĩgenum autẽ rerũ plenam, illas quidẽ militibus diripiendas cõceſſit:ipſum uero oppidũ quãuis admiratus eſſet eius pulchritudinẽ, quippe domus habebat ſimiliter ut apud Tyrum & Sydona & Beritũ ędificatas, incendit. Deinde curſu territorio peragrato, quicquid inueniſſet obuiam depopulatus inflãmatis etiam circum eam poſitis uicis in ptolomaidã regreſſus eſt. Syris aũt adhuc prædæ inhęrentibus: & pręcipue biritis, recepta iudęi fiducia:ceſtium enim receſſiſſe cognouerant, repente in eos qui remanſerant irruunt:& prope duo milia morte cõſumunt. Cap.xxvi. Ceſtius autem ex ptolomaide reuerſus ipſe quidem Cæſaream peruenit: in ioppam uero partem pręmiſit exercitus:cum pręceptis huiuſmodi ut oppidum cuſtodirent ſi eo potiri potuiſſent: aut ſi oppidani impetum pręſenſiſſent, tam ſuum quã cęterorum militum præſtolarentur aduentum. Illorum igitur alii mari alii terra profecti utrinque Ioppem facillime capiunt; ita ut ne fugę quidem habitatores copiam reperirent: nedum ad pugnam ſe pararent. Agreſſi autem cunctos interficiunt cum familiis: direptamque ciuitatem incendunt. Interfectorum autem numerus octo milia quadringenti fuerunt. Simili modo & finitimam ſamarię nabathitę. Nam Thoparchiam non paucos direxit equites: qui & partem finium uendicauerunt: magnamque indigenarum multitudinem peremerunt: direptiſque patrimoniis etiam uicos igni dederunt.

CAPITV. XXVII.

In galylcã quoque miſit Ceſeniũ gallum ductorẽ duodecimę legionis:eique tantam militũ manum attribuit: quantam genti expugnandę ſufficere poſſe credebat:& cum

ualidiſſima galyleæ ciuitas ſephoris cum fauore ſuſcepit. Huiuſq; prudẽs conſiliũ ſecu
tę ciuitates alię quieſcebant. Qui uero ſeditionibus & latrociniis operam dabant, in ga
lyleę montem undiq; mediũ receſſere: qui eſt contra ſephori & uocat̃ aſamõ. Aduerſus
eos gallus ducebat exercitũ. Illi autẽ quãdiu ſuperiores erant, facile romanos ad ſe aſcẽ
dentes ulciſcebantur: & ex his plures quã ducentos interfecerũt. Vbi uero eos uiderunt
circũacto itinere ad celſiora progreſſos, mature uictoriã conceſſerunt: & neq; pugnam
cominus armato ferebant: Neq; ſi terga dediſſent, equitũ poterãt manus effugere: adeo
ut pauci locis aſperſis deliteſcerent: amplius uero quã duo milia trucidarentur. Gallus
quidem cum nihil iam tentari nouitatis apud galyleam uideret, cęſariã cum exercitu re
meabat. Ceſtius uero cũ omni multitudine reuerſus in antipatridẽ perrexit. Cognitoq;
non paruam multitudinẽ iudęorũ in turrim: quæ apheci uocabatur, eſſe collectam: qui
& his cõgrederẽtur præmiſit. Sed priuſquã in manus uenirẽt iudęi metu diſpſi ſunt: eorũ
q; caſtra iam deſolata milites adorti cum uicis circũpoſitis incenderũt. Ex Antipatride
autem ceſtius in liddã profectꝰ uacuam uiris ciuitatẽ offendit. Nam propter Scenophe
rioꝝ dies feſtos in Hieroſolymã populus oĩs aſcenderat. Quinquaginta uero quos ibi
cõprẹhendit occiſis exuſtoq; oppido ulterius procedebat perq; Bethiron profectus in
quodã loco cui nomẽ eſt Gabao caſtra ponit diſtante a Hieroſolymis ſtadiis quinqua
ginta: Iudæi uero cum iam ciuitati propinquare bellũ uiderent, omiſſis dierũ feſtorũ ſo
lemnibus ad arma ꝑperabant: ſatiſq; freti multitudine imcõpoſiti ad pugnam & cũ cla
more proſiliebãt: Ne dieꝝ quidẽ ſeptem habita ratione feriatoꝝ. erat enĩ ſabbatũ quod
apud eos religione maxima curabat̃. Idem aũt furor qui eos ab obſequio pietatis emo
uerat, in prælio quoq; ſuperiores effecit. Tanto nãque impetu romanos aggreſſi ſunt: ut
eoꝝ & aciem perrumperent: uiaq; aperta cędibus in medio ruerẽt: ac niſi ei militũ parti
quæ nec dum locũ amiſerat eqtes ex circuitu ſubueniſſent: quiq; non ſatis defecerũt pe
dites, in periculo totus ceſtii exercitus fuiſſet. Interfecti ſunt aũt quingẽti & quindecim
romani milites ex qbus quadringenti pedites: cęteri eqtes erant: iudęi uero uiginti duos
quorũ fortiſſimi uidebant̃ Monobari regis Adiabenæ ꝑpinqui: Monobazus & Cene
decus: & poſt hos Peraita Nigeret & ſyra babylonius: qui ad iudæos ab Agrippa rege
transfugerant: cui pridem militabant: A fronte qdem repulſi iudęi ad ciuitatẽ reuertebã
tur. Romanos autẽ ad Bethorõ aſcendẽtes Gioræ filius Symon inuadit: multoſq; po
ſtremi agminis coactores laniauit: ac multa carra cũ ſarcinis capta in ciuitatẽ reduxit.
Ceſtio uero in agris triduo cõmorãte iudęi locis ſuperioribus occupatis obſeruabãt eiꝰ
tranſitũ neq; ceſſaturos eos certũ erat: ſi romani proficiſci cœpiſſent. Cap. xxviii.

Itaq; dum Agrippa cũ infinita hoſtiũ multitudine montes amplexa ne romanos qui
dem a periculo tutos eſſe perſpiceret, uerbis iudęos experiri decreuit: uel omnes ſibi pa
rituros exiſtimans: ut bello deſiſterent: uel ſiqui aduerſarẽtur ſeuocandos eſſe: qui ab co
rum ſnĩa diſcreparent. Miſit igit̃ ex comitibus ſuis Porcatũ & Phebum quos illis ſcie
bat eſſe notiſſimos: & a ceſtio fœdus amicitię: certamq; a peccatis populo Ro. ueniam
pollicerentur: ſi proiectis armis ſecum ſentire uoluiſſent. Veꝝ ſeditioſi metu ne cuncta
multitudo ſpe ſecuritatis ad agrippam ſeſe cõferret, legatos obtrũcare ſtatuerũt: & phe
bum quidem priuſquã uerbum faceret, peremerũt. Nam porcatus uulneratus effugit:
populares autẽ id indigne ferentes factum cędendo fuſtibus atq; lapidibꝰ in oppidũ cõ
pulerũt. Ceſtius uero quia inteſtinam eorum diſcordiam opportunũ ad irruendũ tẽpus
inuenit, totũ in eos duxit exercitũ: inq; fugã uerſus uſq; Hieroſolymã profectus eſt. Ca
ſtris aũt in loco poſitis qui appellatur Scopos interuallo ſeptẽ ſtadiorum a ciuitate diſce
dens: nihil per triduũ aduerſus oppidum conabatur: ſperans fortaſſe intus degẽtes aliqd

remiſſuros. In uicos aũt circa ciuitatem nõ paruã militũ manũ ad rapienda frumenta di
miſit. Quarto aũt die qui triceſimus mẽſis erat octobris ordinatũ in oppidũ introduxit
exercitũ. Populus quidem a ſeditioſis cuſtodiebatur: ipſi aũt romanoꝝ diſciplina territi
exterioribus ceſſere partibus ciuitatis: & in partẽ interiorẽ templũq; refugerunt. Ceſti
us uero tranſgreſſus Pedeſtã: quę ſic uocatur: & cenopolim: & forum quod appellatur
Dacon incendit. Deinde cum ad ſuperiorẽ ciuitatem ueniſſet ꝓpe aulam regiã caſtra
poſuit. Et ſi tunc uoluiſſet intra muros uiolenter irrũpere, ciuitatẽ ilico poſſediſſet: bello
¶ Ceſſit itaq; Demetrius ei quẽ in bello uicerat uidens illum affluentibus paulatim he
bręis iam pugnę idoneũ ſeſeq; cum paucis relictũ. Cuius uictoria libertate aſſuetis dã-
nationis metũ mouebat. Redit alexandro ſęuitia cum ſecuritate:regnũq; i ſuos & uſus
belli teformatur. Quærẽti ab his quidnã faciens aíos plębis conciliaret:reſpõſum eſt:ſi
moreretur. Vix.n. forte cũ mortuo tam grauia perpeſſi:in gratiam reuerterẽtur:ut odia
aduerſus defunctũ deponerent. Quibus excitatus rebellandiq; aſſuetudine multis neca
tis reliquos coegit in urbem cui nomẽ Bemeſelel. Cuius expugnatio acerbiorem ſolito
peſtẽ inuexit tã ſæuo crudelitatis proceſſu ut ex eo numero octingẽtos i media ciuitate
crucifigeret. Quorum in conſpectu coniuges eorum filioſq; iugulari iuſſit. Cap.ıı.
Hęc ſpectabat accubãs in medio cõcubinarũ lętus inter eſcas & pocula:ſed magis ſan
guie q̃ uino iebriatus hoc ſolo facto amplius populũ q̃ bello deterruit:Ita ut ꝓxima no
cte iudęorum .viii. milia iudęam diſcederent quibus fugę finis mors Alexãdri foret. Tã
tiq; horror mali quietem regno attulit. Sed ubi a domeſticis feriatum pręliis exorta eſt
cauſa inquietudinis Antiochi aduerſum arabas expeditio quam ſibi terribilem & peri-
lo futuram arbitrabatur. Hic eſt Antiochus qui etiam Dionyſius appellatur Demetrii
frater a Seleuco ultimus:cui tranſitum negare cupiens Alexander inter urbem antipa-
tridem & Ioppes littora foueis ingentibus ductis muroq; altiſſimo turribus quoq; e li-
gno impoſitis cluſit:operam magno ſuorum labore nullo hoſtis impedimento. Siqui-
dem negocio facili repletæ foueæ turreſq; exuſtę:ipſe quoq; Alexander fuga ſibi conſu
luit eo tutior:quia nequaq̃ tanti ęſtimatus ut eum uictor principis loco perſequi debe-
ret. Nam ſecundis partibus reſeruatum:ut itineris obſtructi iniuriam acceptam ulciſce
retur. Rectum autem in arabas iter direxit:quorum rex in loca ꝓlio oportuna ſeſe cõtu
lerat. Deinde ſubito conuerſo equatu maxima ui ac multitudine effuſi ac ſine ordine ruẽ
tes hoſtium turmas inuaſere. Certatum acriter quoad Antiochus reſtitit. Renitebatur
enim q̃uis exercitus eius quaſi more pecorũ obtrũcaretur. Vbi uero & ipẽ cecidit (nam
pręcęteris ſeſe offerre ſolebat periculis) auerſi omnes quorum maxima pars incerto fu
gę diſperſa extinguitur:reliquis uicum cui annana nomen coactis:atque alimentorum
inopia conſumptis uix pauciſſimi ex his tantę cladi ſuperfuere. Cap. ız. Hoc
ſucceſſu aretha etiam a damaſcenis ad regnãdum expetitus coeloſyris imperitaret quo
Ptolemęum excluderet:quem maxime infeſtis odiis perſequebantur:nec iudęam imu
nem reliquit incurſionis:de qua uictor licet ſuperato Alexandro ſecundum utriuſq; par
tis conuentum diſceſſit in ſua. Alexander ante pellam euertit & Geroſam petiit iterum
de Theodori poſſeſſionibus aliquas ſibi adiungere parans:eamq; ſibi bello uendicauit.
Inde in ſyriam progreſſus Gaulanem & Seleuciam & Gamellam euertit ultus ſuperio
ris belli contumeliar ſas antiochi munitiones diruit:Quibus ex locis iter in iudęam
conuertit:ac praeter m cum gaudio totius gentis ſuſcipitur pro mirabili ſucceſſu re-
rum geſtarum ubi p a bellandi quies exordium tribuit ęgritudinis:atque aliquantu-

lum quartanis ſebrium uicibus affectus leuato paulíſper incõmodo dũ negocia repetit
militaria:nec modũ ſeruat aĩo ualidior q̃ corpore cõminuit oẽm ſuæ uigorem ſalutis:ui
reſq; abſumpſit:atq; ita mortuus eſt. Viginti itaq; & ſex annis uario rerũ euentu aduer-
ſum inumeros bellor tumultus regnum tenuit:& duobus liberis ſuperſtitib9 deceſſit.
Quos impares regni exiſtimans gubernaculo ſummã rem uxoris ꝓpriæ delegauit ſol-
licitudini : quoniã eam acceptiorẽ populo cognouit. atq; hoc apud uniuerſos inueniſſe
gratiam ꝗ etiã ipſa ab imanitate uiri ſemper alienam ſeſe faciendã exiſtimauerit:ut nõ
ſolum refugeret flagitiorũ conſortia:ſed etiam reſiſtendo eius iniquitatibus totius in ſe
plæbis beniuolentiã circũuerteret. Nec improuida uiri ſentẽtia fuit : nam regnandi ius
mulier inoffenſe exercuit ſine ullo fœminei ſexus impedimẽto:& acquiſiuit moderandi
gratiam ſacrę legis obſeruatiõe. Nã dum attentior circa templum cura exerceretur:&
dimiſſa miniſteria fraudis ſunt:creuit imperii uigor:nec tñ affectu infracta materno re-
gni cupido. Siquidẽ ex duobus liberis electus unus ad ſpeciem regnãdi non poteſtatẽ.
Hyrcanus uocabulo natu ſenior:ingenio remiſſior:ariſtobolũ uero acriorem aĩo:exper
tem poteſtatis emolliebat priuati humilitate. aſſuerunt ſe Phariſci mulieri genus homi
num ſm legis doctrinã exercitatum:ſm qualitatem affectus callidum:auidum negocio-
rum:pecunię appetens:qui captantes elatam mulierculam ſecundũ ſcientiam iuris di-
uini extollendo ſuã fecere:ut plęraq; ẽt regni negocia ipſis cõmitteret. adhiberent quos
uellẽt:quos uellẽt excluderẽt:atq; aulico exuerẽt miniſterio. Quid plura? ita ſeſe iſinua-
uere:ut cõmodorũ oĩum fructus ad eos peruenirẽt: ſumptus & moleſtiæ mulierẽ ſolam
afficiebãt. Nec mediocris mulieri ſpiritus:ut maxima quęq; auderet: ac ſupra fœminei
ſexus conditionem prœlia diſponeret. Siquidem & pręſtantiſſimam de ſuis manum pa
rauit:& peregrini exercitus copias coegit ingentes:ut non ſolum domi tuta ad omnem
regnandi ſecuritatem foret:uerumetiã exteris potentatibus eſſet formidabilis. Ea tamẽ
reliquis præſtabat omnibus:ſed Phariſcis quaſi inferior obtemperabat. ¶ Erat Dioge
nes in regno eius qui de potentiſſimis alexandri amicis familiaritati eius inhęſerat:cum
adorſi obtruncauere: memorantes ipſius conſilio octingentos illos in medio urbis ab
alexandro cruci ſuffixos:i cęteros facinoris auctores quoq; ut pergeret ultio mandatũ.
Necabantur itaq; quos phariſei pręcipiebant:nõ quos ſocietas ſceleris inuoluerat. Quo
metu perterriti plæriq; quibus huiuſmodi pericula intendebantur: & maxime pręſtan
tiores opibus & dignitatibus ab ariſtobolo itercęſſionẽ implorauere:ut matrẽ ab exe-
cutiõe præcepti ſeuerioris ad meliora inflecteret : Ille ſibi gratiã parare cupiens:nõ de-
tractauit. Mulier ægre licet:oranti tñ filio conceſſit:ut contuitu honorũ quos geſſerant
qui in huiuſmodi inuidiã arceſſebanẽ: ſupremæ necis ſententia mitigaret : atq; eos tñ
quos obnoxios ſuſpectaret:patrãdi flagitii incẽtores fuiſſe urbe egredi iuberet. Qui ac
cepta uitæ ſecuritate per agros dilapſi. Cap. 13. Eodem tempore cauſa accidit ut
Damaſcũ iuuentus dirigeretẽ:qm̃ Ptolemęus frequentibus incurſionibus incolas me-
moratæ urbis terrebat:cuius negocii neceſſitas occupauit de exercitu Alexandræ uali
dam manum:Cleopatrã quoq; Tygranes qui Armeniis imperitabat in urbe cui nomẽ
Ptolemais obſidione clauſerat : quem muneribus Alexandra mulcebat : ut a ſeauerte
retur. Quem Luculus facta interruptione in terras Armeniorum infectis rebus redi-
re coegit : conſultius ducentem ſua tutari quam aliena adiungere. Tantis itaq; nego-
ciis intenta Alexandra : in morbum incidit : Quam occaſionem rapuit Ariſtobolus
ad ſuas artes : & congregata manu conſpirantibus ſecum quos ſeruor naturæ ad præ-
rupta quęq; audendum cupienti adiunxerat : theſauros occupat : eorumq; copiis in-
uitat ad militiam uoluntarios ac precio componit : ut in omnia quę uellet fidem quę

ſtaret:inſulas regni iduit. Turbatis animi Hyrcanus matrẽ lachrymis cõueniebat. At
illa ſpirans fortia filios & uxorẽ Ariſtoboli in caſtrũ recluſit:cui nomẽ primo Baris:po
ſtea Antonia appellatũ:de quo ſupra memorauimus. Cœpta Alexãdræ celeri eius obi
tu deſtituũtur. In hæreditatẽ omnẽ Hyrcanus ſucceſſit:qui uiuente adhuc matre digni
tatem iduerat ſacerdotii:Ariſtobolus uirtute & ſapiẽtia pſtabat:resuſq; ad cõtentionẽ
atq; cõgreſſionẽ deducta urbi conſertũ plæriq; relicto Hyrcano illum alterũ bello me
liorem ſecuti. Hyrcanus comitãtibus ſecũ qui bello reliqui fuerant:cõfugit in Antoniã:
repertiſq; filiis & uxore ariſtoboli per obſides ſalutem inuenit:qa ne quid aſperũ in ſuos
fieret Ariſtobolus pacto cõſuluit. Conuentũ fratrũ huiuſmodi fuit:ut regno hyrcanus
cederet:atq; ad Ariſtobolũ ius omne imperii trãſiret:nec tñ Hyrcanum i honorum re
linqueret.ſed regni exortem honore alio fungi ſineret:quẽ ipſe impertiuiſſet. Trãſactio
huiuſmodi etiã religione tẽpli ſacratam aſſenſionẽ utriuſq; tenuit uoluntariam:inde cũ
gratia diſceſſum eſt:ac ſe inuicem ſalutantes:Ariſtobolus in aulam regiam ſeſe recepit:
Hyrcanus æquanimiter in domum Ariſtoboli conceſſit. Cap. 14. ¶Sed fuere
quos metus ac rerum mutatio inceſſerat: qui ſe ſtuduiſſe aduerſus Ariſtobolũ recorda
rentur:& præ ceteris Antipater:is erat Idumęus genere:moribus apud ſuos clarus:non
tenuis pecuniæ:& ideo pualidæ potẽtiæ:arte mira factus ad cõtẽnendam pecuniam pp
conciliandam gratiam. Qui Hyrcanũ conſiliis ſuis perterritũ q nullam ſalutis ſuę ſpẽ
tutam haberet:qui imperio deceſſiſſet:niſi tranſfugio conſuleret:ubi ad ſuas artes incli
nauit:inſinuat Arethę regis fouendũ auxilio uirum:qui circũuentus foret ut regno cede
ret:decorũ hoc fore regi ſi arbiter fieret imperii reſtituẽdi:multoq; pulchrius ſi circũſcri
pto cui primitiua regni cõpeterent dolo ſublata reformari iuberet:illum uerſutũ & cal
lidum:& ideo ſuſpectum uicinis:hunc mitẽ & quietũ qui pro ſũmo beneficio acciperet
quicqd ſibi ab externo tribueret̃:cui frater ẽt regnandi ius ademiſſet. Præparatã itaque
arethę regis gratiã Hyrcano annũcians fugiendi ſpem detulit:& uiam demonſtrauit:
ut ſecum peteret Petrã in finibus arabiæ ſitam:quo in loco regem adirent. Qui pcibus
antipatri doniſq; inflexus:plurimam bellatoꝝ manum Hyrcano adiunxit:ut regno re
ſtitueretur. Erant fere peditum equitũq; quinquaginta milia:a quibus prima pulſus cõ
greſſiõe ariſtobolus Hieroſolymã cõfugit:ibi quoq; intutus aduerſus tantã hoſtiũ mul
titudinem quę clauſum expugnauiſſet:niſi Scaurus ductor Romani exercitus alterius
belli occaſione quod aduerſus Tygranẽ gerebatur:ſoluiſſet obſidionẽ miſſus a Pẽpeio:
cui recepti Mithridatis ultio grauis belliq; in ſocerũ trãſferẽdi ꝓpoſitum exarſit:qua cã
Syriã infeſtari p Scaurũ pceperat:quũ ipſe Tygranẽ atq; Armeniã urgeret. Scauro ita
q; aduenieti Damaſcũ quẽ Metellus & Lolius funditus euerterãt:occurrere fratrũ lega
ti ſibi qbuſq; Romanæ opis auxiliũ implorantibus:& q̃uis iferioribus eſſet uiribus ari
ſtobolus:ꝓpõderauit tñ pecuniæ oblatiõe. Vẽdit̃ ſũma plialis certaminis talẽtis trecẽ
tis:& iuſtitia poſtulati pcio pẽſat̃. Qua pecũia ſibi annumerata:denũciat Scaurꝰ Hyr
cano regiq; arabiæ diſcedere ab obſidione:aut ſi pmanerẽt:ſcirẽt ſibi aduerſum Põpeiũ
& Romanos bello certãdũ. Eo terrore obſidio ſoluta:arethas Philadelphiã petiit:Scau
rus Damaſcũ reuertit:ariſtobolus aũt uix dudũ idoneus ꝓpulſando periculo manũ col
legit:hoſtẽ inſequit̃:& ad Papyronẽ (id uocabulũ loco) ſex milia hoſtiũ ſimul & fratrẽ
antipatri Pallionẽ prœlio fudit:Hyrcani atq; antipatri ſpes lapſa eſt: qbus fiducia oĩs
in arabiæ uiribus erat̃. ¶Sed ubi Magnus Pompeiꝰ abire Syriam cœpit:& Damaſcũ
aduenit:a Romanis quorum auxiliis infracti de manibus uictoriam amiſere opem po
ſtulant:Pompeiumq; adeunt tanq̃ iuſti arbitrum & minime auarum pecuniæ. allega
tionibus itaq; non muneribus ut ante uiti cœpere: quoniam integer animus aduerſus

corruptelā pecuniæ laqueis auaritiæ nō capiebatᷣ:& gratuito odiſſe poterat fraterno in ſidiaꝝ honori: & ideo his cū adorſi querelis qbus & ariſtobolo fieret inuidia: quū indignus aliena inuaſerit: & Hyrcano conciliaretᷣ gratia: cui uel merito uitę uel ætatis ſuffragio regnandi ius cōpeteret: aſtipulante pſertim matris auctoritate: q̄ & iudiciū eligendi habuit & ius cōferendi. Nec ariſtobolus diu abfuit: quis nihil in magno pectore qd̄ ſuis artibus cōduceret: intueretᷣ. Præſumebat tn̄ de Scauri redēptione: ſeſeq; eius ia ctabat ſocietate. Venit itaq; regio ornatu pditus: & ppe maiore q̄ ſolebat ſtipat⁹ ambi tu: ut q de iuſtitia diffideret: ad qſcēdi piudiciū excluderet: ſpē obediēdi negaret: ſed diu tius tolerare Ro. cōſulis ſublimitatē nequit: cui mos erat regni exorti regib⁹ iperitare. Itaq; ubi ad urbē uentū eſt cui nomē Diopolis, alio cōceſſit Rōanæ dignitatis ſupciliū dedignatus regni tumore. Qua ſeceſſione ariſtoboli eſt nō mediocris datus offenſionis locus: uſq; adeo cōmoto cōſule ut ſtatim arma Rōana in Iudęā cōuerterentᷣ. Cōiunctis Syriæ ēt plæriſq; auxiliaribus: quē ubi cōperit ariſtobolus ad urbē Scytopoli atq; Coreas appropinquare unde erat Iudeæ exordiū poſſeſſionis: cōfugit in alexandriū caſtrū munitū admodū: & in monte altiſſimo ſitū. Quo cognito iubet eū Pompeius deſcendere: at ille tanq̄ herili pcepto obedire indecoꝝ exiſtimās periculū potius ſubeundū: q̄ obtēperandū impio animi imodicus arbitrabatᷣ. Sed referta populis Rōana caſtra deſup ſpectans ſimul a ſuis monitus nō laceſſendos quoꝝ in nomē ac poteſtatē totus pro pe orbis terrarū conceſſerat, deſcendit: pluribuſq; uſus qbus regnum ſibi iure delatum aſtruere cōtenderat: uel generis debitum neceſſitudine: uel exercitus iudicio qui ſecutus ſit ualidiorem: deſeruerint ignauum: uel euentu prælii uel pacti cōuentione ad munitionem reuertit: rurſus cum Hyrcanus preſulem adiiſſet uocatus ad iudicium ariſtobolus ſeſe repreſentauit: Sed cum adhuc comperendinari cognitionem uideret: in caſtellum regreſſus eſt. Melius enim inter ſpem & timorem putabat: q; imperiis eius obediendo ad ſui gratiā Pompeium inflecteret. Sed ne ui adigeretur: iterū imperio cedere: in alexandriū ſeſe recipiebat. Nec præterit Magnum regis uerſutia: iubet eū diſcedere munitionibus: idq; facturum datis ad ſingulos cuſtodes munitionum litteris ſeſe aſtrigeret: iuſſis qdem paruit quæ non audebat refellere. Protinus tn̄ Hieroſolymitanis mœnibus ſe abdidit: & bellum aduerſum Romanos parare cœpit. Pōpeius quoq; fugientē inſeq: urgere clauſum: neq; parandis belli uſibus tempus ullum dare: direxit Magni intentionem de Mithridate nuntius q; morte bellū finiſſet: urbs Hierico in finitimis ſuis Pompeium tenebat: cum rei memoratæ indicia uenirent: locus prope urbē i quo balſamū gignitur: uirgultiſq; innaſcitur: quæ acutis lapidibus incidunt pueri agricolarū: perq; eas inciſiones diſtillat humor lachrymis pulcher rorantibus. Inde uir militiæ uetus compoſitis ordinibus ad ueſperum caſtra mouit: & primo diluculo Hieroſolymitanis mœnib⁹ aſtitit: atq; iprouiſus armatas acies ifundit. Cap. 16. ¶ Obſtupefactus Ariſtobol⁹ diſpoſitionis ſpecie: uirorum robore: militū alacritate ſponte occurrit: ueniā pcatᷣ: pecuniā: urbē: ſeq; offerens: Verbiſq; in mollius ſuppliciter inflexis mitigauerat idignationem conſulis: ſed irrita precatione: quia effectus deerat promiſſionis nō ſolum negatis pecuniis: ſed ēt urbe excluſo Gabinio qui oblatum petitum uenerat: bellū incubuit. Nāq; Magnus adhibitis cuſtodib⁹ Ariſtobolo: urbis mœnia ſpeculari cœpit: atq; explorare diligētius: qbus i locis tēraret irruptionē: ſed quū & ualida muroꝝ circūſpecta ret q; expugnari nequirēt: & tēplū in urbe haud inferioribus circūdatū munitionibus: ut geminū eſſet igreſſus periculū: & a defenſoribus tēpli: & ab his qui muroꝝ ppugnacula tuerentur: heſit animi dubius: ſententiæq; incertus per aliquātulum tēporis: cum ſubito intra urbem orta ſeditio uolentibus Hyrcani ſociis urbe recipere Pompeium re-

nitẽtibus Ariſtoboli ꝓpugnatoribus:illi portas aperire Magno:iſti obſerare:bellumq;
inferre:ne regẽ eriperẽt.Sed pluribus quos terror potẽtiæ Romanæ auxerat ceſſere in
feriores:atq; in tẽplũ ſeſe recepere ſoluto ponte:qui tranſitu peruio urbem ac templum
medius coniunxerat. ¶Receptus itaq; in urbem eſt exercitus Romanus:& ſuis mani
bus Iudęi aperuere portas:nõ multo poſt urbis ac templi expugnatorib⁹ futuris.Com
pletumq; eſt illud dauidicũ.Deus uenerunt gẽtes in hęreditatẽ tuã:polluerunt templũ
ſanctũ tuũ.Sponte itaq; tradidere regalia ſua:ceſſere aulicis:Piſoni claro iter ſuos uiro
& militię ſtipẽdiis exercitato id negocii cõmiſſum eſt ut manu ualida:aulam regiã:cę
teraq; urbis tuẽda exiſtimaret.Quod ab eo ſollicite curatum quaſi ad ea defendẽda po
tius ꝗ occupãda Romanũ exercitũ ductauerit.Ad tẽpli aũt irruptionẽ qm̃ pertinaciter
reſiſtebat Iudæos Magnus parauit ſocios uidelicet Hyrcani:ut ſi fieri poſſet aliena Ro
mani myſteria non prophanarent : ſimul ut ſuis manibus Iudei foſſas replerent:impio
miniſterio & turpi obſequio ſeruierunt manus eorum in cophino:mentes in ſacrilegio:
ſed nihil proficiebat congeſtio cum reniterentur e muris Ariſtoboli fautores:& deſuper
afferrent impedimentũ:irritaq; Pompeio fuiſſent exordia:niſi incurrẽtibus ſacris religio
nis quibus ab omni uacare opere Iudęos uetus obſeruatio foret, imminere ſuos aggerẽ
dis terrarum tumulis imperauiſſet:ſola enim conſerendæ manus uſurpatio in conſuetu
dinem uerſa:etiam ſabbato ſi tamen inferatur pręlium:& ſalute extremum petatur peri
culum, decernendum ſibi ferro iudæi exiſtimant:reliqua certamina religioni ducunt. Iã
uallum exereuerat:iam machinæ admotæ:repugnabant regii murorum altitudine fero
ciores:nec itermixti ꝓliis ꝓpriore Magni acceſſu iclinabant . Stupebat Põpeius acres
uirorũ aĩos:muri decorẽ ac magnitudinẽ:& nuſꝗ remiſſa officia ſacerdotũ i medio bel
li furore:tanꝗ ꝓfunda pax eſſet nihil deerat ſacrificioꝝ ſolẽnitati: inter bellatoꝝ iacula
morteſq; cęſoꝝ fundebat ſanguis hoſtiaꝝ. Victima altaribus iponebat :ante arã poſi
ti feriebant . Tertius iam mẽſis anceps adhuc certamẽ tenebat . Prius Sylla ortus Cor
nelio Fauſt⁹ : & duo centuriones quoꝝ uni nomẽ Furio:alteri Fabius erat:deiecta turre
muroꝝ:templũ irrupere ſingulis ſeſe cateruis:& circũdantes undiq; tẽpli iteriora:quoſ
cũq; reppererãt:gladiis trãſuerberabant:cædebant fugientes:repugnãtes alii obtrũca
bant.Nullus parcendi modus.nec tñ ea ſæuitia bellantiũ obſeqa uatũ impedita.Nuda
tis gladiis iminebat hoſtis:illi tñ ſine ulla ꝑturbatione ſoliti uicẽ muneris exequebant.
Nullũ intermiſſum eſt officii genus.Quicqd ad purificationis ſolẽnitatẽ:qcqd ad cul
tus ſacri obſeruantiã ſpectare poterat impletũ eſt. Tanta erat cura miniſterii:atq; utinã
pro ueritate deuotionis & fidei fuiſſet:maiora quoq; a ſuis orta pericula ꝗ ſibi ab He
bræis inuicem inferebant :atq; intus pugna uehementior: & ſeditioſis ꝓpius & anceps
periculũ:a frõte externus hoſtis:a tergo lateribuſq; domeſticus urgebat. Cap. 17.

¶Ita concluſi undiq; alii ſe præcipitabant:alii patriæ incendiis exurebantur.Sacerdo
tes tamen uſq; ad ultimum in ſuo munere perſeuerabant : hortantes ſe inuicem ne in
poſterioribus ponerent officium religionis ꝗ ſalutis:preſidium recte ſecum agi ſi pieta
ti impenderetur quod deberetur neceſſitati: pulcherrimumq; ſi in patriæ ſinu ſepeliri li
ceret . Quid autem iuuaret euadere & ſuperſtitem uiuere religioni ? pręclarum potius
op⁹ muneri cõmori pio. Qđ ſi quis periculi metu deſerat, ſacrilegiũ eſt:ſi quis impleat,
ſacrificium & pia paſſionis uictoria. Inſulati itaq; ſacerdotes iter ſuas hoſtias imolabã
tur:& amicti ſacerdotalibus ſtolis iter cadauera cæſorũ humi iacebãt.Fuſa illic Iudęoꝝ
XII.millia:Romanorũ pauci extincti:plures uulnerati ſunt.Nihil tñ grauius in illa mi
ſeria ingemuerunt Iudęi ꝗ ꝙ illa abſcõdita ante ſacrificationũ myſteria retecta gẽtibus
ac manifeſta ſunt:deniq; Pompeius curarũ iſtiuſmodi declinãs ſuperflua dum triũpho

potitus ambuſta obiret:ſequētibus ſe ſuorum plurimis:uidit tabernaculū ſcd̄m qd̄ ſoli
principi ſacerdotum ſolēni acceſſu patebat:atq; intus aſpexit lucernam : & menſam &
thimiamata:& tabulas teſtamēti :ſuperq; eas Cherubin : multitudinē aromatū diſper
ſam:& ſacræ pecuniæ talenta duo millia:i qbus quū plurimū auri eſſet:integer tn̄ ab oī
cupiditate uel ipſa:uel ſi qua ſacroꝝ uaſorū inuenta ſunt:intacta ſeruari p̄cepit:& ſequē
ti poſt excidium die neocoris iuſſit mundare templi interiora : & celebrare aſſueta ſacri
ficia:Hircano quoq; principatū ſacerdotii dedit : prompta eius opera uſus in obſidiōis
neceſſitate:nā & ſi īfid9 ſuis:Romāis tn̄ fidelis ut ſua pr̄ia expugnaret. Sed puto nemi
nē dici fidelē poſſe:q ſuis fuerit īfid9. Nō pfunctorie itaq; ī ipſo prœlio iuuit hoſtes ſuo
rū:uel ꝙ extramurāi ppl̄i multitudinē annitētē Ariſtobolo:retraxit ab ei9 ſocietate:ad
oīa tn̄ qb9 uel p̄ueniēdi Ariſtoboli:ducēdiq; ei9 auctoritate:uel cōficiēdo celeriter bello
Pōpei9 egregi9 ipator fuit. Præclarū hoc addidit ut ī uictoria modū teneret:deniq; beni
gnitate ſibi magis q̄ terrore quos uicerat aſſociauit:auctores tn̄mō belli ſecuri pcuſſit:
Tributū quoq; uictis ipoſuit:ſtatuit ducē:Iudeæ fines determinauit. Suis ergo finibus
circūſcripta Iudæa eſt:reformauit ēt Gadarā:quā Iudæi euerterāt:rogatus a Demetrio
qui patriæ ſuæ huiuſmodi gratiā a patrono popoſcerat:& in hac cā & in pluribus apud
Magnū ſuper libertorū modū uſq; ad inuidiā excellēs:Ariſtobolum autē cū filiis & ſo
cero ei9 captiuos ſtatuit ſecū Romā deducere:ſed unus ex ſobole regia ī itinere elapſus
cuſtodibus domū reuertit:ei nomen Alexādro:ætas fratre ꝑuectior & ſorores duę. An
tigonus itaq; æuo iunior cū fœminini ſexus germanitate ad urbē deducti:Pompeiuſq;
Ciliciā & inde Romā petiit. Cap. 18. ¶ At in Syria Scaurus cui ducis officio
p̄erat receptis urbibus quas Iudæi inuaſerant in mediterraneis Scitopoli:Ippone:Pella:
Samaria:Iannia:Mareſa:Azoto:Arethuſa:maritimis quoq; Gaza:Ioppe:& ea q̄ Stra
tonis turris olim uocabatur:poſtea Cæſarea nūcupata ſub iperio Herodis qui & orna
tum adidit:& nomē mutauit:aduerſum Arabas bellū moliebatur:Iudęam iter Euphra
tē & Aegyptū:Syriā quoq; ſuis reformatā finibus iudicio coercens p̄dandiq; cupidine:
quod potius reor:ac ꝑferēdi imperii gratia ſummā regni Arabiæ Petrā inuadere uolēs:
difficultate quidē locoꝝ impeditus irrumpere nequiuit:plura tn̄ uel ꝓpinqua urbi uel
lōge poſita deuaſtauit:qbus ī locis exercitū eius morantē fames iceſſerat:ac pene Icidiſ
ſet facinus miſerabile:niſi per Antipatrū laborātibus Romanis Hircanus alimoniā mi
niſtrauiſſet. Idemq; de conſilio Scauri Aretham monuiſſet ſoluere bellum pecunia:de
nique trecentis talentis Arabs hoſte ſe exuit : Scaurum redemit : hoc regreſſionis eius
p̄cium fuit:quę pacis ſecuritatē fouebat:ꝙ in locis hoſtilibus exercitui Romano opera
eius ex īdigentia graui frumēti ſacietas facta auxiliumq; pręſto fuit:Alexander bellum
aſſumpſit. Cap. 19. ¶ Sed ubi Alexander e uinculis Magni elapſus primum oc
culte & per aliquātum tēporis manū ſibi idoneā cōgregans:deinde palā percurſare cœ
pit Iudæam:exagitari Hircanus : & rebus ſuis diffidere romanos cura urgere ne bellū
gliſceret : qm̄ ēt murū reparare Hieroſolymis conſtituerat:quē Magnus deſtruxerat:
ac ꝓpe aggreſſus fuerat opus:niſi Gabinius qui Scauro ſucceſſit:curatis ſtrenue cæte
ris quibus terrorem ſui nois ſparſerat:occurrēdum Alexandri tentamētis ęſtimauiſſet.
Nec Alexāder refugiēdum arbitratus:ſed decernere p̄lio auſus cū decē milibus peditū:
mille & qngentis equitibus ēt caſtella reparauit:Alexādriū Hyrcanium Macherontā
receptaculo ſibi (ſi res popoſciſſet) futura:uel hoſtibus impedimēto:qm̄ & arabia non
ſatis fida Romanis ꝓxima erat:Gabini9 quo citius occurreret Marcū Antoniū cū par
te exercitus p̄miſit:ut iter hoſtiū impediretur:donec ipſe cum toto agmine aduentaret:
Antipater cum electis adueniēs & Malichus & Phitolaus diuerſis Iudęoꝝ ſubnixi ca

teruis:cum Antonio uires iũxere:quos ubi cõfertos Alexander uidit (nam iam & Ga
binius aderat) flexit cõſilium:ut retrorſum cederet. Sed quũ iam nõ longe eſſet ab Hie
roſolymis:coactus manũ cõſerere:uictus aufugit:necatis ferme tribus milibus ſuorꝫ:cę
teris captis & dilapſis:uix Alexãdro pauci ſuꝑfuere: potius ad fugę ſocietatẽ:q̃ ad rebel
landi audaciã. Deniq; pacẽ a Gabinio petens:ẽt caſtella ne qd ſuſpectũ haberent: Rõa
nis tradidit. Eo bello egregie antonũ uirtus emicuit: q̃uis ꝓclarũ ubiq; documentũ ſuæ
dederit fortitudinis. Gabini9 in quinq; cõuentus Iudęã diuiſit: ut ꝑtãtem minueret: ex
qua oriebatᷣ potior rerũ inſolentia. Hyrcano ꝓ mãſuetudine ingenii eius ſacerdotii ho
nor manſit: totius aũt regionis eius cõuentus nõ uni ſed in cõi Hieroſolymitanis a Ga
binio cura imꝑtita:itemq; cęteri cõuent9 ſimili modo attributi ꝑ Gadarã & amathuntẽ
& Hiericũta Sefforitanoſq;:urbes ſcilicet potiores diuiſi:quo & ſingulorũ potentiæ ni
hil relinqueretᷣ:& functio regionũ nõ uacillaret:quæ publicã expectaret ſollicitudinẽ.
Quod & Rõanis ad releuandũ rebellionis metũ:& Iudæis ad deponendã inuidiã cum
gratia ſuſceptũ: qm̃ nõ ſub rege:ſed ſub optimatibus degeret hebręorꝫ genus:ad reipu
blicę romanæ ſimilitudinẽ: in qua nõ unus imperitaret: ſed ꝑ uices optimi quiq; q̃bus
ſortio magiſtratus ceſſerat:adminiſtrabãt regni q̃dam exortes:ſed regũ arbitri: cõſultũ
prouide aduerſum inquietudinem gentis æſtimabatᷣ. Cap. 20. ❡Sed ariſtobo
li fuga rediturſq; in Iudæã plurimũ turbarum excitauerat: plæriſq; refluentibus ad eum
quos ueteris amicitiæ gratia ſollicitauerat:aut res ultimę: quibus remediũ ex diſcordia
publica quærebatᷣ:ima ſũmis miſcere cupientibus:atq; aliæ ſpes lapſæ forent. Regreſ
ſus igitᷣ ariſtobolus munitiões ędificare:alexandriã reparare cœperat: quo cõperto Ga
binius Siſinnio & antonio:Seruilioq; cũ parte exercitus: directis cœptũ opus ĩpediuit:
deſertis enim munitionibus ariſtobolus ſe bello parauit: & quia maiore numero q̃ uſu
agmẽ trahebat deonerauit inermis populi multitudinẽ: & ſola octo millia armatorum
coegit adiuncto quoq; Phytolao q uoluntarius ex Hieroſolymis cum uiris mille adue
nerat:deinde orto ꝓlio (imminebãt.n.romani eius ceruicib9) aliquãdiu quidẽ ſtrẽnue
pugnatũ:tñ ualuit uirtus romana:cæſa Iudæorũ quinq; millia. ariſtobolus cũ mille ui
ris irrupit aciem:& in caſtelli macheruntis munimẽtis ſeſe recepit: duo millia alio dela
pſa:adorſi tñ caſtellum romani per biduũ ferme dilati:qm̃ de ultimo periculo ariſtobo
lus totis uiribus decernebat. Sed nequaq̃ diutius ſuſtentare potuit:captus cum filio anti
gono quem pariter fugiẽs de uinculis ſecum abduxerat: ad Gabinium miſſi & ab eo ro
mam directi ſunt. Senatus ariſtobolo in cuſtodiã detruſo:filios eius ad bithiniã dimiſit.
quod gabinium ferunt epiſtolis inſinuaſſe:id ariſtoboli coniugi promiſſum remuneran
dæ ſedulitatis eius gratia ob traditas ſibi munitiões. Cap. 21. ❡His in Iudęa ge
ſtis Gabinius audẽdum aliquid ratus, in parthos expeditionẽ parauit: ſed ſuſpecta ꝑtiũ
Ptolemæi regis reuocauerunt profectum. Nam ab Eufrate in ægyptum gabinius iter cõ
uertit: Uſus neceſſariis ad omnia miniſteriis antipatri & hyrcãi. Sed hyrcani per antipa
trũ qui pecunia: frumẽto armis auxiliis quoq; exercitũ iuuare ac maxime cõgreſſos cir
ca Peluſium niſi gnaris locorũ & totius belli generis Iudęis oĩa ꝓcurantib9 Gabinium
facile deterruiſſent. Sed rurſus morante exercitu alexander ariſtoboli filius in Syriam ſe
ſe in alterã uelut in uacuam prouinciã ĩmergere moliebatᷣ: niſi rumoribus excitus Gabi
nius reditũ maturauiſſet: ꝓmiſſoq; antipatro reuocaſſet plurimos Iudęorꝫ ab alexandri
ſocietate: quorum multitudine fretus parabat omnes quos ĩ regione offenderat Roma
nos exitio dare. deniq; dilapſis licet Iudęorũ plęriſq; ꝑ antipatri conuentionẽ: audaciã
tñ non depoſuerat: prœliũq; adorſus in. XXX. milibus uirorũ circa Itabirium montem
fuſis: cũ decẽ milibus aufugit: reliquorũ diſperſione bellũ confectũ. Gabinius cõpoſitis

ad arbitriũ antipatri reipu. hieroſolymitanę negociis: inde ꝓfectus Nabathaeos ꝑlio ſu
begit: Mithridateq́ꝫ & Tygranem fugientes de Perſide occulte remiſit: palã tñ militi-
bus intimauit fuga lapſos. Succeſſit Gabinio Craſſus: & ꝓfecturus ad Parthicũ bellũ
omne qđ erat hieroſolymis aurũ in templo abſtulit. & praeterea duo milia talenta de-
trahi iuſſit: q̄ Pompeius intacta reliquerat: nec longũ lętatus ubi trãſmiſit Eufratẽ exer
citũ amiſit: & ipſe extinctus eſt. Eo ſucceſſu Parthi laetiores tranſeundũ in Syriã credi-
derũt: quos ſtrenue inſidiis excepit Caſſius: & cõmiſſae ſibi ꝓuinciae finibus repulit: nõ
ſine graui detrimento hoſtium: cũ effuſe uenientes q neminẽ ſibi obſiſtere auſurũ arbi-
trarent̃: locis praeuentos anguſtioribus occupauiſſet. Deniq; fuſis ſuoꝝ pluribus bellũ
deſeruere. Caſſius repulſo hoſte ſecurus ꝓuinciae: in iudaeã irruit: & Taricheis delectis
xxx. millia iudęoꝝ in ſeruitutẽ Phitolao quoq; ſuſpectũ dolo quo partes Ariſtoboli ful
ciret uendidit: iugulari iuſſit. Neq; expers conſilii eius Antipater fuit: ut ęmulũ poten-
tię q̄ maxime excluderet. Cap. xx. ℭSi Antipater cognouit uxorẽ cui nomẽ cy
pris ſplendidiſſimo inter arabię foeminas loco ortã: atq; ex ea ſuſcepit liberos quattuor
ſexus uirilis & unã foeminã. Viris huiuſmodi uocabula. Primus Phaſelus ſequens hero
des uocati: tertius Ioſephus: quartus Pheroras: & Salome filia. Eaq; cã uir egregie fa-
ctus ad emerendã muneribus: atq; amicitia ſocietatẽ potentiũ: gratiam ꝑcęteris ſibi re
gis Arabũ cõciliauerat: quia de locis Arabię uxoris acceptę ꝑtendebat neceſſitudinẽ.
Deniq; aduerſus Ariſtobolũ decernere ꝑlio parãs filios ſuos ꝑdicto Arabũ regi q̄ſi mu
tuę charitatis pignora direxit. Quos ille q̄ſi depoſitũ iuiolabile ſuſceptos eo cultu quo
liberos domi habuit: & poſtea repetitos pr̄i reddidit. Sed cũ Ariſtobolꝰ bello ſupatꝰ in
uinculis haberet̃: Alexãder filius eius cũ ſecundũ cõuẽtiones pacis q̄bus eũ caſſius ad
Euphratẽ rediturus deuinxerat ꝑlio uacaret: quũ confinia ꝑſidis haud ullo ſuſpecta par
thorum trãſitu īfeſtarentur: & blandae trãquillitatis ſpecies in oriẽtis ptibus humanas
leuaret ſolicitudines: Caeſar trãſalpinis regionibus galliarum italiae ſeſe infundẽs: Pom
peiũ ſenatũq; ultra Ionium mare expulit. Italia excluſus Aemathiã Magnꝰ petit: eoq;
diuerſis ex locis Rõana iuſſit agmina ſequi q; ibi bellum pararet. Quibus intentus gę
rendis Ariſtobolũ quẽ Romae uinctũ reliquerat cum caeſar qui inter urbẽ Romã atq;
põpeiũ medius erat: q; de flaminia in appiã compẽdiis tramitibꝰ Magnũ ſequebat̃: ut
uel ipſum exciperet: uel interciperet eius exercitũ, uinculis leuatũ tributis ẽt militaribus
numeris in ſyriã direxit: ut Iudaeã ſibi adiungeret; Põpeiũq; a tergo urgeret. Sed in exor
dio tẽramẽtorum ubi ad locum peruenit ueneno interemptus: imperfectũ negociũ reli
quit. Opinio mortis eius põpeii fautoribus adſcribebat̃: ita luſae ſunt diſpõnes cęſaris:
& deſtitutae Ariſtoboli cupiditates noua quadam mutatiõum uarietate: ut tutior fuerit
exul inter hoſtes in uinculis captiuus: q̄ iter ſuos ciues: dominus in cubiculo: rex in cõn
uiuio. Quo comperto põpeius q; Ariſtobolus ĩ iudaea recidiua ſibi bella reparare tenta
uerat etiam filium eius Alexandrũ iugulari iuſſit: ſuſpectum nimis ĩ partes caeſarianas.
Scipio Cnei mãdatis obediẽs pro tribunali ſtatuit reum: ut ſpecies iudicii ꝑtenderetur:
accuſatoribꝰ quoq; adhibitis: atq; in eum qui romanam rem publicã armis ĩquietaſſet
ſnĩa ꝓlata: ut pro iuris potius auctoritate q̄ pro executiõe ꝑcepti more quo duces hoſti
um cõuictus rebellionis: ſecuri percuſſus ęſtimaret̃. Cap. xx. ℭCognita utriuſq;
nece Ptolemęus q ſuſceperat Ariſtoboli germanos: & uxorẽ Alexandri Philippionã fi
lium ſuum ĩ urbem Aſcalonã direxit memoratos fratres acceſſituꝝ: ille adueniẽs ſuſce
pit Antigonũ atq; eius ſorores: ut ad patrẽ deduceret: uſu & cõſuetudine amoris ignicu
lus obrepſit adoleſcenti ignoſcendo ꝓfecto: ſi ſcirent tyrãni ignoſcere: atq; alteram de
ſororibus accepit ſibi in cõiugii ſocietatẽ. Non tulit hoc Ptolemaeus pater: ſed occiſo ſi

lio nurũ propriã ſibi iunxit:moꝝ egregius cenſor q inexoratã in filio dãnaret cõiunctio
nẽ ut ipſe ſe parricidio & inceſto cõtaminaret . Põpeio interfecto q̄ dum arma Cæſaris
fugit:ſpadoni ægyptio caput ſuũ amputandũ ꝑbuit, conuerſa res . Præbuit tñ ea patien
tia caput:qa tantoꝝ populorũ aliquotiens uictorẽ decebat : & ut in illa uicti ſorte exu
liſq; cõditione cõſpiciẽs rerũ humanarũ ludibriũ : & uarietatẽ, gladio ceruicẽ offerret:
ab eo cui regnũ dederat pro gratia mortẽ receptur9. Poſt cuius necẽ mutatio facta plæ
riſq; ex familiarib9 Magni amicitiã cæſaris expetẽtibus ꝑcipueq; Antipatro ĩcredibilẽ
in modũ ꝑdito ad oẽs quoꝝ affectarẽt amicitiã. Omnibus.n.neceſſarię opes:& maxie
in prœliorũ apparatib9:ubi ex inimicis atq; aduerſariis ſępenumero cariores efficimur.
Etenim qa Ptolemęus ęgypti rex fidem lęſit : ab ipſo cęſare bellis grauiſſimis pręme
batur. Cap. 24. Pergamen9 Mithridates cũ omni manu quã ſecũ deduxerat pe
luſiacis repulſus obſtaculis:in urbe Aſcalone reſederat. Deſperatoq; tranſitu & conatu
ĩrrito:nec iam ſe cõmittere bello audebat:locis iniquioribus:& impar uiribus. Cui An
tipater Arabes primo ĩ auxiliũ adſciuit:deinde tria milia Iudęoꝝ ualida manu & muni
ta armis ſecũ ꝑduxit. Cõmouit ẽt Syrię potentes in adiumentũ ipſius:Ptolemęũ q ha
bitabat in libano & Iamblicũ:& Ptolemęũ alterũ. Quorũ freti ſocietate:ẽt alii populi
accenſi ſunt. Quib9 adiunctis uiribus fretus Mithridates:Peluſiũ acceſſit:& cũ trãſitu
prohiberet̃:obſidionẽ adort9 eſt. Quo loci Antipater ꝑclarũ militię documentũ dedit.
Siquidẽ reſiſtentibus oppidanis:cũ ſũma ui belli utrinq; decerneret̃:prius cũ ſuis diru
pta murorũ parte ĩ qua ipſe prœliabat̃ urbẽ irrupit:eãq; cepit. Nec tñ finis laboris adiu
mentiq; : ſed etiam cum introrſum exercitus pergeret:& circa eam quę appellat̃ Onię
regio Iudææ Aegyptii uellent reſiſtere quo intercluderent iter , rurſus Antipater non
olum remouit prœlium : ſed etiam ad exercitum iuuandum quæ neceſſaria forent uſui
humanitatis ab ipſis qui arma contra parauerant miniſtrari effecit . Vnde memphitæ
quoq; animos a prœlio reuocauerunt:& ſe Mithridatis ſocietati uolentes dedidere.
Qui prætergreſſus ſuſpectiora cum reliquis ægyptiis conſerendum ratus: liberioribus
quidem locis:ſed ualidioribus uiris regionis ipſius cuius incolatus iudæorum exercitus
appellabat̃:ſtrẽnue decertauit:adeo ut prærupto ſeſe periculo daret: ac pene extinctus
foret:niſi Antipater uidens totum:in quo Mithridates erat dextrũ cornu a cohorte ur
geri:ex alia quoq; parte includi flumine:nec ullum effugium uiris irruiſſet a cornu ſini
ſtro ſuper eos:qui Mithridatẽ cedentem perſequebantur:quos eo uſq; inſectatus eſt:do
nec omnis hoſtium populus extingueretur. Eo prœlio octoginta ſolos Antipater uiros
de ſuis amiſit:ſupra octingẽtos Mithridates:ita ut ipſe pręter ſpẽ euaſerit:atq; hoc uno
momento clades ſecuta antipater multis uulneribus corpore exceptis egregiũ uirtutis
ſuæ teſtimoniũ apud cęſarẽ inuenit. Mithridate ꝑſertim non ſolum ſuæ abſolutionis in
terprete:ſed etiam fortitudinis ꝑdicatore:qbus rebus egregie cęſar delectatus: in hono
rẽ Antipatrum:ut oportebat iter amicos recepit . Deinde ubi ea quæ in ęgypto forent
conſtituenda diſpoſuit:atq; in ſyriam proceſſit:Romanæ eũ reipublicę honoribus affe
cit. Talentum quoq; contulit:cęteraq; ut probato ſibi uiro gratię ſuę pignora imperti
uit. Hyrcano ẽt ſummũ pontificiũ de ſententia Antipatri uolẽs firmauit. Cap. 25.
¶ Antigonus quoq; in ſyria Cęſari occurrit:& quem uel patris deflere erũnam conue
niebat ueneno per amicos Pompeii interfecti:uel ſupplicium germani quem Scipio ſũ
ma crudelitate:tanq̄ reum ſecuri percuſſerit: inuidię magis q̄ doloris partes exequebat̃:
ut Hyrcanum & Antipatrum incubare alienis:quæ ſibi:& fratribus ſuis per ſcelus ere
pta forent:quæſtu grauiſſimo coacerbaret extorrem ſe factum habitatiõis paternę: ter
ram in qua ſit natus negari ſibi:tñ ſuas iniurias tolerabiliores uideri:multo acerbiores

illas:qbus tota gens populi iudæoꝝ: ab Hyrcano: & Antipatro afficeret̃. Eoſq; de bñ
geſtis in ægypto rebus uendicare gratiã:cum illud Mithridatis iuuandi munus non ex
inſita in cæſarẽ beniuolẽtia ſedulitas ulla detulit:ſed ex pompeianæ conſcientia ſocieta
tis formido extorſerit:ut eſſent offenſionis obtẽtus. Aduerſus ea Antipater:non uerbo
rum referens uicẽ:ſed reꝝ aſſertorem ſcidit ueſtem:& nudus indumentoꝝ plenus uulne
rũ diloricato amictu:offerens oculis circunſtantiũ ſpectatæ indicia uirtutis: En inquit
maliuolentiæ meæ in cęſarẽ teſtimonia:defendant reũ quæ tanq̃ animi lumina micant.
Has ego cicatrices tibi cęſar uolnntatis internæ obſides tribuo. Hæc ego fidei depono
pignora:& inſcriptos cordis apices gero. Si ciuibus non creditur:hoſtes interrogentur
pro quo uulnera illa ſuſceperim? Quid in me aliud niſi fidem quã tibi deferrẽ perſeque
bant? At obiectat mihi Pompeii gratiã Fateor Cęſar me non homini: ſed nomini Ro
mano amicũ fuiſſe:idq; ſtuduiſſe egregie:ut ueſtrę reipublicæ mea officia impenderen
tur. Militaui itaq; nõ uni ſed omnibus:fuerit mihi carus Põpeius: ſed ante mihi ille cœ
pit amicus eſſe:q̃ Cæſari eſſet inimicus. Tuus ille gener erat:& tu ſocer illius. Cũ eſſet
in partibus Iudææ:iuui ut imperatorem Romanum:non tamen ea pro illo quæ pro te
excepi uulnera. Tibi impendi uades mortis:& ictus teloꝝ excepi hoſtilium. Quid mi-
rum autem ſi captiuus uulnerum decus neſcit? & fugitiu9 quid ſit fides ignorat? Quid
autem perpetuus hoſtis obiiciat mihi niſi ueſtram amiciciam? Mirum ſane uidetur ꝗ
accuſatum quenq̃ Romanos adeat Antigonus:quos bello ſoleat inceſſere: atq; apud
eos exutum ſe imperio queratur:cuius uſum ac negocium non ad ſui potentiam:nec ad
inſigne domeſticum:ſed ad laceſſenda arma Romana: & ulciſcenda patris germaniq;
exitia deſyderauerit. Ingratus ſalutis tribunal Romanum nõ timeat: ſed etiam audeat
ultro inceſſere:cum ſciat ictum rebellionis ſuę conſortem pœnas luiſſe. ¶ Vbi Anti-
pater finẽ dicendi fecit: Cæſar ꝓnunciat dignũ magis ſacerdotio Hyrcanũ uideri: Anti
patro aũt detulit poteſtatis electionẽ. Tum ille eundẽ arbitrũ honoris & moderatorẽ
expetens:atq; in eo q honorẽ daret ponẽs menſurã honoris: aſtute ſatis & uerecũde de
cus tulit:& incrementũ potentię. Totius.n. Iudęę ꝓcurator factus eſt Antipater. ſane
popoſcit ut muros Iudææ q bello dirupti fuerãt ędificaret. Tantũq; negociũ datæ fidei
ſecur9:& poſtulauit & impetrauit. Eaq; ut moris erat Rõanis impatoribus arbitrio Cę
ſaris in capitolio ſcripta ſunt:q̃ inſignia honoris Antipatro cõferenda Cæſar ęſtimauiſ-
ſet:ut & ſuę iuſtitię & meritoꝝ iuri poſteritatis quoq; cognitioni indicia extarent. Proſe
cut9 aũt Cęſareã Antipater:ex Syria i Iudęã flexit iter. Et prio quẽ Põpei9 deſtruxerat
murũ in ueterẽ ſtatũ reformauit. Deide tumult9 repſſit cõueniẽs ſingulos affectu parẽ
tis:nũc mollioib9 monitis:nũc minis:ut q̃ pacis eſſent potius q̃ belli ſeq̃nda arbitrarẽ
tur:neue exaſperarẽt animũ regis. Qui ſi offenſus maneret: ciuẽ p̃ſtaret. ſi cõmoueret̃:
tyrãnũ exhiberet:& ſi mitis eſſet natura Hyrcanus:cauerẽt tñ ne cũ cõtumelia exacer
barẽt:ſibi quoq; ſtudiũ eſſe ut in mediũ cõſuleret:pro ſollicitudine piatnõ ꝓ poteſtate.
Sed ſi nouare aliqua tentarẽt:uindicandi animũ ſibi nõ defuturũ: Romanorũq; amici
ciã potius q̃ dominationẽ experirentur. Cui enim dubium foret ex amicis in arma eru-
pturos:ſi eum cui regnum ipſi firmauerãt:cognouiſſent regno exutũ? Simul qa lenitu
dine ingenii tardiorẽ Hyrcanũ nouerat ad exequẽdas publicoꝝ munerũ neceſſitates:fi
liis ſuis diuidẽdam tuendæ regionis curam putauit: ꝗ ille impar tantę moli imperioq;
eſſet. Faſęlum itaq; ſeniorẽ ex liberis pręſulem Hieroſolymis & ducem militię conſti-
tuit:Herodẽ quoq; minorẽ natu atq; admodũ adoleſcentẽ pari honore Galilææ p̃fecit.
Qui ubi poteſtatẽ adeptus ẽ natura acrior ad obeũda negocia ſtatim ĩgenio ſuo mate
riã iuenit. Cap. 26 ¶ Laborabat eni Syria Ezechię latronis icurſionib9. Quib9

exitiũ adiuncto ſibi Antonio deſtinauiſſet: qa maximã belli partẽ miſſis auxiliis hero-
des iuuiſſe æſtimaret: totius Syriæ eidẽ regẽdæ cõmiſſa eſt ſollicitudo. Quę res antipa
tro cã letalis exitii fuit. Cap. 28. ¶ Timens enim Malichus Antipatri potẽtiã:
quę uirtute Herodis cumulabat: corrupto uno de regalibus miniſtris Antipatro uene
nũ parauit. Quo potato poſt cõuiuiũ ſtatim moritur Antipater: impigro in cæteris in
genio: & maxime quęrendo ſtabiliẽdoq; Hyrcani imperio uir ſtrenuus. Tulit grauiter
Herodes obitũ patris: cõmotoq; exercitu ultorẽ pollicebatur. ſed fraterno cõſilio reuo
catus: ne bello ĩteſtino Iudęa inter Herodẽ & Malichũ uexaretur, parato ad repugnan
dum & maxime diſſimulãte Malicho ꝙ necis Antipatri cõſcius foret: in aliud genus ul
tiõis facile traductus eſt: ut ſatiſfactiõe accepta ꝙ nulla fraude Malichi Antipater obiſ
ſet: Hyrcanũ ac Malichũ Herodes ad ſcænã uocaret: & de ſnĩa Caſſii qui ẽt ſuis id ne-
gociũ mandauerat ad obeundã ultionẽ directis, parati centuriones ꝑpoſitiq; Romani
exercitus uenientibus Hyrcano ſimul ac Malicho occurrere ĩ littore: atq; euaginatis gla
diis utrũq; eoꝝ circũſtetere. Solũ tñ Malichũ multis uulneribus cõfoſſum ac laniatũ:
ſupremo exitio trucidauerunt. Conſternatus eo terrore Hyrcanus: ſenſum amiſit: atq;
oĩ ſolutus uigore mentis & corporis corruit. Pauliſp tñ ubi ſeſe recepit: interrogato He
rode qs ꝑcepiſſet Malichũ occidi: ubi cognouit ex ꝑpoſitis Caſſii Romani imperatoris
iuſſu necatũ: illico reſpõdit: Caſſius ergo & mihi & patriæ meę ſaluti fuit: qui utriuſq; ĩ
ſidiatorẽ peremit. Sed hoc ſiue pro metu dixerit: ſiue ita ſenſerit hyrcanus: haud liquido
patet: neq; noſtro diffiniri põt iudicio. Inſurrexerat Elichus q fraterna neceſſitudine Ma
lichi mortẽ cuperet ulciſci: ſed quia Herodẽ laceſſere nõ audebat: fratrẽ ipſius Faſelum
pulſandũ arbitrabatur. Quo cognito: Herodes mouere ſe cupiens: retẽtus eſt corporis
ĩfirmitate. Elichus interea munitiones qſdã: & ꝑcipue Maſadã ĩpoſitis ꝑſidiis occupaue
rat. Sed ubi Herodi refuſus ſalutis uigor eſt: recepta oĩa ipſumq; Elichũ de munitione
Maſadæ Herodes obſecrantẽ dimiſit. Interpellauerat eius potentiã Antigonus Ariſto
boli amminiculãte ſibi Ptolemęo ſocero quas Herodes ꝑlio fudit: & eiecto Antigono
Hieroſolymã uictor reuertit. Magna gratia ẽt recẽtis triũphi: & ꝑcipue nouæ cõiũctio
nis. Nã primo Doſis ei coniunx adhæſerat: ex qua Antipatrũ ſuſcepit filiũ: poſtea Ma
riamnen Alexandro Ariſtoboli filio genitã ſecũdis ſibi nuptiis copulauerat: Hyrcano
ꝓximã: atq; ob ea regali prę ditã nobilitate. Nec tñ inuidiã euaſit: ꝙ regnũ pręreptum
ire Hyrcano affectauerat: Nam ubi bello Macedonico Cęſar atq; Antonius Caſſium
Brutũq; oppreſſere: uictoreſq; alter in Italiam regredi maturauit: alter in Syriã ꝓperan
dum credidit: legationibus plurimis affluẽtibus conuenere ad Antoniũ Iudæoꝝ quiq;
potiores: atq; in Bithyniã proceſſere: accuſantes Herodẽ fratrẽq; eius Faſelũ: eo ꝙ ipſi
uiolenter inuaſere rerũ oĩum poteſtatẽ: nomen ſolũ Hyrcano ad ſpeciẽ honoris dereli-
quiſſent. Sed pñtia Herodis ꝑualuit & gratia: qui nõ mediocri pecunia ſed muneribus
opimis Antonii aĩum ſibi deuinxerat. Vñ ne ſermone qdem ullo ꝑſtrictus ab Antonio
euacuauit inuidiã aduerſum ſe directæ legationis. ¶ Iterũ centũ fere uiri Iudęoꝝ Antio
chiã aduſq; nõ minore ſpiritu accuſatũ ꝓfecti apud Daphnen offendere Antoniũ iã tõ
tũ Cleopatræ amoribus deditũ atq; eius libidini deſeruientẽ: ibiq; arguere cœperunt in
tolerabilẽ fratrũ ptãtẽ. Meſala contra refellebat aſſiſtente Hyrcano: & inſolẽtiã gentis
redarguebat: q̃ factione paucoꝝ excitata ſuos detrectaret: alienos q̃reret: Hyrcaniq; in
iuriã ꝑtexerit: cũ Hyrcanus qd ciuibus eſſet accõmodũ ꝑoptauiſſet: Cognitis itaq; alle
gationibus ptiũ: interrogauit Hyrcanũ antonius: quos aptiores eſſe arbitraret. Cuius
affectu ſecundũ Herodẽ ac fratrẽ eius cõuenientẽ: quũ uolũtati ſuæ reſponſa congrue-
rent: delectatus admodũ ꝙ erat fratribus paternæ hoſpitalitatis copulatus neceſſitudi

ne:qñ cũ Gabinio aduenĩẽte in Iudæã gratiſſime ſatis antipater hoſpitio recepit:multiſ
q; percoluit officiis: Herodẽ & Faſelũ tetrarchas ordinauit: totiuſq; Iudeæ ꝓcurationẽ
agere pręcepit. Hinc quoq; multiplicatus eſt numerus conquerentiũ: nam & ſi alios le
gatoꝝ cuſtodia receperat:alios affecerat cõtumelia:illi tñ legati ad antoniũ ĩ urbe Thi
ro degentẽ:facta in Hieroſolymis ſeditione pergere ꝑcepti uoluntati ciuiũ non defue
runt. Et ꝗuis grauiter eſſet in reclamantes uindicatũ:rurſus tñ perſtrepere auſis: miſſus
eſt ab antonio Theriorũ pſes qui corriperet inſolentiæ reos : cũ tam ipſe ꝗ ẽt Herodes
atq; Hyrcanus quærerẽt ne ſibi grauiſſima ſupplicia:patriæ pturbatiões:& cauſas bel
loꝝ gignerẽt:ubi nihil ꝓfectũ:ſed irrõnabili cõtẽtiõe miſceri oĩa cœpere. Direxit anto
nius armatos a qbus alii cęſi:alii grauiter ſautii : ab Hyrcano tñ aut ſepulturæ mortui
aut medicinæ:qui potuerant euadere gratiã adepti geminæ humanitatis occaſionẽ de
dere qua eius ĩ ciues beniuolẽtia manifeſtaret. Cęteri quoq; q effugerãt ita urbẽ exagi
tando exaſperauerũt antoniũ:ut ẽt in eos quos uinctos tenebat: ſuprema ſupplicia mã
daret. Cap. 29 ❡ Ceſſerat acerbitati ĩſolẽtia:ſed decurſu fere biennii effuderat ſe
Syriæ Parthoꝝ exercitus Pacoro regis filio & Barzaphrane Perſaꝝ ſatrapa barbarum
agmen ductantibus. Quibus ſtimulator acceſſit Liſanias Ptolemæi filius defuncto pa
tre cui cognomentum Menneo fuit:exutus iam ptãte per memoratum ſatrapã ſollicita
uit acorũ ꝓmiſſis mille argenti talentis:& quingentis mulieribus:ut antigono regnũ
daret:Hyrcani ſolueret ſacerdotiũ. Pacorus miniſtro regio partẽ eqtatus dedit : & qm̃
ipſe rebellionibus intra Syriã detinebatur ut ĩ Iudæam tranſiret:atq; ãtigono rem gere
ret:& ſtudiũ eius iuuaret:ſed hoc quoq; parum ꝓceſſerat : niſi cõfligentibus aduerſum
ſe Iudæis Herode ac Faſelo & cõtra antigono ducibus de ſnĩa antigoni ꝓpoſitũ foret:
ut Pacoꝝ cõciliatorem pacis reciperent. Quod faſelus ĩgenii facilitate obnitente Hero
de ꝓbatum in tpe mos ſibi perniciosum expertus cognouit natura barbaros eſſe infide
les:nã miſſus ad Barzaphranẽ quaſi pacis exequutorẽ & cũ Hyrcão ꝓfectus occurrit
ſatrapæ aſtute ſatis uelanti inſidias ſpecie beniguitatis. Deniq; profecturis munera da
bat:& quẽadmodum circunduceret diſpoſitionibus ſuis conſtituebat. Proſequebãtur
eos cuſtodię magis cã ꝗ ſocii periculoꝝ. Deferebant nuntii ꝙ mille talentis Parthus re
demptus foret ad exitium memoratoꝝ: Ofellius quoq; fugã ſuadebat : ꝙ a Saramalla
Syroꝝ ditiſſimo factionem eis paratam cognouerat. Sed nec ſi qdẽ adductus eſt Faſe
lus:relicto Hyrcano ſibi conſulere. ❡ Verũ adorſus eſt ſatrapam grauioribus cõtume
liis ꝙ precio fidem proderet:pluriſq; pecuniã ꝗ ęquitatem duceret: amplius pro ſalute
ſeſe dare:ꝗ Antigonus pro regno ãnumeraret. Sed Perſa fidẽ quam ꝑdiderat piurio cõ
ciliare ſibi niſus:& ſuſpitionem oẽm depellere haud multo poſt dolũ patrauit. Nam eo
profecto ad Pachoꝝ quibus id negocii dederant:Faſelum & Hyrcanum corripiũt exe
crationibus:qñ aliud iam facere nequibãt:ultum iri cupiẽtes barbaroꝝ periuria:& per
fidiam proditionis. Nec minus Nini miniſter miſſus in Iudęam dolis ꝑtenderat ut ca
peret Herodem:ſed illum iam dudum ſuſpectantem inſidias barbaroꝝ: grauis ad cu
randũ cura exercebat:ſeſeq; ĩtra munitiones tenebat. Nec ſimulatis a Pachoro manda
tis:qbus de Faſelo eiuſq; inſolentia fratrum cõueniret muros egredi: & alloquiis hoſtiũ
ſeſe committendũ putauit: Cognitoq; fratrem & Hyrcanum teneri nocte in Idumeam
ſuos præmiſit:atq; ipſe cum ſeruulis inſequentes barbaros fudit. Multiſq; cęſis in Ma
ſadã ſeſe properato contulit:grauiores tñ Parthis expertus Iudęos qui fugienti ĩcubue
rant:& ſuos quidem intra munitiones cõpoſuit:ultus ſeſe de inſequentibus. Ipſe aũt re
lictis ꝑſidiis ꝗ matri & fratribus firmioribus ꝑſidio forent:in arabicã Petrã contendit.
Infudere ſe Perſæ Hieroſolymis:irruẽtes in fugientiũ domos:uerſa oĩa in rapinas bellũ:

qui mihi regnum reddiderat:de ſucceſſore meo pronunciaret. Adiecit beneficiis ſuis ut quod difficile erat prope amiſſos filios patri repreſentaret:fratribꝰ quod ſupra regnum eſt concordiam redderet. Redeo igitur ditior q̄ ꝓfectus ſum:didici eſſe melior pater:qa didicerunt filii mei eſſe meliores liberi ceſaris beneficio. Statuit.n.ut ex meo arbitrio pē deret filioꝝ ſucceſſio:ne ꝓrogatiua ſucceſſionis ſuperbiā gigneret. Ipſe mihi ſucceſſorē darē quē elegiſſem:cū ſcilicet qui meruiſſet:cū qui patrē amplius honorauiſſet. Imitabor ceſarē:ille enim abſoluendo iuniores filios meos ſeniori filio pares fecit. Ita q; ſimul tres liberos hodie reges conſtituo. Illi etas:iſtis nobilitas ad ſtipulatˀ: nec numerus moueat magnitudo regni & pluribus abundat. Arbiter primo ſnīe meę deus: deinde etiā uos accedite:quos ceſar coniunxit: cōſtituit pater, illos honore congruo proſequimini: ut neq; immoderatus neq; infirmus honor ſit. Aliud inflat.aliud exaſperat. Quod cuiq; portionis ſuę meritis ſuppetit impertiatˀ. Nō.n.tm̄ qs delectat eum quē ſupra menſurā honorat:q̄tū lędit cū cui debitū negat. Et plerūq; uterq; eoꝝ offenditur: ubi ꝑlationes adulatio eſt. Sū certe oībus pater. Honor filioꝝ haud dubie patris gratia eſt. Si tn̄ ſupra modum qs liberos meos excolat reus eſt:mihi ēt pro liberis meis qbus auctor ꝓlapſionis ē. Nimius.n.cultus audacię ſumptus ē. Nūqd inuideo liberis meis? Abſit:ſed malo eos minus cū gratia poſſe q̄ plurimū cū ſeditione. Quod.n.ſuperbię uel rapinę eſt cito labitur. Quod gratię diu tenetˀ. Vnde curę erit mihi ut ſpōſores concordię adiungā liberis meis parentes amicoſq;:quoꝝ hortatu mutuę dilectionis affectū induant. Nā cum oīs ſermo malus facile mentē audiētis inficiat:tum maxime aſſidua colloquia & diuturnus uſus peſtē aīs infundere ſoleāt:quę cōtagio quodāmodo in mores cohabitātiū cito tranſit:& ſi tranquillitas moꝝ ſit:tn̄ ut ſtagnum mite licet uentis exagitantibus aſſurgere moeſtus ualet:ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Arbitror itaq; ꝙ i me unuſquiſq; ſpem ſui potiſſimā debet recōdere:non enim qd accedit liberis meis mihi deperit. Plꝰ unuſquiſq; tribunoꝝ uel militū reuereri debet patrē imperatoꝝ: Ego ſum ego ſum q mercedē uniuerſis rependā:pro his ēt quę filiis meis detuleritis. Si recta aduertero ſtudia factis remunerabor:maliuolentia precium referet ſuum: ut apud eum quoq; quē putauerit adulādū fructu excidat. ¶Vos āt bōi filii cōſiderate primū naturę religionē: cuius gratia & beſtias ligat:quę ēt feras cogit in amorē neceſſitudinis: manet inter indomitas pecudes mutuus amor: & periculis propriis redimūt ſuos beluę. Reueremini etiam Ceſarē:qui nos ex inimicis amicos fecerit. Tertio me ipſum q rogare malo cum poſſim iubere:manete fratres:nolite exuere qd generati eſtis. Do uobis ueſtē: & cultū imperialem:ſed ꝑcioſius eſt quod ſuadeo ueſtri amoris intemeratū ſignaculū. Si pietas maneat:regnū delectat. Si deſit gratia:uile imperiū eſt:& plerunq; noxium. Ergo dum uos experiar habebitis interim nō regnū:ſed regni honorē. Si patrem dilexeritis:ius ſequetur.mei tn̄ amorē in uobis probate oībus quibus delectare regnū ſolet: ut principes potiemini. Onera imperii:& moles negociorū me ſolū:& ſi nolim manebunt. Et ideo uobis ꝓdeſt mea uelle:qa ego quę ueſtra ſunt:& uolo:& mea arbitror. His dictis oſculatus eſt filios:ut eos uno oſculo charitatis inuicē ſibi necteret. Quo facto conuentū dimiſit. Cap.40. ¶Diſceſſere plęriq; lęti:qbꝰ placebat cōcordia germāitatis:ſed cū fr̄ibus reuertit diſſenſio:eoq; grauior quo dignitas potior:cui amplius ſuideretˀ:& nocēdi ſuppeteret maior poteſtas. Dolebāt filii mariānes ęquatū ſibi priuatę filiū mulieris: quę regni neſciret proſapiā. Contra Antipater diſtinctā ſibi ac fratribus regni ſpem dedignabatur:& inuidebat germanis qbꝰ poſteriora pro primis uix reſeruarentˀ. Sed hic ſeſe tegebat:& uelabat odiū ꝑtendens gratiā:illis conſiliū oē in ſermone obuium ēt nō quęrētibꝰ. Promptior lingua:& ſecretoꝝ prodiga:quicqd locuti forēt apud Alexādrū

continuo apud Antipatrũ erat:multa ẽt quę non dixerant ſimulabant᷑. Plęraq; itemũ
eius cum icremento adiiciebat. Architectus omniũ q̃bus appeterent᷑ fratres Antipater
erat:cui⁹ uita nihil aliud erat:niſi quoddã uerſutiaꝝ conciliabulũ: ſcęna improbitatis:
argumentũ ſceleꝝ:flagitiorũ miniſteriũ. Subiiciebat iudices:ſubornabat teſtes:ſimula
bat defenſionẽ:quaſi in theatro pſonam patris circũſerẽs: ut leuiora excuteret obiecta:
grauioribus cederet:quo magis patrem falleret:& uehementius in fratres moueret:ma
ximeq; acerbabat arte inuidiam paternæ necis patratæ:ut regnũ eriperet᷑:quia regibus
metu periculi ſuſpectior:ſed ne ſine repulſore min⁹ ueriſimilia regi uiderent᷑:ipſe primo
tentabat refellere:dein conſtringi ſe maniſeſtis reꝝ indiciis uolebat uideri: ut perorata
utriuq; cã:quaſi nihil iudicio defuiſſet amplius:pater tanq̃ in conuictos filios excitaret᷑:
nulla .n. res maiorẽ fidẽ aſſertis dabat: q̃ ꝙ Antipater fratrũ defenſor æſtimabat᷑. Hac
fraude plurimoꝝ captabat gratiã:ipſius quoq; patris in ſe mentẽ inclinabat. Quicquid
quotidie fratribus minuebat᷑:de affectu paterno in ipſum transſfundebat᷑. Abducebat
amicos regios:parẽteſq;:& p̃cipue fratrem regis germanũ Ferorã:& Salomen eius ſoro
rẽ alienos a nepotibus fecerat:ut non modo eos non defenderent:ſed ẽt appeterẽt:atq;
odiſſent. Accedebat odioꝝ materia uxor Alexandri Glaphira: quæ muliebriter ſatis p̃
ſentium inſolens extollere ſeſe occeperat faſtu ſuperbo: eo ꝙ oĩbus p̃mineret proſapiæ
claritudine. Itaq; quaſi dominã ſe oĩbus qui in aula erant regia p̃ferebat: patrẽ auumq;
reges ſibi:& p̃cipue Darium Hydaſpem materni generis apicẽ ſolita iactare:contume
liiſq; ignobilitatis afficere Salomen regis ſororẽ:uel Doſidẽ coniugẽ:ꝙ illis dolori: ſibi
odio foret. Cæteras quoq; fœminas ſimiliter exaſperare:quæ regi pp decorẽ magis:q̃ p
pter nobilitatẽ generis copulabant᷑. Plurimis enim Herodes pręter regiũ morẽ: ẽt Iu-
dæoꝝ uſu quaſi quadã erroris licentia delectabatur:qui figuras maioꝝ uitiis ſuis obten
tui ducunt. ¶ Grauabatur ergo Alexãder mulieris inſolentia: Ariſtobolus quoq; hiſdẽ
quibus Glaphira ſermonibus uxorẽ inceſſebat:deiecti illã ſtatus nec cõferẽdã regiæ p-
li:imparẽ Glaphiræ ſibiq; eſſe opprobrio:ꝙ frater regalis generis cõiugio potiret᷑:ipſe
priuatæ uxoris cõtubernio degeneraſſet:demens qui cõturbaret cõuitio ꝓprias neceſſi
tudines. Quibus perſtricta cõtumeliis uxor Ariſtoboli:ad matrẽ oĩa cum lachrymis p
ferebat. Salome aũt cõperta per filiã regi Herodi annũciabat. at ille monere filios:q̃ p-
dere cõmodius ratus:uocatos partim imperatorie terruit:partim affectu paterno horta
tus eſt:ut fratrẽ amarẽt:neue ut hoſtes diſſiderent:ueniã tribuens ſuperioribus:denun-
cians correctionẽ futuris. at illi cõpoſiti ſeſe inſimulatiõibus peti pluribus deplorantes:
orare ſimul & polliceri operibus ipſis in reliquũ ꝓpriæ fidem defenſioni daturos:tantũ
modo factũ expectaret:nec temere auditis crederet:non enim defuturos delatores ipro
bos:q̃ diu auditor credulus ſuppeditaret. His & talibus emollito patre: q̃uis eo tpe imi
nentẽ depulerint metum: mœſtitiã tñ coacerbarunt: ꝙ urgeri ſeſe a Ferora & Salome
uidebant:quoꝝ alter patruus:altera ſoror patris:q̃bus defenſioni eſſe debuerant: iſidia
bant᷑. Accedebat enim formido grauis: ꝙ plurimũ poterant apud fratrẽ. Nã excepto
diademate ꝓpe uniuerſam regni potẽtiam cum fratre ſuo Herodes participauerat:nec
mediocres utriq; cõtulerat opes:& maxime Feroræ. Deniq; his annua talenta centũ re
cõdebat:pręter eam regionẽ quę ultra Eufratẽ ſita reddituũ copias multiplicabat. Te
trarches quoq; petitu Herodis a Cęſare fuerat cõſtitutus: donatus ẽt regalis coniugis
neceſſitudine:quia ſorore regię cõiugis i cõnubii ſui ſortẽ aſciuerat. Poſt cuius obitũ de
ſponſata ſibi ſeniore regis filia:in gratia ſucceſſerat generi: niſi amore captus ancillulæ
regalis puellę copulã declinauiſſet. Qua exaſperatus Herodes contumelia: ei filiã tra-
didit:q poſtea Parthico bello occidit. Inſimulatũ tñ apud ſe Ferorã:ꝙ ueneris appetiſ-

ſet fratris ſalutẽ. Qua ſuſpitione ne uiuẽte q̃dẽ caruerat uxore plurimoꝝ primo: & ad
poſtremũ amicoꝝ eius queſtione exercita: uacuũ eius cuius arguebat facinoris iuentũ
uolens abſoluit: dans ẽt fuge ueniã: ꝙ rapta quã diligebat ancilla: diſpoſitionis iuite: ut
ad Parthos cõfugeret: familiariũ ſuoꝝ cõfeſſionibus modũ detegebat. Reſpirauerat ali
quantulũ Alexãder: dũ Feroras inceſſit: & ipſe inceſſit Salomẽ: ꝙ ſpopõdiſſet nuptias
ſuas Obede Silleo: q erat regis Arabiæ ꝓcurator Herodi inimiciſſimus. Sed remiſſo
utriq; crimine: tempeſtas domus in Alexandrũ incubuit: atq; ipſum graui periculo ſuo
luit: furebat enim ſæua peſtis: & procella totius aule Antipater. Oibuſq; modis & con
centu ẽt propinquoꝝ ingrauans fratrem: ita ut turbato mentis ſobriẽ ſtatu: inſtare ſibi
alexandrũ cum gladio pater magnis uocibus proteſtaret. ❡ Venerat in medium ſcena
hmõi: ꝙ Eunuchos tres: quoꝝ unus pocula regi miniſtrare ſolitus foret: ali9 fercula cœ
ne inferre: tertius torũ obſeruare regium: nec uſq̃ diſcedere: cũ ſe Herodes lectulo cõpo
ſuiſſet: donis uberioribus illexiſſet Alexander: ad ſui gratiã: & turpis flagitii ſocietatẽ.
Quo prodito ſuppliciis adacti ſpadões: obſcene ludibria libidinis manifeſtarunt: pro-
miſſa ẽt amatoria tegere nequeuntes: quibus ſermonibus ſollicitati forẽt: & qua ſtupri
mercede retexuerunt: ut inuolutum dedecore parricidiũ crederet: ineſſe ſibi iuuente gra
tiã: forme decorẽ: robur etatis: contra inualidũ Herodem: & iam ſenecta grauẽ: q capil
lum inficeret: ne etatẽ proderet: a quo cum uellet regnandi ius in ſe transfunderet: ꝑmia
q; polliceri ingentia: & ideo eos in iuuene ſpem ſuam conſtituere oportere: non in decre
pito ſene: cui ipſa natura finem acceleraret. Que grauiter q̃dẽ Herodem mouebãt: ſed
illud pre ceteris ꝙ conſpirare ei militarem manum: ducéſq; exercitus: & cẽturiones ſpa
donum indicio cõpertũ haberet: deniq; ita exagitatus eſt: ut nullum ſeuitie genus pre
termittendũ putaret: nulli crederet: oẽs ſuſpectos haberet. Velociores erant poene: q̃ in
terrogationes flagitioꝝ: & iudiciũ ꝑueniebat reoꝝ exitus. Rapiebantur paſſim ad ſup
plicium: quos aliqua inceſſebat ſuſpitio. Feruebãt calũnie: multi uolẽtes regi placere:
deferebãt reos: ſed illico etiã ipſi qui alios detulerãt deferebant: & cum reis ſuis ducebã
tur ad locum poenæ. Ita efferauerat Herodes in uniuerſos: ut ſi aliquis ſupereſſet ſuſpe-
ctus foret. Aliter rex non putans ſe eſſe ſecurum niſi deficeret genus humanũ. Inſimula
tis irreconciliabilis: amicis icredulus: familiaribus ſuperbus: imitis reis: pauidus ad oĩa:
ut crebro ſedes mutaret: noctes ſine ſomno duceret. Quis oibus exaſperat9 repẽte Ale
xandrũ alligatũ uinculis ſepſit cuſtodiis: & amicos eius in queſtiones uocauit. Qui ne-
gabant: inter ſupplicia moriebant. Ruſus tacẽtes: quia nihil quod eſſet ſuſpitionibus
conſentaneũ confitebant: uſq; ad mortẽ ſupremã exulcerati: tñ aliqui ui tormentoꝝ: &
poenaꝝ uicti acerbitate: ꝓpoſitũ adoleſcẽtibus aſſerebant: ut uenationi intentũ occide
rent patrẽ: & ad urbẽ Romã ſine mora pergerent: ut effugii poena eluderet. Quod &
ſi nullo argumẽto fulciebat: tñ ad ſolatiũ ſtudii ferocis deriuabat pater: uolens uinculo
rũ filii cãs iuſtas habere. ❡ Conſiderans itaq; Alexander obſeratas aures patris ad oẽm
ſui defenſionẽ: nec ullo modo rem poſſe deduci: ut de innocentia ſua praſumeret: q tan
tis calumniaꝝ molibus appeteret: ſimili arte nequiſſimis delatoribus occurendum pu
tauit: ut fraudulentos & calumnie machinatores dolis circũuenirer: atq; in calumniam
reos uocaret: quoꝝ ſe calumniis urgeri credidit. Scripſit igit quattuor libellos: q̃bus cõ
mentũ ſceleris quo paternã ſalutẽ appetierit confiteret: & inſidiarũ hmõi conſcios ple
roſq; eoꝝ a q̃bus ipſe poſceret expoſuit: atq; hiſdem inſcripſit libris: ꝑcipue Feroram &
Salomen: ꝙ ea quoq; intempeſta nocte inrupto adoleſcentis in quo habitaret cubicu-
lo: illexerit inuitum: & reluctanti extorſerit: ut inceſtũ patraret. Transmiſit ad regẽ libel
los: uelut idices flagitioꝝ ſuoꝝ: quibus potẽtiſſimos quoſq; inuoluerat regis cõites atq;

amicos.❡ Eo tpe Archelaus in Iudęam properato aduenit:ut ſi quid poſſet genero æ
filiæ opis auxiliiq; ferret. Sed ꝓuidens iufeſtiſſimū apud patrē obſtructos ſibi aditus le-
gitimæ defenſiōis arte cōmotionē eius repreſſit. Nam ſimul ut aulā ingreſſus regiā eſt:
magna uoce cū iam audiretur:& uideretur ab Herode:uelut furens animi uociferari cœ
pit:uiuit ne adhuc ille ueneficus gener meus:& carpit hanc lucē:ubi quæſo eſt? Vbi par
ricidale illud repiā caput:ut manibus carpā meis. Parricidio perire debet:q parricidiū
uoluit implere. Quid facturus eſt ſocero qui nō pepercit patri? Quis demonſtrabit eū?
Euiſcerabo primū ſceleſtū:adiiciā filiam bono ſponſo:& ſi ſceleris nō fuit conſcia:nō eſt
tn̄ aliena contagii:quę parricidæ cōiugio potiebatur. Nō agnoſco filiā meā: quæ artes
nō dep̄hendit mariti:quæ ſe nō talē exhibuit ſocero nurū:ut ſubiectū filiū patri redde-
ret. Ego illā nō ad ſceleris miniſteriū iunxi:ſed ad cōſortiū matrimonii:ut cohęredē gra
tię p̄ſtarent:nō criminis adiutricē. Te miror Herodes ſi adhuc uiuit Alexander ille inſi
diator patris. Putabā iuſtas illū iam pœnas dediſſe:quē differri nō oportebat. Quid.n.
diutius ſeruat° cōfeſſor animi parricidalis? Sed fortaſſe hoc quoq; diuinę fuerit ꝓuiden
tiæ:ut amboꝝ parentū iudicio cōdēnaretur:qui in te lęſit utriuſq; pietatē. Nō me nega
bo ultorē:qui me ultionis exactę p̄dicatorē parabā. Sed nec filiā excipio:quā infauſtis
nuptiis ipſe deſpondi:te ſponſorē ſecutus:nō enim ego illā mariti moribus:ſed fidei tuæ
tradidi. Reddat cās q uadem ſuū diſſimulauit:maritū ſuū dilexit. De utroq; nūc uobis
iudiciū eſt:ſi firmus executor tanti doloris es:accingere pater:ſequeſtra pietatē:non op
tandū quidē officium patribus:ſed nō diſſimulandū. Si te pietas mollit:iflectit natura:
mutemus uices:ut ego in tuo filio:tu ī meo pignore miniſterii mutui ſimus executores.
Huiuſmodi orationē circūfremēs tranſduxit Herodē:atq; a furore animi paulatim itē
tionē eius emolliuit:ut quaſi cōpatienti:atq; unanimo ſeſe crederet:& daret ei libellos le
gendos:quos Alexander cōpoſuerat. At ille ſingula quæq; aduertens:ubi intellexit ma
gis dolore congeſta:q̄ fide nixa:ꝓfundo conſilio minuere paulatim inuidiā tentamen
ti parricidalis:atq; obiectorū cauſas in eos qui deſcripti fuerant:& maxime in Ferorā
cœpit tranſfundere. Itaq; ubi aduertit regē a ſua ſniā non abhorrere: cōſiderādū inquit
ne forte adoleſcens magis tantoꝝ improboꝝ inſidiis appetitus apud te ſit:q̄ tu ab ado
leſcēte. Quid enim cāæ erat ut tuā appeteret uitā cui regni honorē cōceſſeras:regnandi
ius reſeruabas:& ſpem ſucceſſionis? Quid expeteret quod hēbat? aut qnēadmodū tan
tis muneribus ingratus foret? Quid ue aliud ageret in tua nece niſi ut ſuū affectaret pe
riculū? quod te uiuo metuere nō poſſet:defuncto timeret? ab his utiq; a qbus ēt ſub pa
tre poſitus ꝓprię ſalutis excidium p̄horreſceret. Patet iſta ætas fallaciæ:facile decipitur.
& fraudulentoꝝ inſidiis circūuenitur:uix reſiſtit dolis ætas ſenilis:plerunq; tn̄ ſenū pru
dentia circūſcribentiū uerſutis inſidiis irretitur. Ergo ſi maturior uſus ſæpe labefactat°
eſt:quid mirū ſi ętas īmaturior adeſſe non potuit ſibi? cum inſidiantiū cateruis purgere
tur? Illos igitur ꝑturbatores regiæ domus eſſe:illos incitatores adoleſcētiū:ſeminatores
diſcordiarū:qui in deſperationē ſalutis deduxerunt adoleſcentē:ut ſtomacho magis in-
dulſerit:& ultioni potius q̄ abſolutioni intēdit. Quibus paulatim inflecti Herodes cœ
perat:& mollire indignationē circa Alexandrū. At uero in Ferorā cōmoueri uehemen-
tius:q illis quattuor libellis ipſe omniū flagitioꝝ miniſter:& totius ſcænę architectus
exponebatur. Qui uidens regē Archelao mentē īclinauiſſe ſuā:atq; in eum prę cęteris
ꝑponderare gratiā iterioris amicitię:ad ipſum ſe cōtulit:obſecrans ut aīum ſibi regis cō
ciliatū redderet. Verū ille innexū plurimis ſcelerū uinculis qbus euidēter regi paraſſe in
ſidias cōuinceret:atq; appetiſſe adoleſcentē:nullū habere ueniæ locū aiebat:niſi depoſi
ta inficiādi uerſutia:quę obiecta ſibi fuerant:cōfiteri germano ſui amanti:atq; ab eodē

poſcere ſibi indulgentiā nō dubitauiſſet:Huiuſmodi ſeſe actioni qbus poſſet ſtudiis nō
defuturū.Mutata itaq; ueſte:ſuffuſus lachrymis:ſpecie miſerabili fratris inhærens ueſti
giis:orare ueniā:improbitē fateri:oia de quibus argueretur nō abnuere:ſed recognoſce
re dementiā ſibi cām fuiſſe tantę ꝓlapſiōis:ꝗ nimius in eo furor amore ſibi dilectę mu
lieris exæſtuaſſet.Statuto itaq; Ferora ſuorū flagitioꝝ accerſitore pariter ac teſte: tanq̄
ꝓ mercede cōpoſiti quod in uſus ſuos caderet augumēti:Herodē Archelaus deprecaba
tur:ut naturę cōtēplatione molliret iram:fratriq; ignoſceret:ſupra uindictā cōſtituens
ius naturæ.Nec mirum ſi ī maximis regnis tanq̄ in magnis corporibus ſæpe aliqua ps
ferueat:quæ nō incidēda:ſed mollioribus ſit curanda medicamentis. Sibi quoq; multo
grauiores cōpoſitas a germano īſidias:ſed remiſiſſe ſe neceſſitudini quod debebať dolo
ri:ut quo magis pœnā leuaret ingrati:eo amplius cām grauaret. ¶Cū hæc atq; hmōi
alia ſubtexeret:mitigauit quidē Herodē:ut germano remitteret:ſed ipſe tanq̄ inexorabi
lis genero manebat.Deniq; minitabatur:ꝗ diuelleret ab eo filiam:tantiſq; infremebat
indignationis ſuæ motibus:ut ipſe Herodes ſatis expiatū filii aduerſum ſe facinus arbi
traretť:ultoreq; ſuaꝝ iniuriaꝝ rogaret:atq; ipē ꝓ reo ſuo apud ſocerū iteruenire:quo de
integro renouaret nuptias. Perſeuerabat Archelaus cui uellet Herodes alii nurum ſuā
iungeret:pter Alexandrū:cuius cā ēt uxor traduceretur:atq; ea arte multo amplius ipel
lebat Herodē:ut ille ſibi filiū redditū putaret:ſi cōiugiū eius nō ſolueretť.Quod ille uxo
rē impenſe diligeret:ex qua etiā filios ſuſcepiſſet:dulces auo:gratos parētibus:hoc mu
nus reſtituti ſibi filii fore:qa nō mediocri ex parte bona uxor uiri ſui reprimeret errores:
aut cōpenſaret officiis inuidiam flagitioꝝ.Quæ ſi ab eo diuelleretť:nullum remediū ui
ro futurū quin pceps in omne rueret nefas.Molliores enim fieri ſolere ſcelerū pſumptio
nes:quę domeſticis affectibus reuocarentur.Vix tandē Archelaus inflexus recōciliatur
ipſe genero:atq; eidē recōiciliat patrē. Hoc cōſilio eripuit generꝝ neci:ut pro mercede ac
ciperet eius abſolutionē:dum cōdēnare ſe potius ſimulat:q̄ interuenire.Pro quo ſi inter
cedendū putaſſet:haud dubie nihil impetrauiſſet.Addidit ēt oportere eū Romā perge
re:purgatū ab his quæ in eo pater ſuſpectauerat:quoniā oia ipſe ſcripſit Cæſari. Quod
æque cōpoſitum reor:ut hoc genere Alexander cū ſe purgaſſet:Cæſari cōmendaretur:
atq; Antipatri paratæ fratribus inſidię pateſcerent. Cap.xli. ¶Hoc cōſilio ſolu
ta factio & conuerſio facta in lętitiā:inſtaurať conuiuiū mite indiciū recōciliationis:cu
ius auctori Archelao ſeptuagita talenta:& ſedile aureū gēmis īſignitū:electi quoq; eu
nuchi regali cōferuntur magnificētia:& cōcubina(cui Pānuchis nomē erat)dono dať
atq; accipiť.Similiter & ꝓpinqui monitu regis clariſſimis donis Archelaū munerraban
tur: nec quiſq̄ familiariū eius exors muneris fuit:quibus omnibus Herodes pro uniuſcu
iuſq; meritis plurima impertiebat.Proſecutus eſt ēt eū potentibus ſuis uſq; ad urbē Sy
riæ ſplendidiſſimā Antiochiā noīe in regnū ſuū regredientē . Euaſerat alexander niſi ſe
īmerſiſſet in Iudęā uir archelai artibus longe exercitatior: Lacon genere:Euricles noīe:
nimis cupidus opū:ęrariiq; ꝓ negocio contēptor:ubi maiora potiundi ſpes refulgebat.
Deniq; nō contentus Laconicis facultatibus: in effuſiones regias aīum intenderat: ue-
nandiq; artifex Herodē opimis adortus muneribus:remunerationi ampliſſimę locū pa
rauit.lōgeq; uberiora q̄ obtulerat adeptus:tn̄ non ſatiabať niſi cruentis atq; ipiis factio
nibus gratiā ſibi regis emercaretť. Itaq; more quodā uſuq; Græcis familiari regē adulā
do pdicandiſq; oibus:eius nō ſolū quę laudis aliena:ſed ēt inuoluta uitiis forent: in inti-
mā eius amicitiam breui peruenit:ut inter primos ſecretoꝝ arbitros eligeretť : aſtipulante
ēt patrię progatiua:ꝗ Spartiatas Iudæi cognato ſibi genere copularos pro fratribus ha
bent.¶Is Vbi regiæ domus uitia cognouit:ſuſpectū aīum patris:fratrūq; inter ſe odia:

nouis artibus carũ ſe oĩbus ſimulans:quaſi fidus ſingulis habebat̃: ſed pro ingenio re-
gis aut munerũ merito ſua ſtudia formabat:ut adiunctior eſſet archelao: alexandrũ do
lis atq; inſidiis circũueniret:familiari ſpecie utrunq; exaſperans: illum praerogatiua ęta
tis regno debitũ:iſtum materni generis prędítũ nobilitate iure ſuperiorẽ: neq; cũ uiliſſi
mę corruptelę piguore ęquale illi conſortiũ.Quibus captus Alexãder:utpote adoleſcẽ
tior qui delectaretur his ꝗ dicerẽtur ſibi nõ perpẽderet illa quę rurſus de ſe apud Arche
laũ cõponerentur:effudit ſeſe mercenario Archelai & ꝓditori ſuo:aperuitq; mentẽ lubri
co ĩgenio:affectuq; incauto:patrẽ ſibi auctorẽ malorũ cõquerẽs qui matrẽ eripuerit:re
gnũ decolorauerit:ꝙ ſibi ab auo:ueteriſq; ꝓſapiae inſulis debitũ cupiat auertere:frauda
ti legitimos iure ſucceſſiõis ꝑferri ſpuriũ ſtupri mercede:ſed nõ quietura iudicia dei:ut q
uxorẽ ĩnocentẽ necauerat:nõ etiã ipſe ꝓpere parato per coniugẽ ĩperio defraudaretur.
Quę ſine mora Lacon ad Archelaũ deferebat:circũuento ẽt Ariſtobolo:ut eiuſdẽ que
rimonię laqueis ĩnecteret̃:& ꝑcio coaceruata regi ĩſinuabat:dicens ſilẽtio ſe premere ne
quiuiſſe tam ĩmane facinus:& ꝓ hoſpitii munere gratiã ſe lucis repſentare:quã ereptũ
ire filii pergerent:quos niſi ipſe ſimulatione cõſilii fidelioris reuocauiſſet:& iãdudũ Ale
xandri gladio interfectũ patrẽ:regnũq; ĩdignis hęredibus uacue factũq; Alexãdro reli
gioni eſſe patricidalem atrocitatẽ:qui maximi ſceleris loco duceret ꝙ adhuc aui matriſ
q; necẽ inultam haberet. Conueniri ſe ac perurgeri perẽptoꝝ querelis:ut tam atrox fla
gitium ulciſceretur.Deberi ſibi ĩferias interfectoꝝ exigi:ſucceſſionem eorum non opor
tere cõtaminari:ut ab eo qui maiores eorum occiderat:regnum adipiſceretur:renouatu
rũ ſe iudicia Cęſaris nõ ſimili ut ante reuerentia:ſed ut Cęſar ipſe cognoſceret omnia ſe
creta regis:quęſitas ſanguine opes:prouinciam labefactatam:repetiturum ſe ab inferis
auum:matriſq; acerbiſſimam necem demonſtraturum:ut ſucceſſor alienus in regnum
regium ſubrogaretur. ¶ Excitauerat regem Euricles:Archelaus tamen parui ęſtimans
unius ſuggeſtionem:alios quoq; accuſatores fratribus ſubornabat:qui dicerẽt cum du
cibus quondã equeſtris exercitus Iocundo & Tyrãno ſermonem initum compoſitas re
gi inſidias dolore deceſſiõis:in ceruicibus periculũ:niſi mature caueret. Deniq; nõ diſtu
lit Herodes:illicoq; raptos ſeuere interrogat:ſed nihil illi de qbus arguebant̃ confeſſi re
periunt̃. Et quia ĩpune tã grauia ſimulabant̃ apud eum qui criminũ ſe uindicẽ profite-
ret̃:& negligentẽ calumniaꝝ nõ deerãt qui hmõi inſidias machinarent̃: quas acceptio
res fore patri crederent.Nã & epiſtola prolata eſt quaſi ad caſtelli ꝑpoſitũ ab Alexan-
dro.& Ariſtobolo data:ut occiſo rege confugiendi ſibi poteſtatẽ faceret:donec ſe armis
aduerſum ſe inſectantes munirent:cęteriſq; ſubſidiis defenſionẽ pararent. Excruciat̃ ca
ſtelli ꝑpoſitus:& nihil fatet̃.Nihilominus tñ haud ullis affectati ſceleris indiciis extan-
tibus:quaſi rei Alexander:& Ariſtobolus dant̃ cuſtodię.Euricles qnquaginta donatus
talẽtis auctor ſalutis ac uitę habet̃.Dignũ ẽ nec eũ ſilere q Euricli tpe i Iudaęm traſmiſ
ſerat fidiſſimus amicoꝝ Alexandri:quẽ rex quaſi conſciũ tentamentoꝝ eius interrogan
dũ putauit:utrũ nã uero congruerẽt quae Spartiates de adoleſcentibus intimauiſſet.Ve
rũ ille nihil ſe de illis qcq̃ eiuſmodi cognouiſſe ſacramento interpoſito fidẽ fecit:ſed ado
leſcentibus nihil ꝓfuit.A ſe quęſtionẽ depulit:ne minueret delationis inuidiã:& euacua
ret Euricli fraudulentiã:ſi ſeuerus interrogatus negaret.Quaſi indignus igitur cui crede
ret̃ ab Herode excludit̃.Bonus enim pater accuſari filios libenter audiebat:nõ ſinebat
defendi.Delectabat̃ cum apperterent̃:offendebat̃ ſi purgarent̃. Deniq; Spartiates di-
tatus regalibus praemiis:ubi tñ Achaiam attigit:calũniarũ preciũ luit. ¶ Salome cum
purgare ſeſe negret ꝙ Sileo Arabi pepigiſſet nuptias:ubi generi ſecretũ prodidit; monẽ
tis ut conſuleret ſibi quo fratris cõmotionẽ euaderet:eo ꝙ ſpe futurae cõiunctionis conſi

ſia regis Arabis annũciare ſuſpecta arceſſeretur: delicti grãm meruit: & oẽm ſęuitiæ re-
galis in adoleſcẽtes ꝓcellã intorſit: quo ultimo atq; ineuitabili naufragio demerſi pœ-
nas dederũt. Vinciunť itaq;: & qđ illis erat durius uinculis: a ſe fratres ſeperanť: miſſiq;
Volũnio militiæ magiſtro: atq; Olympio ex amicis regis uiro ar guunť apud Cæſarẽ.
at ille offenſus: licet qa filiorꝫ ſupplicia pater poſceret: negandũ tñ patri nõ arbitratus
poteſtatẽ in liberos ſuos dedit licentia: ſed conſiliũ adiunxit: aſſerens melius conſulturꝫ:
ſi ꝓximorꝫ reges: eorũq; qui præeſſent ꝓuinciis conciliũ congregaret: & iudicio cõi pro-
cederet interrogatio: utrũ nã aliquę patri inſidię paratæ a filiis forent. Et ſi cõuincerẽtur
intentati parricidii ferirentur. Si uero fugę aut leuiorꝫ arguerẽtur: eſſet uindicta modera-
tior. Hac permiſſa ſibi Herodes parricidii poteſtate: & iudicii conditione: & iã modera-
tionis ãmonitus: ad urbẽ illico Beriton ꝓperat: quã iudicio celebrando Cæſar p̃ſcripſe-
rat. Cõueniunt præſules ꝓuinciarũ ſecundũ ſcripta ad ſe data a principe Romano Cæ-
ſare: Saturninus legatiq; cõſidunt: inter quos & ꝓcurator Volumnius. Deinde cognati
amiciq; regis. Salome ẽt & Ferora: & Syriæ primores. Archelaꝰ ſolus excipiť rex Cap-
padociæ ſuſpectæ in generꝫ: arceſſitus gratię cũ accuſatores adoleſcentiũ inſidiatoreſq;
iudicio rep̃ſentarent. Sed quæ iudicii ſpecies ubi rei adeſſe ſibi nõ permittebanť: & ab-
ſentes accuſabanť? Aduertebat.n. Herodes: qm̃ ſi tm̃modo uiderenť abſoluerenť: pro
na hoĩum conditione ad miſericordiã: maxime ubi naturalis eſſet gratię p̃rogatiua. De-
inde ſi ulla copia defenſionis Alexandro permitteretur: q obiecta facile diſſolueret.
¶ Itaq; relegatis illis in uicũ Sidoniorꝫ quaſi in p̃ſentes accuſatio dirigebať. Obiicebã-
tur a patre inſidiæ ſibi paratę: nulla ꝓbatio deferebatur: nulla indicia tentamentorꝫ: hæ-
rebat accuſator quẽ nullus redarguebat. Deſtitutus undiq; congregabat i inuidiã contu-
meliarꝫ: iniuriarꝫ genera quę grauiora morte ab his q conſiderant ęſtimarenť. Sed ne-
mo diſcutiebat: nemo examinare audebat: qđ a patre arguebatur: a rege imperabatur.
Pręiudicabat pietatis ſpecies: terrebat ius poteſtatis: interrogabat ſententias ſecurus ui-
ctoriæ: neſcius q in eiuſmodi iudicio ærũnoſior eſſet qui uinceret: q̃ illi q tam acerbe ad-
dicerẽtur. Saturninus condẽnat adoleſcentes: qa aliud nõ licebat. Sed moderatur ſenten-
tiam: cauendũ aſſerens ne perẽptis duobus ex tribus fratribus: tertio fratri aſcriberetur
mors duorꝫ. Timide qdem: ſed cãm locutus eſt q ille eſſet fratribus auctor periculi. Se-
cuti ſunt eũ pauci ex pluribus. Volũnius aũt murmurat: & poſt eũ oẽs uiolentiã regis
tali auctore penſantes mortis ſniam: diuerſo qdem affectu: ſed pari ſorte expromunt: q-
bus hoc aut adulatio extorſerat: aut odiũ infuderat: ut aut regis affectaretur gratia: aut
parricidæ crudelitatis grauiore pœna afficeretur: q in uictoria ſua tam amarũ de ſe triũ-
phum reportauiſſet. Nemo tñ quaſi factũ horruit: & quaſi cõmotus pronunciauit. Sæ-
uæ etenim ſpecies erat: nõ iudicii diſciplina condẽnare abſentes: condẽnare ſine teſte: ſi-
ne indice: ſolo naturæ priuilegio: qđ ad ſalutẽ magis q̃ ad piculũ deriuari ſoleret. Stupe-
bat oĩs Syria atq; oĩs iudæa: & attonitis mentibus tantę tragœdię finis expectabatur.
Quãuis enim nota eſſet herodis crudelitas: nemo tñ credere poterat q uſq; ad parricidiũ
p̃ſeueraret. At in illo efferã uis animi nec mari: nec terra cohibebať. Itaq; tanq̃ uſu triũ-
phantiũ: ut per diuerſa filios traheret: Tyrũ urbẽ inclytã petit: inde in Cæſareã tranſmi-
tit nauigio ſpectaculũ miſerũ parricidii circũferens: donec color ullus acerbiſſimæ necis
filiis inueniretur. Mouebatur oĩs exercitus: ſed metu indignationẽ premebant. ¶ Erat in
exercitu regio ueteris militiæ uir Tyro noĩe: filiũ habens coniunctũ Alexandro: indul-
gentiſſimus pater: atq; ob ea pignori charus: qm̃ popularis quędã pietatis eſt gratia: &
maxima in ſuos lex dilectionis. Circa adoleſcentes quoq; filios regis ſtudio ꝓpenſior: q
ab his ſuus filius diligereť. Qui ſupra modũ concepta indignatione: turbatus animi uo-

ciſerari cœpit:opprimi iuſtitiã:ueritatẽ excludi:aboleri religionẽ:cõfundi iura neceſſitu dinũ:naturæ gratia ſupfluere iniquitates. Ad poſtremũ in os ipſius regis progrediẽs in gerebat miſeꝝ eẽ illum:q aduerſum filios ſuos credẽdũ improbiſſimis arbitraret᷑:Fero rã & Salonien cõſilii arbitros legi. Quã fidẽ ab his referri poſſe: q ſe condẽnatos capi tis a rege frequẽtiſſime recognoſcebant:aut qd eos aliud agere:niſi conſulere uindictę: ut deſtitutus idoneis ſucceſſoribus ad unum inclinaret cęteris ĩfirmiorẽ᷑ Qui facile ſub duceretur ꝙ ipſe regius exercitus odio perſecuturus eſſet eum : cui mors ſoluta eſſet fra trum duoꝝ. Neminem eſſe quẽ non innoxię ętatis tãgeret miſericordia. Plęroſq; autẽ ducũ indignationẽ ſuã non iã ꝑmere ſed diuulgare. Quorum uocabula locutus : finem dicẽdi fecit. Quibus illico cũ Tyrone correptis Tryſon ex miniſteriis aulę regię cui ton dendi ars ęque ſuppeditaret:ſub quadã animi uanitate indiciũ ſui facit:compoſitũ a Ty rone afferẽs:ſibiq; ꝑſuaſum:ut cũ ex more barbã Herodi raderet:nouaculã gutturi eius imprimeret:quo ꝑageret necẽ:idq; ei maximo emolumẽto fore:qd de muneribus alexã dri polliceret᷑. Siſtit᷑ Tyro cũ filio:exercet᷑ deinde ſimul quæſtio. Negantibus illis:iſto nihil amplius deferẽte cũ deeſſet manifeſta rerũ fides:nullũ ſuppeteret argumentũ:nul lum indiciũ documentoꝝ:Tyro iubet᷑ uehemẽtioribus tormentis excruciari. Tunc mi ſeratus filius ſupplicia patris:ſpondet aperiturũ ſe oĩa:ſi patris ſalus ſibi condonaret᷑. at q; a rege ꝓmiſſa uenia, ſuggerit : ꝙ impulſus ab alexandro pater necẽ regi paraſſet. Id plęriq; ad tempus cõpoſitum rati ut tali pignoris indicio tyroni conſuleret᷑:alii pro uero editũ loquebant᷑. Sed Herodes dubia pro certis adiudicauit:tanq̃ metuens ne parricidii ſibi facultas periret. Conuocato itaq; populo:& cõgregatis ducibus:de inſidiis depre hẽſis motu grauiſſimo promit querelã : atq; in mortẽ eorum plæbem excitat. Ibiq; Tyro cum filio pariter atq; tonſore : ſaxis ac fuſtibus interficiuntur. Cap. xlii. ¶Ale xander quoq;:& Ariſtobolus miſſi ad urbem Sebaſtem quæ non longe aberat ab urbe Cęſarea:ſtrangulantur imperio patris. Hunc finem habuere filii Mariãnes: quoꝝ in teritu nõ longum lætatus: ſucceſſionẽ remotis illis Antipater haud dubie blandiebat᷑: ſed in eũ totius gẽtis mox graue odiũ exarſit:qa apud oẽs patebat eius factione fratres occubuiſſe. Succeſſit ẽt nõ mediocris timor conſideranti q̃ multiplex indies adoleſceret interfectoꝝ proſapia:cum Alexander ex Glaphira genitos ſibi Tigranem:& Alexãdrũ filios dereliquiſſet:Ariſtobolo ex Beronice Salomes filia:Herodes & Agrippa atq; ari ſtobolus ſuperſtites manerent:Herodias quoq; & Mariamne filia quas ſexus non im pediret:& regni cupido exagitarit. Quis rebus perterritus Antipater:in fraude ac uerſu tia ſpem conſtituens & donis:& muneribus ſingulos magis magiſq; oppignerare:etiã amicos & domeſticos Cęſaris allicere ad ſui gratiã ꝑcio tentabat. Sed contra illi ẽt quę domi erãt ĩ aduerſum cedebãt. Nam rex paulatim proceſſu tpis erga nepotes ſuos Ale xãdro:& ariſtobolo genitos molliebat᷑: & facti pœnitentiã ꝓtendebat:cum coꝝ quoꝝ parentes occiderat miſereret᷑. Deniq; cõgregatis amicis:& proximis ſuis:quadã die la chrymis ſuffuſus ora dicit ad eos. Video mihi ætatem procedere: & ſine lachrymis aſpi cere nõ poſſum paruulos hos infeliciũ germina patrũ:qbus ego ſum auctor doloris: ne peiore eos derelinquã cõditione:q̃ parentes abſtuli. Sed illos mihi quędã eripuit ærũna: hos mihi magis magiſq; cõmẽdat natura:& miſericordia. Altera qa nepotes: altera qa deſtituti parẽtibus ſunt. Errauerũt in patrẽ filii:qd fecerũt auo nepotes᷑ Satis infelix pr̃ fui:auus eẽ debeo ſollicitor. Tẽtabo poſt me cõſuler̃ nepotib⁹:utinã & ĩ filiis mihi cõſu luiſſem:ueꝝ in illis cõis hoſtis atq; inimici obrepſerit fraudulẽtia. Cauẽdũ eſt quoq; ne nos illoꝝ ĩuoluãt ꝑicula:atq; uno uulnere ſimul filios amiſerim:nepotes ꝑdiderim. Pro uideamus his:defenſores qbus ademimus:deſpõſabo itaq; ſeniori ex filiis Alexãdri tuã

m i Ferora filiā:& te ei conſtituā patrē. Tuo aūt Antipater filio Ariſtoboli filiā : ut hoc
mō fias pupillę pater. Germanā quoq; eius accipiet Herodes meus: ex Mariāne Hyr-
cani ſuſceptus filiā. Hęc inqt eſt mea ſnia:ut inuicē ſub coeunte copula iungant̄ poſteri
tatis meæ ſucceſſiones:quo nemo ſuſpectus alteri ſit:& ipſe trāquillioribus oculis uideā
nepotes meos:q uidi eoꝶ parentes. Quibus dictis iunxit memoratorū dexteras:& oſcu
latus ſingulos illachrymauit. ℂQuod Antipater lętātibus aliis ita grauiter accepit: ut
ſtatim dolorē ſuū ēt uultu ꝓderet:haud mediocri conſtrictus ſollicitudine : ꝙ Alexādri
filiis Archelai regis & Ferorę q tetrarchiā tenebat:ſuffragia petere cerneret cæteris uali
diora. Aduertebat odia ſui creſcere:nepotibus aūt aſtipulari miſericordiā . Nec poterat
Ariſtoboli filiā recipere domo:ne ſceleris indiciū diuturnis eius conſpectibus offenderet̄
Adire nō audebat patrē:ne ad oēs mobilē ſuſpitiones exagitaret: ſi cōplacitarū fœdera
nuptiarū ſoluenda exiſtimaret. Subtiliter tñ præſumpſit orare:ut conſuleret ei pater: ne
aduerſus duoꝶ potentium opes regis & tetrarche nudo regni noīe inualidus exponeret̄
Foueret certe honorē quē conferendū filio indicaret: ne ſpecies regni ad eum : uirtus ad
illos perueniret. Neq; uero ſolos Alexandri atq; Ariſtoboli filios ſuſpectos habebat:ſed
omnes obſtare ſibi arbitrabatur:quicunq; ex diuerſis Herodis coniugibus competere:
uel taciti uidebantur regni ſucceſſionem : quorum frequens numerus erat : Nouem et-
enim mulieres regali coniugio potiebantur:ex his duę tantum ſine liberis erant: cęteris
ſoboles ſuppeditabant. Antipater Doſidem attollebat parentem : Herodes Mariam-
nem . Antipas & Archelaus matchatis erant filii ſammaritanæ : & filia olympias quæ
Ioſippo iure cōnubii ſociebatur . Cleopatra quoq; Hieroſolymitana Herodem & Phi-
lippum genuerat Herodi . Pallas Faſellum . Erant quoq; etiam aliæ regi filiæ Roxa-
ne & Salome : quarum uni Fodra erat mater:Elpis alteri . Supererant etiam alexandri
& Ariſtoboli germanæ ſorores:quas Mariamne ex Herode ſuſceperat:ſicut ſupra me-
morauimus. Multiplicē itaq; generationē Herodis metuēs Archeſilaus ægre licet atq;
in primis tentamētis multum rege cōmoto ꝙ deſtitutis paterno auxilio nepotibus iui
deret diſpoſitas copularū ſocietates:ad poſtremū tñ effecit ut ſibi Ariſtoboli filia atq;
ex ipſo genitus ſorore pārentis ſui filiæ coniungeretur:tñ adulatione ꝓualuit: ut pactas
nuptias ſolueret. Cōtra aūt Salome cum uellet Silleo nubere ne ſuffragio qdē Iulię quę
uxor erat Cæſaris potuit de fratre impetrare:ſed inuita Alexandro cuidam ex amicis re
gis in nuptias cōuenit. ℂSubuerſis itaq; diſpoſitionibus regis Antipater quaſi is quo-
luerat ſibi conſuluiſſe exultabat animo:& ſuperabat oēs uerſutia. Odiū tñ nullo modo
cōprimere poterat:ſed accēdebat qm̄ affectabat terrore ſibi munimentum parare. Con
iunxerat ſibi cooperarium factionum ſuarum Feroram patris germanū : quē Herodes
nō multo poſt recuſantē ab uxore ꝓpria diuellit : cui ob iniurias quas ea mulier Doſidi
cōiugi eius intulerat infeſtior habebatur:domo expulit. Feroras aūt amplexatus iniuriā
in partes ſuas conceſſit:qbus ut tetrarcha p̄ſidebat ea ſane mentis intentiōe ut ad Hero
dem uiuentē nunq̄ reuerteret̄ . Deniq; nec tunc qdē cum eū ægritudine graui affectum
cōperiſſet:& frequēter orantē ut ad ſeſe ueniret:quod ei quædā quaſi moriturus cōmit-
tenda arbitraret̄ :uiſitandum exiſtimauerit. Qua ꝑculſus licet iniuria rex ubi p̄ter ſpem
incōmodum depulit:tñ fraterno affectu uenit ad eum ubi ægrum cōperit: & ſedulo cō-
patiebat̄ :& defunctū Hieroſolymā trāſtulit:& magno fletu celebriq; pōpa funus cu-
rauit. Nec tñ his indiciis ſedulæ caritatis cōceptam excluſit opinionē : ꝙ cū frater uene
no appetiſſet. Ita erat ēt in ſuos crudelis:nec difficilis fides rerum:ꝙ potuerit fratrē occi
dere qui filios interemiſſet. Cap. xliii. ℂHunc itaq; unus de iterfectoribus Ale-
xandri & Ariſtoboli improbitatis ſuæ finē inuenit:a quo exordiū ſumeus in Antipatrū

pœna tranſiuit ſceleris auctorē. Nāq; libertoꝝ querelis qui patronū ſuū ueneno interfe
ctū adſererent ſtimulatus Herodes: dū ſollicitius quærit cognito quia ab uxore de ſuc-
cis arabiæ accepiſſet Feroras poculū quod amatoriū putaret: idq; uenenū fuiſſe Syllei
ſtudio traditū: & illico in peſtē conuerſum in plurimorū quæſtionē tetendit. Vnde quæ
dam inter tormēta de ancillulis exclamauit: ut deus oīpotens in matrē antipatri oīa ſup
plicia transferret: uniuerſoꝝ arbitrā flagitioꝝ per ipſam occultos conuentus Antipatri
ac Feroræ die noctuq; exercitas potationes uſq; ad temulentiā: ut a conuiuio regis reci-
pientibus ſeſe totis noctibus biberet. Quod nō ocioſum nec coniurationis uacuū tenta
mentoꝝ remotis pſertim ſeruulis & miniſtris iure ſuſpectabat: magnūq; uinculum cō-
nexionis & cōſpirationis indiciū tam diuturnæ moræ quæ regibus ſuſpectior in ſolitudi
nis ſecreto & noctis ſilentio ibi compoſitū: ut Antipater romā peteret: Feroras in petrā
pergeret. Quod frequenter inter ſe conferre ſoliti prodebant: eo q; poſt Alexandrū &
Ariſtobolū in ipſoꝝ necē ſeſe Herodes cōuerſurus foret miſeros ſe qui putaſſent: q; He
rodes nullas parricidiales cogitationes odiſſet: quia regni hæredes pſequebat. Sublatos
eſſe nō poteſtatū æmulos: ſed conſortes miſeriarū in ſe periculū oīum & odia tranſiſſe
ne mulieꝝ quidē parcituꝝ ſexui dilectæ ſibi Mariamnæ: atq; ex ea genitę nō pepciſſet.
Nullum ſibi remediū niſi ut longius aliquo decederent quo tātę beſtię furore uel fuga
exiuerent. ℭ Adiiciebant crebrę apud matrē Antipatri conqueſtiones deplorantis ar
dere ſe inuidia regalis ſucceſſionis cū ſæuitia regni ſup ipſum pcipue incubuerit: ut iam
ſuſtinere nō queat ultimis deditū obſeqis: & poſtremis urgeri piculis. Nec ſolū regnan-
di ius ſibi periſſe: ſed uiuendi quoq; curricula uoluta temporꝝ. Aetatē ſibi maturiorē: in
canuiſſe iam uerticē: contra aūt iuueneſcere patrē: fruſtra ſperari eius hæreditatē qui for
taſſe ēt ſuperſtes hæredi tam diu reſeruaretur. Quod aūt ſibi emolumentū ſucceſſionis
futurū lōgæuo hæredi: cui tam multiplex Alexandri atq; Ariſtoboli ſoboles uelut quę
dam hydra renatis quæ amputata fuerant capitibus regerminaret. Ex teſtamēto patris
ēt iam ius cōmune ereptum: ut data regnandi cuius ad tēpus uicarius foret: non aliquē
ex ſuis filiis in ſuū imperium ſuſtineret: ſed Herodi Mariamnes filio neceſſe haberet re-
gnum refundere. Itaq; nō ad fructū ſibi regni ſpē datam: ſed ad piculum ut eēt deceſſo-
ri ſuſpectus: ſucceſſori grauis. Poſtremo ipſum regē longa ſenectute inuidum & itentū
cædibus ſuoꝝ ſui eē teſtamēti executorē: ut nemo ſupeſſet q poſſet ſuccedere: ferri odio
graui in filios: nec in fratrē minore q ſibi dederat centum talēta ne cum patruo ſuo ſer-
monē haberet: & reſpōdente Ferora: in quo .n. eum læſimus: Nū ēt ipſe ſucceſſor ſum: re
tuliſſe Antipatrū: nō nullas habere eum cauſas offēſionis. Vtinam amiſſis omnibus li
ceret res offenſionis ſe ipſum componere: Feram eē beſtiam quæ ne mortibus qdē ſatia
ret: nec poſſet perpeti ullam iter propinquos caritatē manere. Atq; utinā amiſſis oībus
liceret ut nudi eum tantūmodo uiuētes euaderemus. ſed ipoſſibile. Id eorū ſibi occulta
ad tps colloquia. Neceſſarium aūt fore tēpus quo uterent uirili mētis uigore: ut cōſilii
uiuacitate dexterę quoq; uindicis miniſterio: Hęc a mancipiis in ſupplicio poſitis reſpō
debat: & mancipio credebat Herodes: maxime qa de cētum talētis ſoli antipatro dixe
rat. nec ullus ſermonis eius affuerat interpres. Succenſus itaq; idignatione rapit ad ſup
plicium plæroſq; & innoxios ne qs de obnoxiis relinqueret. Arceſſitur ad ſupplicia An
tipater Samaritanus: eo q; eſſet antipatri pcurator: & diuerſis excruciat modis. ℭ Pro
dit quęſtio promiſſum ex ægypto uenenum p Antifilii quēdā cōtubernalē: idq; ab illo
datū Thēdioni amico Antipatri p ipſum Feroræ redditū: cui regis filius Antipater exe
cutionē cōmiſerat: ut dū ipſe in urbe Roma degeret: pr̄ eius Herodes extingueret. Quo
tpe nulla de abſēte patratæ necis ſuſpitio foret: ſed Ferora cum in tpe uenenū acceptum

uxori propriæ cõmẽdauiſſet: recurrit altera ĩ uxorẽ Ferorę ueneni inuidia. Iubet illico rex
Ferorę uxorẽ uenire: uenenũ deferre. Egredit᷑ mulier quaſi platura quod petebat᷑: & ſe
ſe de faſtigio ꝓcipitat ædificiorꝫ: quo gemini pondus criminis euitaret: atqꝫ obitu ꝓueni
ret idiciũ rei & queſtiõis acerbitatẽ. Sed qa maturabat᷑ Antipatro feralis ultio pricidii:
non ſupra uerticẽ capitis ruit: quo caſu facile extingueret᷑: ſed ĩ aliã ptẽ corpis decidit: ut
mors ꝓtelaret᷑: cõſopita erat tñ atqꝫ attonita mulier: qa ex alto deciderat loco. Iubet eã
pauliſper recreari Herodes: douec ad ſe rediret: ſpondet ueniã: ſi ſimpliciter apiret geſto
rũ ordinẽ. Nou de nihilo eſſe ꝙ ſeſe præcipitauerit: ſed magni criminis conſciã cõpẽdiũ
ſupplicii queſiſſe: Impunita ſibi oĩa flagitia cõfitẽti fore: aut ĩficiãti acerbãda ſupplicia:
ipſam quoqꝫ ſepulturã negandã. At illa ubi ſe reſumpſit paululũ: & cui inqt adhuc ego
ſecretorꝫ ſeruabo ſilẽtia Ferora mortuo: Illi.n. debui fidẽ tacẽdi pro quo ſupplicia nõ re
cuſarẽ ſi neceſſaria forẽt. Sed ille nũc liber a cruciatib⁹ & ſi ueniabilis erroris correptio
eſt liber a culpa. Quid igit᷑ inuoluere ueritatẽ mendaciis cogitẽ: ut Antipatro morẽ ge-
rã: Parcã ergo illi: nõ parcã mihi: Egregiã ergo mercedẽ debemus uiro q nos oẽs ſceleri
bus ſuis in hęc ſupplicia deduxit. Audi rex deo ꝓſule: q ſolus mihi ueritatis arbiter ẽ. Pro
poſui enĩ nihil fallere: audi inquã ſed prius repete quẽadmodũ adſederis lachrymãs ger
mano piclitãti ut impleueris oĩa circa Ferorã munia piæ germanitatis: qbus ille iflexus
ubi deceſſiſti cõtinuo ad ſeſe uocauit & ait. Nõ exiguum ego mulier a fratris affectu &
ſtudio deerraui: q oderã ſic amantẽ mei: & uolebã occidere tam impatiẽtẽ doloris in pe
riculis mors ferre ille non põt fortuitũ quod ego urgebã ĩdebitũ: circũuẽtus ſum fateor
Antipatri dolis cõtagiõis eius ego ꝓcium ferã. Tu quod habes ab eo uenenũ relictũ mi
hi cito profer: & ſub meis oculis effunde ut uel ad iferos non ferã aĩum pricidalẽ. Pœni-
tuiſſe correctionis ſit: quod criminoſum ẽ ꝑparauiſſe. Cito ĩquã mulier. ut uel mortẽ ꝑ-
ueniã: qm̃ culpã nequiui. Tũ ego uenenũ & ĩ conſpectu eius exinaniui parꝫ tñ & eo ſer
uaui mihi q te metuerẽ ut eſſet remediũ: ſi ꝓderet᷑ paratũ ad hos uſus uenenũ. his dictis
pyxidẽ cũ eo quod receperat ueneni ꝓtulit: ſubiicit᷑ queſtioni mater Antifilii & frater
ipſius: Cõfitent᷑ ex ægypto antifiliũ detuliſſe pyxidẽ plenã ueneno: quod ille accepiſſet
a fratre q Alexãdriæ comoraret᷑ ſub medicinę ꝓfeſſione. Cap. xliiii. ❡Depręhẽ
dit᷑ ẽt Mariãnes filia põtificis ĩſidiarũ cõſcia quæ pararẽtur marito: idqꝫ fratribus eius
iter ſupplicia cõfitẽtibus manifeſtat᷑. Vnde Herodes iunior maternę audacię ꝓciũ luit:
quẽ in regni ſucceſſionẽ Antipatro ſubſtitutum idem qui ſubrogauerat pater de teſta-
mento delendum putauit. Et hic quidem non mediocris error Herodis ſenioris ut alteri
us flagitio depręhenſo alter mulctaretur. ſed etiam Herodis iunioris nõ iniuſta mulcta
tio. Nam diuinitus pręcautum uidetur ut licet nondum facti ſui merito tamẽ ob preciũ
futuræ improbitatis regno abdicaretur. Nam quis eum regem perpeti potuiſſet qui te
trarcha tam inſolens fuit ut tolerari nequiret᷑: Adiicitur etiam aliud ueneficii genus qđ
Bacillus Antipatri libertus Ferorę & eius uxori detulit compoſitum ex ſuccis ſerpen-
tum & ueneno aſpidum: ut ſi primum non conualuiſſet ad mortem Herodis, ſecundo
uterentur. Reperiuntur etiam litterę aduerſus Archelaum & Philippum fratres com-
poſitę. Hi regis erant filii qui romę inſtituebantur: quos antipater ea uel maxime cau-
ſa appetebat. ꝙ uidebat non mediocri præditos ſapientia ſupra quos rex patrium ani-
mum reclinabat: Deniqꝫ educauerat eos litteris ut maturius domum regrederent᷑ r Ob
ſtare itaqꝫ eos ſuis utilitatibus Antipater arbitrabatur: atqꝫ incũbere ſuis artibus: ut ſpe
adoleſcentium ſimulata omnia factionis ſuæ ſtudia obumbrarentur. Componit itaqꝫ
epiſtolas nomine uirorum potentium: quos Romæ poſitos in ſuã amicitiam illexerat
Aliis quoqꝫ precio extortum ut ſcriberẽt ꝙ adoleſcẽtes infeſtis patrem odiis urgerẽt.

& nimio queſtu mortẽ Alexandri & Ariſtoboli deplorarent. Et cũ huiuſmodi epiſtolas
clandeſtinis artibus ꝑ aulicos ſceleris ſui miniſtros patri ingereret: eadẽ uerſutia qua ſu-
pra ſimulabat fratrũ intercesſorẽ: ut prætento pietatis patrocinio impietatis ſubtexeret
parricidiũ. Quibus oĩbus in medium deductis cũ q̃ſtionibus patris uita: epiſtolis mors
fratrũ appetita euidentiſſime panderet, conſiliũ diffinit ut de authore ſumendũ: qui po
ſteriore prodidiſſet calumnia ꝙ germanos ſuos non quaſi parricidas: ſed quaſi legitimę
ſucceſſionis æmulos pſequeret: nõ quo patrẽ defenderet: ſed ne conſortẽ regni haberet.
℄ Interea cũ ſeptẽ menſiũ curricula inter documẽta flagitioꝝ & reditũ Antipatri con
cluderent: nulla innotuere Antipatro indicia reꝝ geſtaꝝ: tãta circa eũ uniuerſoꝝ odia
feruebant. Incertus igit oĩm ſcribit ex urbe roma continuo ſe adfore: ſummoq; ſe hono
re dimiſſum a cęſare. Quibus litteris lectis: reſcribit Herodes maturato eũ contendere
oportere ſecuꝝ affectus paterni cui nõ ſolũ nihil iminutũ ꝑ abſentiã foret: uerũ ẽt tm̃ ac
cederet gratiæ: ut eius cõtuitu matris offenſa minueret. Nã iterũ domo eã deprehẽſam
marces filii cõſentire conſortio exutã regiæ liberalitatis cõpẽdiis eliminauerat: cui ſe re
miſſurũ indignationẽ ſcriptoꝝ ſpecie manifeſtaret metuens ne cõperta matris expulſio
ne ſuſpitiones ſuas antipater ad cauẽdũ exuſcitaret. Adueniens itaq; tarenti primũ de
Feroræ obitu cognouit: ibiq; luctũ magnũ exercuit. quod a qbuſdã pietatis affectui da
tũ eo ꝙ patrui mortẽ impatiẽter doleret. Ille aũt miniſtrũ auſi parricidalis ſibi ſublatũ
ingemiſcebat: nec ſolũ non proceſſiſſe ſceleris apparatũ: uerũ ẽt uenenũ ſe dediſſe terro
ri erat: ne quomõ ad cognitionẽ regis pueniret & ille ſcęnã criminis publicaret. Tranſ
mittit itaq; in portũ cęſareę: haud quaq̃ uacuus grauioris curę ac ſollicitudinis cum cie
cta mater non mediocre præiudiciũ cõdemnatæ ſobolis daret. Sed urgẽtibus amicis q
patriæ cupiditate poſt habenda omnia quæ Antipatro cõducerent arbitrarent: deinde
expectato eius ĩgenio: quo uel auerſum patrẽ a ſui gratia facile conſiliis ſuis flectere ſoli
tus erat hortãtibus ut ſeſe patri & prędeſtinato ſibi regno ocius repręſentaret: ꝙ nemo
auderet eo pręſente contra niti ſed occaſio abſentiæ eius ſola arſerit: ut auerti poſſe ab
eo regis animus ęſtimaret. Et ideo pręueniẽdũ mature ne demorãdo magis aut deſide
rãtẽ offenderet: aut ſuſpectũ exacerbaret cũ diffidẽtiã ſui ꝑderet. ℄ Credidit itaq; ma-
gis uolẽtia q̃ neceſſaria ſuadẽtibus. Verũ ubi portũ ĩgreſſus ẽ: neq; queq̃ ſibi obuiũ cir
cũſpectauit: & quaſi peſtẽ aliquã ſenſit ſuã pñtiã declinari: i ſũma locorũ frequẽtia ma
ximã ſolitudinẽ: cũ occurrere nemo auderet: metuẽtibus aliis: aliis auertẽtibus: etenim
id tpis & odia quo minus ſe tegerent auctoritatẽ acceperant, reputare ſecum ſcelera ſua
coepit: & cõſciẽtiæ ſtimulis exagitari nulũ fugę locũ neq; euadẽdi ſubſidiũ ſibi relictũ.
Circũuentũ ſe uelut qbuſdã retibus & captũ teneri fiduciã oẽm adſumpſit ex impudẽ
tia ut diſſimulatis omnibus improuiſum ſe patri offerret: in amplexum rueret: pietatis
officia pręte nderet: Verum ille extenſis manibus ingerentem ſeſe repellens & reclinãs
caput: ne parricidæ oſculo contingeretur: exclamauit & hoc eſſe amentiæ parricidalis:
ut amplexum petas cui inuiſum te recognoſcis: ut horrore tui afficias patrem. & conta
ctu noxii corporis uiuendi ſuauitatem extorqueas. Ne igitur contigeris: ne attaminat
ris quem ſcelere petiſti. Purga certe prius ſi potes: deprahenſa dilue: iudicium non refu
giã: nec audientiam tibi negari patiar: nec mihi ipſe aſſumam cognitionẽ: nec argumẽ
tandi tibi occaſionem relinquam. Opportune adeſt Varus: apud quem defenſionem
tui pręp.. a. Nec differendi locus craſtina die q̃uis dolis & fraudibus prędi tus: habes
purgandi tui copiam. At ille obſtupefactus tantæ cõmotionis pauore: nihil eſt auſus &
ferre nec potuit: ſed egreſſus foras fluctuabat animo: ꝙ nihil omnino ex his quę geſta
erant & prodita apud regem compererat. Aduenientes autem ad eum poſtea mater &

uxor aperuerunt omnia. Quibus cognitis colligere ſeſe ac ꝓparare animo cœpit quibus
modis criminationi occurreret: confeſſiones extenuaret. Sequẽti die congregantur oẽs
regis propinqui & amici Antipatri interſunt examini uniuerſi: qui diuerſa de Antipatro
prodiderant induci præcipiuntur. Leguntur ẽt epiſtolæ matris Antipatri: in quibus illa
ad filium ſcripſerat: ut cognoſceret proditã patri ſuorum ſcænã flagitiorum nequaꝗ cũ
debere adeſſe niſi a cęſare aliqua manus accerſat: cuius ſe ꝑſidio circumuallaret. neq; ſe
iudicio cõmitteret qui tantorum cõfeſſionibus appetebatur: ſed armis muniret. His ad
ſuperiora additis ingreſſus Antipater & ſeſe ad ueſtigia deiiciens patris obſecrat ne ſe
prædemnatum haberet: conſideret ſe ſi deferatur audientia uacuum criminis fore ſi pa-
ter uellet: iubet pater ſilere: atq; eum iſtiuſmodi ſermone præuenit. Qͩ nulli iuſto uenia
bilis nequitia Antipatri poſſit uideri ſatis certus ſum ſed eo magis grauari me apud te
Vare arbitror. Vereor.n. ne ẽt me oderis: qui parricidas generaui filios quibus non poſ
ſet ẽt parcere pater: licet hoc quoq; miſerãdus magis ſim ꝙ & tales amaui. Sed de illis
taceo quos ipſe exaſperaui: & iuſtas aduerſus hunc allegationes eorũ reſpui. Nullas enĩ
hi aduerſum me habuerunt cauſas doloris: niſi ꝙ his Antipater pręferebatur: & cõſortii
regalis ꝑrogatiuam acceperat: qui natus regno non erat. Putabã tñ ꝙ maiorẽ natu mi
noribus ad tutelam adſciſcerẽ. Sed hoſtem induxi qui inuideret nobilioribus: excitaret
puerulos infirmos: circũueniret incautos: proderet lapſos. Sed eos excuſari potius ꝗ ur-
geri oportuit. Antipater mihi & illos abſtulit: hic mihi & illos fieri inſidiatores cõpulit.
Dolui enim fateor ꝙ ii qbus regni ſpem dederã: quibus ſucceſſionẽ reſeruauerã aduer-
ſum me improba machinarent: ſed nunc non patrẽ ſed Antipatrum oderant. Perierunt
itaq; ad dolorẽ patri: Antipatro ad fructum. Quęris Vare qs eos occiderit. Cognoſce
cui mors eorũ ꝓfecerit. Vacuata ẽ domus nouercæ: filio patuit aula uni ad ſuccedendũ
quę multos ſucceſſores habebat. Nec expletus eſt morte fratrum cruẽtus aĩus & mens
impia: Poſtꝗ nõ habuit fratres quos odiſſet: patrẽ ꝑſequebať. Reputo mecum qui huic
munimẽtum hęreditatis parani: uiſus ſum & ipſi diu uiuere deceſſionẽ faſtidiẽti. Docui
quid uellet: cui ſucceſſionis cõpetitores ademerã, morantẽ nõ paſſus ẽ: nec expectauit
regnum niſi ut parricidio adipiſcereť. Reddidit mihi uicẽ: quia proiectum collegeram.
& prętulerã nobilioribus. Cui.n. tantum ex illis quantum huic contuli: cui ipſe uiuens
poteſtatem ceſſeram: teſtamento aperto hæredem deſignaueram: quod ſolet eſſe perni
cioſum regibus ut aliquem ſibi ſucceſſurum nouerit. Quinquaginta in fructibus talen
ta conceſſi: trecenta Romam proficiſcenti dedi. Cõmendaui cęſari quaſi ſolum filium:
nihil mihi reſeruaui ꝙ deberẽ parricidam timere. ſed hoc eum magis ad parricidium ar
mauit: ꝙ ſe meis beneficiis ſuperiorẽ uideret. Qui tantũ ſceleris cõmiſerunt fratres eius
quos ad mortem coegit? Aut quæ iſtiuſmodi aduerſum illos indicia detecta: qualia iſti
us depræhenduntť? Sed interrumpere atq; obſtrepere audet parricida: & dolis tentat ue
ritatem inuoluere. Caueas Vare ammoneo caueas ſimulatas eius lachrymas & gemi-
tus arte cõpoſitos: nec ullo exꝑſſos dolore. Hic eſt qui mihi pietatis affectũ abſtulit cũ
afflicto metu cauẽdum ammoneret alexandrum: cum illo mentes plurimoꝝ conuenire
aſſerens non temere cõmittendam uniuerſis præſentiã meã. Simulabat ſe circũſpecta-
re omnia uſq; ad lectũ deducere diſcutere: atq; examinare ſingulos. Hic erat ſomni di-
ſpenſator & miniſter ſecuritatis in quo ego ſolatiũ conſtituebã: atq; eius officiis leuabã
de interfectis dolorẽ. arbitrabar ꝙ & illos mihi redderet: mœrorẽ auferret: pietatẽ obten
deret. Hic erat protector meus cui credebam corporis ſenilis cuſtodiam. Quomodo ui
uam neſcio quõ tantum inſidiatorem euaſerim: quibus me circũuenerat delinimentis:
quibus fraudibus uinctum tenebat ut ſoli huic me crederem quẽ ſolum caueri oporte

Incredibile mihi eſt ꝙ euaſi nec uiuere mihi uideor ſed ſomnium puto. Quis.n.crederet
aut illū tam ingratum futurū cui ī me poteſtatē oēm cōmiſerā: aut me poſſe euadere ſi
Antipater nollet? Tutiorē tñ gratia me factū putabā. Sed quę (malum) infelicitas me
aut aduerſum me eos faciat inſurgere quos plus dilexerim? Deploro erumnam domus
meæ Vare: defleo ſolitudinē: ingemiſco uim tanti doloris. Sed tñ tāta eſt acerbitas ſcele
ris parricidalis: ut neminē mihi patiar euadere quicunq; ſitierit ſanguinē meū: ſi ēt ī oēs
filios meos affectati pricidii indicia ꝑmanē. Cū hoc diceret īdignatione piter ac dolore
intercepta uox eſt loquentis. Continuo Antipater eleuans caput, uelut ictus enim &
ſautius graui uulnere iacebat ante pedes patris: nec aſſurgere audebat, exclamans ait.
¶ Tu quidē pater ut iratus accuſas: ſed mihi nulla eſt maior defenſio q̄ teſtimoniū ac
cuſationis tuę: quia ſemp fui cuſtos tuę ſalutis. Defenſionē igit̄ pro me uoto accuſantis
adhibuiſti. Quomodo.n. parricida ego quē ipſe tuum ꝓtectorē fateris? Aut q̄uo circū
ſpectus atq; aſtutus: quē cōmentatorē arguis parricidii: cum extremæ inſipiētiæ ſit co
gitaſſe: q̄d & apud homines execrabile ſit: & apud deū inultum eſſe non poſſit? Vel fra
trum exemplo doceri potui: nullū tanti ſceleris effugiū fore: quod ſcelus iſtiuſmodi nec
latebrā minuat nec pœnam euadat: qñ quidē & pro tanta in te maliuolētia pœnas de
derunt. at illos inuidia quædā ut dicis impulerit ad parricidium ꝙ me ſibi præferri uide
bant: quibus materni generis nobilitas aīos dabat: ut regnū quaſi ex materna ſucceſſio
ne ſibi debitum uendicarent & quaſi a te ereptū repoſcerent, Quid tale ego qui neſciui
regnū niſi de te ſperare: tuū iudiciū quęrere: tibi ſoli placere? Quid āt erat q̄d me aduer
ſum tuā ſalutē audere aliquid īpelleret: An regni cupido? ſed regnabā. An odii ſuſpicio?
Sed diligebar? An iniuriæ dolor: ſed pręferebar. Si illos ſola formido prȩlationis meę ar
mauerit ad parricidium ego abſoluar: quia neſciunt prȩlati parricidiū cogitare: ſed odiſ
ſe: Niſi forte aliquis ex te metu compulit. Verum ego ut mihi uox tua teſtis eſt nihil ſcie
bam niſi pro te timere. Quid enim mihi timerem qui miniſter erā tuę ſecuritatis & di
ſpenſator quietis: An uero inopia pecuniæ & egeſtas coegit quæ ſolet indigentibus ſua
dere latrocinium? Sed dederas quod nō ſolum in præſens: ſed ēt in omne tempus abun
daret. & diuitē Romam miſeras: ut regum reges pronunciarent imperii apud ſe princi
patum eſſe non diuitiarum. Deniq; Fabatum illum Romanę rei moderatorem & inti
mum Cęſaris tibi cepi: & a Sylleo ingenti ambitus pecunia ut te impugnaret ita com
mutaui: ut fieret tuus defenſor. & ſollicitatoris ſui proditor. Per quem pater alium inſi
diatores tuę ſalutis detecti ſunt? Quomodo igitur parricida ego qui cuſtodē tui copis
corinthum latentem deprȩhēdi? inſidiantem remoui: ad confeſſiones negantē deduxi?
Potui parricidium non cogitare: & parricidii fructum habere ſi tacuiſſem. Sed mihi ſi
beſtiaꝝ immanitas: ſi atrocium ferarum ineſſet furor: tñ tantis bñficiis tuis manſueſce
re potui: ut nullam opem niſi in tuæ ſalutis ſubſidio conſtituerem: ut pro omnibus tibi
uel ſolam caritatem referrem te: meo corpore protegerem: te intimis ſi fieri poſſet uiſce
ribus recluderem. Prętuleras nobilioribus filiis materna ſtirpe minus nobilem: matrē
quoq; regni exulem in regnum uocaueras: nec iam ſucceſſorem me imperii: ſed quaſi
conſortem habebas. O miſer ego cui tantum liberalitas tua bonorum effuderat: ut in
uidia ſuccederet. O ſtultiſſimus ego: qui te pater reliqui. Sic datus eſt inuidiæ locus &
poteſtas inſidiantibus. Namq; dum ego pro tua ſalute diu demoror: meam prodidi: &
tamen nihil habeo quod mihi aſcribam. Tu me pater abire iuſſiſti: tibi ego perigrina
bar pater: ne tuam ſenectutem Sylleus circumueniret: ne te uiuentem regno exue
ret: nec apud cęſarem tuam ſalutem appeteret. Teſtis eſt mihi Roma: pietatis ceteræ
quoq; preſul orbis terrarum: & cēſor uniuerſorum atq; arbiter mei pectoris q me amā

tē prīs appellare ſolitus eras. Teſtificare cęſar qd ego depſē apud te loqbar:apud quē
ſolū nocere potuiſſem. Teſtificare mq̄ mihi q de aliis ꝓnūciaueras. Nec diſſimulandū
parricidiū:ſed ingrendū putaſti. O ſi mihi aſpiraret pſentia tua. Sed abſens es & longe
poſitus & ego ſine te a patre adiudicor. Ades tñ & in litteris tuis pñs es. tua ſcripta effe
ro quæ ſolent parricidæ timere. Tuā epiſtolā porto quam ſolent ꝓmere q cupiunt parri
cidium non latere. Suſcipe pater litteras cęſaris:ipſe te iſtruat q dudū uindicauit. Suſci-
pe cęſaris ſcripta argumētis oībus ualidiora. Quibus uſus es dudum ad ultionem utere
nunc ad ſalutē. Hos ego apices defero innocētię meę teſtes illa dextera nunq̄ te fefellit.
Illa dextera cęſaris diadema tibi impoſuit non ademit. Illa manus cæſaris regnum tibi
quod abieceras repreſentauit. Potuit me prius cęſar odiſſe:ſi fratrū ſimilē depręhēdiſſet:
ſed cognouit & ꝓnunciauit pietatis interpretē q niſi Romæ fuiſſet:Silleus uicerat. Illi
ergo hodie adiudicor. illi pœnas miſer pēdo. Memēto pater qa non uoluntarius nauiga
ui: Videbam mihi iam parari foueas inſidiatoꝝ:malui tñ me potius pater q̄ te piclitari.
Nec tñ exhorreſco ſalutis piculum: ſed apud te pater doleo me quaſi tuum hoſtē peri-
clitari. Pericliter tñ:ſi apud te & cæſaris teſtimonia piclitant̃. His ergo utor idiciis meę
defenſionis:cęſarē ego non appello quaſi audiēdus ſed imploro quaſi abſoluēdus: Q d
ſi iudiciū exercēdū ęſtimas, ecce me pater ad te ueni. poſt cęſarē ad te feſtinaui a cęſare.
Vtinā qdē nuſq̄ a te abiiſſem. Sed tu me pater neſciēs piculis obieciſti iubēs pgere. Prę
ſto ſum pater:nec perfunctorie de uilioribus teſtibus requirendā pro ſalute tua ueritatē
ęſtimo. Non pręiudicent q poſſunt timere tormēta nec q poſſunt contemnere. Omnis
homo mendax dixit ſcriptura. Ego defero incorruptibilia elementoꝝ teſtimonia. Ve-
nio ad te per maria & per terras nuſq̄ aliquid paſſus. Parricidia debui nō euadere ſi reus
eſſem. Abſoluit me pater:apud te cœlū quod non fulminauit:mare quod nō demerſit:
terra quæ non abſorbuit:per hęc ad te tutus uenio pater: quę non ſolent euadere etiam
qui non ſunt patrum genitalium parricidę. Dathan & Abiron hyatus uorauit terrę:nec
tñ genitalem appetierant patrē:Abſalon fugientē arboris ſuæ ramis terra ſuſpendit:ne
ad patrem perueniret:ad quem ſi perueniſſet euaſerat. Ego ad te ueni:& adhuc piclitor.
Dauid parricidam ſuum quia ſeruare non potuit uindicauit: ego de inimicis & calum-
niatoribus uindicari non expecto:ut eos ad tormenta uocem: lucrentur illi pœnam ca
lūniæ. Vnum rogo pater ne alienis credas tormētis:de meipſo aduerſum me reqre ſup
plicia. Suſpende reū tuū:in uiſcera mea pergat iterrogatio ueritatis:in corpus meū atq;
in interiora penetralia deſcendant fidiculæ quæſtionū: profluat ſanguis q ſolet parrici-
dium clamare:ferant̃ ignes in artus noxios. Quid dubitas pater: Si parcis innocētem
pronuncias. Si a cruciatu temperas: abſoluis crimine. Non ē parricida:q ſimplici mor
te dignus putat̃. Aut ſi ut filio parcis:& ex te genitis membris cōpateris:non ſunt mē-
bra tua quæ ſunt miniſteria crudelitatis. Hęc ubi locutus eſt magno fletu & gemitu la
mentabili finē dicēdi fecit:ululatuq; maximo Varum & oēs ad miſerationē iflexit. So
lus Herodes nullis mouebat̃ lachrymis:atq; ipſe a fletu temperabat itractabilis ad ue
niam:quæſtioni imminens: uindictam expetens. Cap.xlv. ¶ Succeſſit orationi
Antipater Nicolaus regis mandato quia aſtute eius reſponderet uerſutiis & inflexos a
miſeratione abduceret referendo i Antipatrū fraternę inuidiā necis: allegādo q, ſi quos
moueret miſericordia illoꝝ miſereri deceret qui eius perempti fraudibus ultionē require
rent. Si unum abſoluerent:omnis domus regia in periculum deduceretur:germani:affi
nes:parentes ipſe rex cuius ſaluti non pepercisset. Itaq; conuerſus ad oratorū uerſutias
uelut narratione miſerationis epilogo quodā excitabat ab inferis peremptoꝝ animas
qui miſerabili queſtu replerent ſubſellia: in ſontes ſe oppetiſſe. ſubornatis grauatis te-

ſtibus::compoſitis epiſtolis:fraudulentis ſermonibus circũuentum patrẽ:credidiſſe filio
quẽ non putaret de fratribus poſſe mentiri. Offert nunc ſupplicia q fratrũ tormẽtis nõ
credidiſſet quos onuſtos uinculis obligauerit:ne cognitioni intereſſent: ĩ abſentes latã
ſniam cum longe poſiti eſſent necatos ne eorum pater miſereretur. Nullũ itaq; reliquũ
futurũ ſi iſte euaderet doctus uenena parricidalia ſuorũ uiſceribus ĩfundere:mutare mẽ
tes hominũ:q ẽt Feroram ſemp amantiſſimũ fratris Herodis in necẽ eius parricidio fu
neſto exuſcitauerit. Ad hæc cum plurima alia excitandæ commotiõis gratia Nicolaus
addidiſſet:ubi ſermonẽ abſoluit:interrogatus a Varo eſt Antipater ſi rñdere uellet: Ni
hil aliud retulit niſi deus teſtis eſt qa nihil læſi. Tum Varus uenenũ proferri: atq; id da
ri iuſſit uni de his qui iam rei mortis adiudicati eſſent. Quo potato:ſtatim mortuus eſt.
De quo relatum ad cæſarẽ ẽ:& in uincula Antipater iperio patris ducit᷑. nec tñ ab inſi-
diis uacuus erat. Nam tum maxime Salomes periculum dolis tentabat directis epiſto-
lis quas Salomes noĩe Antipater compoſuerat plenis ĩ regẽ cõtumeliaꝝ::atq; ad Agnẽ
ancillã Iuliæ quæ uxor cęſaris erat ꝑ antifilii ſeruulũ ꝓferri iuſſerat: quas Agne ſibi red
ditas regi tranſmitteret. pœne in mulieris ꝑniciẽ fraus cõualuerat:ni reperta eſſet epiſto
la Agnes ad Antipatrũ:quę dolũ ꝓdidit ſcripta in hunc modũ. Sicut uoluiſti patri tuo
ſcripſi:& epiſtolas illas direxi. Nec dubito regẽ in ꝑiculum ſororis inſurrecturũ. Tu ui-
cẽ teſtitue optato effectu potitus. ¶His litteris depræhenſis rex ĩ ſuſpitionẽ deductus:
ꝙ ẽt Alexãder pari arte cõpoſitis a fratre eſſet appetitus epiſtolis: & nimia cõmotione
exaſperatus ęgritudinem grauẽ contraxit. Quo ſe uidẽs urgeri periculo Antipater unũ
ex filiis hęredẽ imperii teſtõ ſcripſit prælatum Archelao & philippo ſenioribus liberis
cũ ipſos quoq; Antipater dolis atq; fallaciis ſuſpectos patri fecerat. Cæſari legauit mil
le talenta donis muneribuſq; additis. In uxorẽ & filios libertos atq; amicos quingenta
contulit:nec Salomen ſororẽ munerũ ſuorũ expertẽ reliquit. Procedebat ĩ deterius ęgri
tudo atq; acceſſu tpis aſperabat᷑:quã ĩbecilla ſenectus ſuis incõmoditatibus acerbabat
quotidie. Siquidẽ non minus ſeptuagenario grauatũ annis corpus crebro quoq; mœro
re animi afflictum gerebat tot parricidiis cõuulneratus: quæ aut depręhendiſſe in filiis
extremæ miſerię erat:aut intuliſſe. Immedicabilis tñ ęgritudinis feruor ꝙ ſupſtes Anti
pater metuebatur: Contẽptus quoq; indies uilior ꝙ imagines cęſaris atq; animalium
ſimilitudines contra legẽ tẽplo appoſitę detrahebantur: auctoribus maxime Iuda atq;
mathia iuuẽtutis doctoribus:q cognitis & conſpirantibus ſibi ueniſſe tẽpus aiebãt quo
uiolatę legis iniuria uindicaretur. Dare pœnas ſacrilegiũ q putaret fas eẽ qcqd ꝑtãti li-
ceret: nec religiõe inclinatũ: ſed elatum ſuperbia in penetralibus templi faciendi quod
uellet:libidinẽ ꝓ iure exercuiſſet. Et q̄q̄ uis diuina ultionẽ acceleraret:tñ pulchrũ uideri
ſi ẽt tẽplo ſacrati libertatẽ in defendẽdis paterni ritus obſeruationibus approbarent:ꝑi
culi metu quẽq̄ reuocari oportere:cũ & iam mori ꝓ lege patria ĩſigne ĩmortalitatis ſit.
Primiq; adorſi aureã aquilam ſupra faſtigiũ portę affixam detrahere compręhenſi atq;
ad regẽ perducti cum interrogarẽtur cui obedire cupiẽtes tm̃ facinus adorſi forent: rñ-
derunt:legi paternę. Iterum quęrenti quo freti lętiores adeſſent cũ ad mortis uocarent᷑
ꝑiculum:reſponderunt. Pietatis & deuotionis p̃miis quorũ remuneratio ꝓ ritu patrio
mortẽ expetentibus pſolueretur. Nec diutius ferre potuit reſponſionis cõſtantiam: ſed
indignatione ſuper ęgritudinem facta ut infirmitatem uinceret in conuentum populi
proceſſit:ibique tanquam ſacrilegii reos ad plebem deferens accuſare cepit: ꝙ maiora
de factis talibus ſuſpectarentur. Quæ etiam ſi non probarentur tamen cuncta ſibi
quiſq; metuentes auctorum qui compræhenſi forent luenda ſupplicia depræcabantur.
Nec pergendum in cæteros nę quæſtio plures atq; alienos & innoxios perturbaret:

rogatus itaq; ī præſentes ſnīam tulit:ut uiui exurerent̄:unde icommoditas aucta & gra
uioris ægritudinis uis diuerſis totum corpus eius paſſiōibus depaſcebat̄. ¶ Febris erat
uehemes:prurigo itolerabilis:continui ac ſine ulla itermiſſione iterioꝝ dolores uiſcerū
colo medius uexabat̄:hidrope grauabātur ueſtigia:abſcondita corporis ſcatebant uer
mibus ſpatſim totius corpis hanelitus grauis & ſuſpiria pniciosa.res indicio erat q̄ iniu
ſti parricidii & ſacrilegæ damnationis pœnas repoſceret̄.Non cedebat tñ aio & uiuēdi
cupiditate paſſionibus reluctabat̄.Petit trans iordanē calores aquę calidę ſed nihil pro
fuerāt.Aſphaltis lacus plerisq; medicabilis ſine ullo pfectu ægru tenebat.Vbi dū oleo
plurimo foueret̄ laxato reſolutus corpore morietiū ſpecie oculos iuertit & uox defece-
rat:nec ſenſus manebāt:ſed excitatus ſtrepitu conclamantiū reſumpſit: & ad ſua regre
di cupiēs:ubi ad regionē loci q appellabat̄ Hierico aduenit:atro felle exagitat⁹ & ipſi
quodammodo morti minitans immane facinus excogitauit: quo uelut inferiæ ſibi po-
puli mitterent̄. Namq; ex oī iudęa cōgregari iamdudū pcipiens quoſuis nobiliores ut
ex ſingulis uicis ī unum cōuenirēt:ubi iperio obtēperatū ē:claudi eos itra hippodromū
iuſſit:& accerſita Salome atq; eius Alexa uiro legatum ſanguinis mandauit:aderēs lę
ticiæ populis gentis Iudeæ ſuam mortē futurā: & ideo cōmentū ſe quo pclariſſime ſuū
epitaphiū celebraret̄ depoſcere a ſuis:ut cū ultimū exhalaſſet ſpiritum eos ſtatim oēs q
clauſi tenebant̄ necari iuberēt:ita neminē futurum ī uniuerſa iudea atq; in oī domo cui
mors eſſet eius ī lachrymabilis:cum uniuerſis domeſtici luctus hęreditatē dereliqſſet:q
dum ſuorū deplorant necē iuſta regi uiderētur pſoluere:atq; ita publicorū lætícia uoto
rū domeſticis doloribus ipediretur:ac ne forte ſceleſta iperia mādata executio deſtitue
ret:qnquagenas dragmas iuſſit militibus dari:ut tali ſceleris ipoſita mercede ferale mi
niſteriū milites nō recuſent:compenſaturi executionis honorē remunerationis emolu-
mēto.Cedebat prope iam tantæ incōmoditatis ſupplicis ſed expectabat funeſtæ reſpō
ſura legatiōis quæ retulit de agnæ ſuppliciū ſumptū ad Herodis querelam: Antipatrū
quoq; cōuictū parricidii morti adiudicatū: tñ repulſo patria & regno pater fugæ ptātē
tribuere ſi uellet cęſar ei iuberet ſnīam ſceleri ferens:conſiliū pietati relinquēs.Soluerat
natura parricidii neceſſitatē.Nam recreatus pauliſper pmiſſa ſibi puniēdi ut uellet ptā
te dum de genere necis tractat: diſtētus doloribus propere diē mortis puenire deſidera
uerat.Popoſcit itaq; malū pariterq; gladiū ut eo pomū ſolitus icidere refectionis aliqd
aſſumeret:& pauliſper ſeſe attollens:cubitoq; adnixus leuauit dexteram cupiens ſeſe fe
rire:ſed occurrit Achiabus:& ipediuit ictum:luctuq; tota concrepuit domus:ut obiiſſe
Herodes foris æſtimaret̄.Exultauit Antipater ad ſonum planctus: & a cuſtodibus po
ſtulauit ut uiculis reſolueretur:ſed præpoſitus ei muneri nō ſolū abnuit quod rogabat̄:
ſed ēt regi annunciauit.Exclamans ille iſultare adhuc ſibi uiuēti:pcuſſores direxit q An
tipatrum iterſicerent.Cęſumq; ſepeliri iuſſit ī Hyrcania:atq; iterum mutauit teſtamen
tum: regemq; Archelaum iſtituit ſeniorem ex fratribus: Antipæ tetrarchiam reliquit.
Quinq; itaq; diebus Antipatro ſuperſtes defecit trigita & ſeptē annis ex quo a Roma
nis imperitare iuſſus:eſt regno potitus:ex quo aūt Antigonum ſuſtulit regni æmulum
annis.xxxiiii.in imperio exegit: utinam eā domeſtico uſu q̄ publicis utens ſucceſſibus.
Namq; ita foris ſecundæ res aſpirauerunt:ut priuatus in regnum aſciſceretur: eoq; per
multa uſus curricula q̄ difficile ſaluo poteſtatis uſu decederet: relinquens liberis impe
rii ſucceſſionem:quā ipſe a ſuis non acceperat. Sed intra domum infeliciſſimus quam
acerbo ſuorum ſanguine & luctu repleuit:nec tamen executionem inuenit ultimæ cru-
delitatis:hoc uno Salome oblitterante criminum ſuorū ludibria ſuperiora:q̄ eos quos
percuti rex iuſſerat:omnes dimiſit dicens regem precepti feralis poſtea pœnituiſſe: re-

uocatiſq; mãdatis ſupioribus pcepiſſe ut ad ſua oẽs dimitterent. Ca.xlvi. ¶De i poſtea facta i amphitheatro militum & reliq populi cõgregatiõe: de obitu regis idiciũ ſcrũ, pceſſit Ptolemęus q regis amicitię iter fidiſſimos quoſq; uſq; i extremũ adheſerat: & anulũ deferens quẽ defuncti digito detraxit: collaudat regem: & populum admonet tranqllitatis: aperitq; ei epiſtolam: qua precatus fideliſſimos ſibi milites hortabat: ut ſucceſſori ſuo beniuolentiam exhiberent. Et apertis ẽt tabulis teſtamenti recitatur Philippus Thraconitidis regionis & finitimoꝝ locoꝝ hęres nuncupatus: Tetrarches Antipas: rex Archelaus: ita tñ ut ad Cęſarem deferri anulũ ſuũ: atq; ei arbitriũ & firmamẽtum omnium diſpoſitionum ſuarum reſeruaretur. Ac tũ demum ratum eſſe teſtamentum ſuum: ſi Cęſar probaſſet: reliqua ſecundum priora ſua teſtamẽta cuſtodiri pcepit. Continuo acclamatio facta militum Archelao plaudẽtium: circunuallabatur illico ſtipatorum ambitu: promittunt beniuolentiam: ſpondent fidem. ¶Poſt hæc competẽter atq; magnifice funus curatum: omni ambitu regalium diuitiarum præmiſſo ad pompę funebris celebritatem: lectus erat auro totus & gemmis inſignitus: ſtratum refulgens murice: corpus adopertum purpurea diploide: quã internectebat fibula lapidibus precioſis coruſcans: diadema adhærebat uertici: ſupraq; corona aurea: ſceptrum i dextera: ut uiuentem putares. Præibat agmen thrachicum: Germaniq; & Galli ſtipatores regũ militarem ſeruabant ordinem: pari modo ſuccincti armis ac ſi in bellum prodirent: ſed ora mœſtitia plena: & dolẽtibus ſimiles proſequebantur: Reliqua manus proſequebatur ornatu ſolito: & cultu aſſueto comitantibus pariter ducibus & centurionibus. Quĩgenti etiam ſeruorum & libertoꝝ regiæ domus aſpergebant aromata: ut ſuaui odore tota fragraret uia: lectum filii regis & propiquoꝝ uis maxima circunfundebat. Sepultus eſt in Herodio ut ipſe mandauit: quod aberat ducentis ſtadiis ab eo loco in quo finem uitę inuenit: magno obſequio per totum ſpacii deductus uniuerſorum: ſed non omnium pari affectus. Metus enim officium: nõ uotum extorſerat: dolor intra ſe ſaltem liberam habebat ſententiam. Hunc finem habuit Herodes.

Hiſtoriæ Egeſippi de Excidio Hieroſolymitano Liber Secundus. Cap.i.

SEPVLTO Herode libera ut i defunctos ſolẽt iudicia populi depromebant: graue fuiſſe illũ & itolerabilẽ: iniuſta ipia in ciues exercuiſſe: tyrãnũ nõ regẽ ſuoꝝ: parricidã domeſticũ: expilatorẽ publicũ: nemini qcq̃ dereliqſſe: tributis exhauſta oia: locupletatos alienigenas: Iudęos exinanitos: q tẽplo hoſtẽ iduxerit: ſancta oia ſacrilegio contaminarit: beatos q defeciſſent cũ tormẽta uiuẽtibus nõ deeſſent: plura maloꝝ Iudęa poſt depulſam captiuitatẽ i paucis ãnis ſub Herodis ipio ptuliſſe q̃ i ipſa captiuitate ſub hoſte barbaro ſuſtinuerit: cũ ſibi Babyloniorũ reges ipetarẽt: ſub illis tolerabiliora exilia q̃ ſub Herode domeſticũ domiciliũ: ab illis ad ſua remiſſos: ab hoc fugatos: imitiorẽ Dario: Artaxerſe ſupbiorẽ: Medis rapaciorẽ. Sperаſſe finẽ malorũ: ut ſibi exire liceret exilio: ſi diẽ declauderet: ſed acceſſiſſe ad ſeruitutis miſeriã Archelaũ ſpõtaneũ ſucceſſorẽ: q & Herodẽ referret: & noua adderet: miſeꝝ hoc i regnis eẽ q dñs eligeret: miſeri9 q iuitis iponeret. Solatiũ ſeruitutis uideri: ſi ipſi ſibi dominũ eligãt: eo q fiat benignior ſi deferat ipeniũ: ſupbior ſi uſurpet. Lõge itaq; Archelaũ Herode itolerabiliorẽ futurũ: cũ iſte aſſumpſerit regnũ: ille acceperit. Ea nõ ſolum crebro in Iudęa cõferebant: Verũetiam Romę aſſiſtente Archelao: porantibus accuſatoribus obiecta apud Cęſarẽ ſenatũq; ubi de regno Archelai cõfirmãdo e i os abrogãdoq; diu decertatũ. Dẽiq; cũ i tẽplo Appollinis qd Cęſar cõdiderat: multiſq; ornatib9

uenuſtarat locus eſſet cognitioni datus Salomes filius Antipater: illa quæ ſupra dixius:
& multa alia dicẽdi ualidus proſequebatᷣ: mirari ſe q̧ Archelaus quaſi petẽdũ a Cęſare
regnum prætẽderet: cũ uſurpatione temeraria iamdudũ ĩtra Iudeam incõſulto Cæſare
regẽ exercuiſſet. Quid enim ſella aurea: allatumq̧ diadema: niſi regni forent inſignia:
Quo ſpiritu p̄ſumpſerit ſedere ſuper thronũ regiũ: de ſublimi ſolio ſalutare plæbẽ circũ
fuſam: ſtipantibus armis militantibus: more quodã & uſu imperatoꝝ ꝓmi diadema: qd
Cæſaris iudicio ſeruari oportuerat: nõ ſolũ pro poteſtate Romani ĩperii: ſed ẽt pro iure
teſtamẽti. Herodẽ enĩ nec p̄ripere potuiſſe Cęſari uel ſenatui: qd ipſe uel a ſenatu acce-
piſſet: uel a Cæſare recepiſſet: & ſuperiore teſtõ exp̄ſſiſſe ſatis propriæ indiciũ uolũtatis:
quo Antipã ſuccedere ſibi in regnũ ſenſu integro ac perpẽſo cõſilio declarauerat & po
ſtremo oĩa Cæſaris iudicio reſeruaſſe. q̄uis ſoluto iam corpe anxius ſupremo p̄iculo: nec
ullius iam ſenſus aut cõſilii capax dictauerit non quod arbitrabatᷣ: ſed quod ingerebatᷣ.
Pręceptorẽ igitᷣ imperii de ſe ipſo pronũciaſſe qd nõ meretᷣ tuo Cæſar iudicio in regnũ
ſubſtitui. Nã ſi meritoꝝ ſuoꝝ cõſcius foret: petere potius q̄ eripere maturauiſſet. Nõ pe
tẽdo aũt ſed uſurpando quæ in petitione conſiſterẽt ẽt in pecuniariis negociis nedũ diui
tiaꝝ. Deniq̧ Fabatũ illũ Romãæ rei moderatorẽ & ĩtimũ Cæſaris tibi cepi: & a Silleo
ingẽti ambitus pecunia: ut impugnaret: pręiudicare ſolere: ut p̄poſteri litigatoris cedat
cauſa: hic uero nõ pecuniaꝝ quęſtũ in crimẽ uocari: ſed impũ Romani uiolatũ ius reue
rẽtiã deſpectam: ſpretã poteſtatẽ: indignum ęſtimatũ Romanæ curiæ ſenatũ q ſoleret
regnũ dare atq̧ eripere: & cũ Cęſare ueruſtam cõferẽdi ipi ſeruaret p̄rogatiuã. Quid fa
ctuꝝ eẽ cũ regnare legitime cœpiſſet: q ante regnũ inſolẽtiſſimus necaſſet plurimos: q
opẽ feſſis rebus & tributorũ alleuamẽtum popoſcerant remedium poſtulantibus bel-
lum irrogatum: interfecta nouẽ milia Iudæoꝝ in ipſa uenerabili apud ſuos paſchæ ce-
lebritate pro pecudibus hoĩes ĩmolatos: ſacratoꝝ qui ad templi feſta cõuenerant ſangui
nẽ fuſum ſpectaculũ miſerabile ſi quis cęſoꝝ ſtragẽ recenſeat Babylonios reuertiſſe ar-
bitraretᷣ: q̄to crudelius a ciue cõmiſſa quæ in hoſte barbaro plena ĩmanis ſęuitię atq̧ im
pietatis æſtimarentᷣ? Hanc ſportulã ciuibus datã. hoc ſacrificio Archelaũ regni ſui pri-
mordio cõmendauiſſe. Debere miſereri Cęſarẽ: ſenatũq̧ reliquiaꝝ Iudeæ: quæ quondã
liberis fulta populis ſeruitutẽ optaret: ſi modo tolerabilẽ liceret perpeti ſub rege iniuſto
longe illũ abeſſe a iure imperitãdi. Si quidẽ apud Iudęos nulli regnũ cõpetere: niſi ei q
eẽt ex generatiõe Iudę: ſicut lex diceret. At uero iſtũ Idumeũ genere: quẽ nulla ꝓſapiæ
regalis origo cõtingeret irrep̄ſiſſe in honorẽ ĩdebitũ. Siqdẽ cũ Antipater ſibi atq̧ Arche
lao fuerit auus p̄ſtans diuitiis: cęteriſq̧ artibus potẽs: & maxime Romanoꝝ amicitia:
Cęſariq̧ ſeniori bello ꝓbatus: cum poſſet ſibi regnũ aſciſcere: nunq̄ tñ affectauerit. qn
ẽt defendere aliis maluerit q̄ ſibi parare: meritoq̧ illum habitũ ut parẽtẽ optimum: qui
Iudęam in libertatẽ uindicauerit uulneribus ſuis: nec in ſeruitutẽ deduxerit Herodẽ An
tonii teſtimonio: q paternus ſibi hoſpes fuiſſet in regnum aſpirauiſſe: ex illo Iudęorum
res imminutas: egiſſe ut hoſtẽ: non ut rectorẽ. Cum igitᷣ ipſe ẽt adulter regni fuerit: quo
mõ potuiſſe ab eo legitimum regem creari: nõ deprecari tñ quominus ſub regno ſint: ſe
potius ſub Romano agere: cuius ſibi gratiã iaminde a Machabeis partam tantum per
uſurpationẽ regni poſtea degenerauerunt: ut multo inferiores ſint aduerſum quos Ro
manã petierũt ſocietatẽ. Deniq̧ orare ſeſe ut eadẽ cõditiõe Iudęa qua Syria p̄ſidale iudi
ciũ a nobis adipiſcitur: quo deuotionis noſtrę detᷣ experimẽtũ utrũ q ſeditioſi ac rebel-
les uocamur: poſſimus moderatis iudicibus obtẽperare. Aduerſus ea Nicolauſ pro Ar
chelao reſpondens inquietiſſimam nationem inſolentię ſuę aſſeruit pœnas dediſſe: ne
hinc potiſſimum archelaus inuidia inexcuſabilis criminis accerſeretur: ſi per ſeditionẽ

pacem turbarent:atq; a romanoꝝ ſocietate als atq; armis diſcederent.de teſtaméti aūt
ꝑlatione quis dubitaret:cū & poſterius ꝑferri ſoleat ſuperioribus:& hoc multo ualidius
cæteris uideri debeat in quo Cęſari cōfirmandi regalis iudicii ſeruata ſit ꝑrogatiua:quo
cumulata potius ꝙ iminuta Romani noīs reuerētia ſit:ſi & a uobis Cęſar nō ꝑripiatur
regibus:qd priuatis licet:ut eoꝝ ualeant teſtaméta:& quē potiſſimū ſibi cupiant ſucce
dere ultimo ſcribant ſtilo:atq; ab illis iterū ea uobis honorificētia ſeruet̃:ut cōfirmatio
iudicii a uobis petatur:& ſuccedat:quē pater elegerit uos ꝓbaueritis.Quando igit̃ ma
gis ſapuit Herodes cum tibi Cæſar ſeruauerit ꝑrogatiuā.an qñ pręterit? Vbi antipas
ſubſtituit̃:Cęſar pręteritur:Vbi Archelaus ſubrogat̃:Cæſar aſciſcitur:ſine firmamēto
nulla res ſtabilis.Diuino itaq; iudicio ubi iuſtitia deerat:uel ſimulationi:uel uolūtati fir
mamentū defuit.Vbi aūt æquitas examini ſuppetebat:robur quęſitū in iudiciū confir
maretur.Conſidera igitur utrū fecerit iniuriā qui te elegit:aut ſi reſcindi debeat:quod te
arbitro ſanciendū reliqt rerū oīum dn̄o:cui iure ēt reges cedunt poteſtate.Qui enim ſci
uit quē elegerit ad cōfirmandū:ſciuit utiq; quē eligeret ad improbandū:nec in ſucceſſo
re falli potuit:qui nō eſt falſus in cōfirmatore.Nā q arbitrū conſtituit te cognouit utiq;
talem ſucceſſorē ſibi conſtituēdū q tibi quē cōſtitueres non diſpliceret. Auditis ꝑtibus
Cæſar ſn̄iam diſtulit.deinde collato cū ſenatu cōſilio:Archelaū genti præpoſuit:ut ſun
geret̃ rectoris munere:nō regni honore. Spopōdit tñ & regnum datuꝝ ſi ſe ita gereret:
ut probaret̃.Iam enim tentamenta diſſenſionis iſrahelitici populi nunciabant̃. Tetrar
chas duos conſtituit Herodis filios:Philippū & Antipā:q cū Archelao de regno certa
uerat.Herodis ſorori cui nomē Salome delegatū ſeruauit:ēt alia ipſe adiūxit. Duabus
quoq; filiabus Herodis mille talēta quæ ſibi relicta erāt diſpertiēda arbitratus:addidit
ēt alia ſexcenta milia:& ea Feroræ liberis ſociari cenſuit. Cap.ii. ¶Interea qdam
ex iuuenibus ſimulans ſe Alexandrū:& pp miſericordiā a qbus necandi munus ab He
rode patre mandatum foret:ſubrogatis aliis in locum ſuum cum fratre ſe ariſtobolo di
miſſum Miletum petiit:& inde Romam quo difficilius apud incognitos cognoſceret̃.
Vbi facile Iudæos ad rerum nouitatem promptiſſimos excitauerat:niſi comperto eo
Cæſar ad ſe eum perduci ocyus per Geladum quendam qui Alexandrum plene noue
rat ꝑcepiſſet.Geladus ubi iuuenem uidit:ſimilitudine deceptus hæſitauit. Sed reliqua
perſpiciens indicia nō cōuenire quęſiuit ubi erat Ariſtobolus:at ille in Cypro inſula de
gere aſſeruit:cauentē inſidias:coq; cōiuncti inter ſe fratres facillius extinguerent̃. Dein
de ad Cęſarē deductus aperuit illico impunitate ꝓmiſſa fretū ſe ſpecie ſimillitudinis qꝛ
eſſet Alexander ſimulauiſſe:ut inumerabilia munera quaſi regis filius a iudæis cōſeque
ret̃.Cęſar dolū riſit:ſed & ipſum imunē dimitti iubet:& eos q ultra priuatū modū qua
ſi regis filio detulerāt:ſatis multatos eſſe ꝓnunciauit:qꝛ ſupfluis ſumptibus infinita di
ſpendia tolerauiſſent.Archelaus aūt ꝓfectus in Iudęā ꝓpter obſcœnitatē morū & inſo
lentiā accuſatus apud Cæſarē:cognita inter ꝑtes cauſa:Viēnā relegat̃:opeſq; eius the
ſauris Cęſaris aſſociatę:hoc merito preciū luit:q nec a fratris ſui germani coniuge ſuas
cōpreſſerat cupiditates.Nā Vbi Alexāder obiit pr̄is īperio neci tradit⁹:Glaphira uxor
eius Archelao rege Cappadocū genita:quēadmodū ſupra memorauim⁹ Libyes regi
Tybæ ſecūdis ē copulata nuptiis.Quo defuncto reuertit ad patrem:illic cā cōtēplat⁹
Archela⁹ qꝛ fratrē mariti filioꝝ patruū haud quaq̄ pie refugiendū arbitraret̃ ita depire
cœpit:ut uxorē deiiceret Mariānē:& Glaphirā ī locū illi⁹ ſubſtitueret.Nō multo poſt
ubi mulier in Iudęā rediit:uidit in ſomnis Alexandrū:& cōplecti deſiderauit. At ille in
dignāti ſimilis a complexu refugus:uiſus eſt dicere.Hæc ē Glaphira promiſſi fides?Ita
amores erga te ſeruaſti meos:quoꝝ memorē te eſſe oportuit?Sed eſto adoleſcētula:ſecū

das nuptias nõ refugeras:ẽt ne tertias:ẽt ne fratrẽ mariti.Ita mea delectauit iniuria : ut
in meã domũ tertio nupta coniugi remeare nõ erubeſceres.Sed mihi curę ne diutius ma
neat contumelia mea: contagioq; tua:nec longũ lætabitur fratrũ inceſtus matrimonii.
Exurrexit mulier & familiaribus narrauit ſomnũ:atq; ipſa biduo poſt defuncta:fidem fe
cit:ꝙ huiuſmodi coniugia nec uirorũ legibus impunita ſunt: nec mortuorum uoluntati
bus. Cap.iii. ¶Ipſe quoq; Archelaus uidit in ſomnis ſpicas nouẽ plenas & ma-
gnas ab obus uorari.Cui quęrenti reſpondit interpres : Nouẽ ſpicis nouẽ ãnos ſignari
quibus poteſtate uſus ſit maxima & ampliſſima . Nono itaq; ãno impii ſui mutationẽ
eidem fore:eo ꝙ boues q arua aratro ſoleant interuertere:mutationẽ ſignẽt laborioſam
quę deuoret atq; abſorbeat merita ſupiora.His itaq; cognitis qnto die uenit a Cæſare q
eum ad iudiciũ Romã deduceret.In quo condẽnatus & actus in exiliũ ẽt morte ĩpleuit
ſomniũ ſuũ.Principatus gentis q ad Archelaũ ptinebat cõuerſus in nomẽ ꝓuincię:quo
noie romani cũ in ius ſuũ uincendi redigerẽt ꝓcul poſitas regiones ꝓuincias appellaue
runt.Manſerũt tñ tetrarchę ut erãt Philippus & Herodes mutato uocabulo: qa Anti-
pas prius nũcupabat̃ :Nam Salome moriens : loca q̃ tenuerat : ptãtẽ ſuæ gentis Liuiæ
uxori Cęſaris dereliq̃rat.Is ſtatus erat iudeę qñ Cęſar mortuus ẽ:relinquẽs tiberiũ priui
gnũ ſuũ Liuiæ uxoris filiũ ex ſupiore genitũ cõiuge ſucceſſorẽ Ro.impii: cuius in hono
re Tiberiadẽ Herodes condidit.Philippus quoq; Libyã urbẽ matris eius uocabulo nũ
cupandã putauit. Et qa ꝓpoſitũ nobis eſt apire cãs qbus populus Iudęoꝝ a rõano im-
perio deſciuerit:ſibiq; exitũ accelerauerit:Pilatũ ꝓuinciæ p̃ſidẽ initiũ ruinę dediſſe res in
dicat:qñ Cæſaris imagines Hieroſolymitanis ædibus inferri primus oĩum nõ dubitaue
rint.Quo motus populus cũ reſiſteret:atq; ille recipiẽdas imagines cẽſeret: plurimos in
mortẽ coegit.Dũ hæc in iudæa gerunt̃ :Agrippa ariſtoboli filius romã aduenit:cupiẽs
aduerſus Herodẽ tetrarchã apud Tiberiũ iudicio contendere : ſed deſpectus a Tiberio
cũ Romæ degeret : plurimos ſibi aſciuit ad amicitiã:& maxime Germanici filiũ Caiũ:
quẽ ſiue paterni nominis gratia amabilẽ populo:ſeu regii generis ꝓpinquitate ꝓximũ
imperio ratus:aut quodã p̃ſagio ſtudioſius excolebat:q̃ uel ętatis: uel honoris eius ratio
patiebat̃ , ita ut quodã die manus eleuans deprecaret̃ :ut maturius Tiberio mortuo Ca
ium uideret imparorẽ . Quo ꝓdito per Euthicũ libertũ ſuũ Aggrippa iuſſu Tiberii in
uincula ducit̃ :& grauibus modis excruciat̃ :nõ ante dimiſſus q̃ Tiberius diem claude-
ret.Cuius tempora fœda ludibriis:caprarũq; ſeceſſus:ignauia intolerabilis:nullũ tñ effi
cacis uirum operis in necẽ eius excitauerũt:recentis ut arbitror Romani imperii reue
rentia : ſiue terrore ſæuiſſimæ crudelitatis:quia plærumq; aſperitas quo grauior : eo tu
tior eſt. Cap.iiii. ¶Eo imperitãte:famoſum ludibriũ Paulinæ ſpectatiſſimi gñis
fœminę Romæ ꝑcelebratũ eſt.Quæ cũ egregiã caſtitatis famã apud oẽs haberet:eſſet
aũt ſpectatiſſimi decoris & eminẽtis gratię:tẽtata Mũdi equeſtris militię ducis ĩterpel
lationibus:nec inflexa uitio nimiæ ſuperſtitionis patuit errori.Nãq; ſubornatis Iſidis ſa
cerdotibus qui uelut Anubis ad eam mandata perferrẽt:ꝙ eam ad templũ ĩuitaret:de
lectatum ſe eius ſedulitate & pudicitia:noctem poſceret:hẽre ſe:qd eidem ſecreto uellet
cõmittere.Quod illa accipiens lęta ad maritũ detulit deũ ſuis adeſſe uotis:ab eo ſuam
poſci p̃ſentiam:negare ſe nõ poſſe obediẽtiã. Itaq; & ex ſua:& ex mariti ſnĩa pergit ad
templũ Iſidis:noctem exigit:remotiſq; ꝓcul arbitris:quaſi ſacri cognitionẽ myſterii ꝑ-
ceptura:ſeſe ſtratis cõpoſuit ſui æſtimans ꝙ ad eã deus ſuus in ſõnis ueniret:& per uiſio
nem ſeſe eidẽ demõſtraret. Verum ubi aliquid noctis ꝓceſſit:quo facilius mulier plena
ſõnii deciperet̃ , Mũdus aſſumptio uultu Anubis habituq; aduenit ueſtimenta alleuat:
in oſcula ruit.Expergefactę mulieri Anubẽ ſe eſſe dicit:uultũ Anubis p̃tendit : illa deũ

credidit:beatã ſe aſſerit:q̧ eã dignatus ſit uiſitare dñs deus ſuus. Amplexũ petenti nõ ne
gat:refert tñ utrũ deus poſſit homini miſceri. Ille ꝓmit exempla:q̧ & Iouẽ ſummũ deo
rũ Alcmena ſuſceperit. & Læda eiuſdem cõcubitu potita:& plurimæ aliæ q̃ ediderint
deos partu:de ſe quoq; & illa deũ eẽ generãdũ perſuadet:mulieri cõcubitu miſcetur:re
dit ad maritũ lętior:dicẽs q̧ mixta deo ſit mulier:& ciꝰ ꝓmiſſu deũ eẽt generatura. Fit
ingẽns in ſtupro mulieris mariti gaudiũ. Poſtea occurrit Mũdus. & ait mulieri. Beata
Paulina cõcubitu dei. Magnus deus Anubis cuius tu accepiſti myſteria. Sed diſce te ſi
cut diis:ita & hoibus non negare:quibus dii tribuant quod tu negaueras:quia nec for
mas ſuas dare nobis: nec noia dedignantur. Ecce ad ſacra ſua deus Anubis uocauit &
Mundũ:ut ibi iungeret. Quid tibi ꝓfuit duritia tua:niſi ut te. XX. miliũ quę obtulerã
defraudaret cõpendio? Imitare deos idulgentiores:q nobis ſine ꝑcio tribuunt qđ abs te
magno ꝑcio impetrari nequm eſt. Quod ſi te humana offendũt uocabula: Anubẽ me
uocari placuit:& nois huius gratia effectũ iuuit: Hoc perſtricta ſermõe mulier:illuſum
ſibi intellexit:& dolens iniuriã pudicitiæ:confeſſa eſt fraudẽ marito. Ille nihil habẽs qđ
uxori indignaret᷑: cui ipſe cubandi in templo poteſtatẽ ꝑmiſerat:& cõſcius coniugalis
caſtimonię:principi querelã detulit. Qui motus potentis uiri cõtumelia:atq; atrocis fla
gitii cõmento:ſacerdotes e tẽplo rapit:queſtioni ſubiicit:cõfeſſos necat:ſimulacrũ Iſidis
Tiberi demergit: Mundo fugiendi poteſtas conceſſa: eo q̧ ui amoris & formæ ſupatus
gratia:leuioribus cõmiſſoꝝ ſuorũ preciis multatus æſtimaret᷑. ¶ Quod igitur ludibriũ
imperitante Tiberio acciderit:nõ putaui prętereundũ: ut ex eo deformitas colligat᷑ im
peratoris. Sicut. n. boni principis uita: ꝓbitatis quędã ꝑſcriptio & per uniuerſos uiuendi
forma eſt:ita impatoris colluuio lex flagitioꝝ eſt. Ab eo miſſus Pilatus eſt in Iudęã uir
improbus & in modico ponẽs mendaciũ:circũuenit Samaritanos: ut montẽ cui nomẽ
Gadir peterẽt. Erat. n. illis ſacratus:eo q̧ uellet eoꝝ myſteria cognoſcere. Et aſcendens
populũ ꝑuenit:eqtatu pedeſtriq; exercitu ſtrauit afflicto crimie:q̧ a Romanis diſcedere
& conciliabulũ ſibi quęrere ꝑparaſſent. Quid. n. nõ auderet:qui ẽt Chriſtũ dñm ad ſalu
tẽ humani generis aduenientẽ multis & diuinis operibus ꝓfundentẽ in hoies misericor
diæ ſuæ gratiã:nihilq; aliud dicentẽ:niſi quo primũ deo: deinde imperatoribus faceret
pupulos obedientes cruci ſuffixerit. Demẽſq; qui miniſter eſſet ſacrilegi furoris: ut in
terficeret autorẽ ſalutis. Ex illo itaq; iudęoꝝ res ꝑditæ:ex illo exitiũ genti tẽploq; matu
ratũ excidiũ. Nã ſi Herodes qui Ioãnẽ neci tradidit:perfidiæ & crudelitatis ſuæ ꝑcium
luit: deiectus regno:atq; exilio datus:quãto magis ꝑcipitibus furiis actũ intelligi dat᷑ eũ
qui chriſtũ occiderit. Quę cã aũt fuerit mortis Ioãnis breuiter expediã. Philippũ & He
rodẽ q prius Antipas dictus eſt:germanos ſupra oſtendimus. Vxorẽ Philippi Herodia
dem Herodes illicito ac nefando ſibi ſociauit iure matrimonii. Non tulit hoc Ioannes:
& ait illi. Nõ tibi licet uxorẽ habere fratris tui. Tũ ille cõmotus in carcerẽ detruſit Ioan
nẽ. Nec multo poſt necauit uirũ iuſtũ & conſtantẽ diuinæ legis executorẽ. Non ſolũ. n.
quaſi ꝑdicator euangelii fratrũ cubilis inceſtũ reprahendebat:uerũ etiã quaſi legis execu
tor: ꝑuaricatorẽ legis condẽnauit:qui fratris uxorẽ uiuentis eripuerat: præſertim haben
tẽ ſemẽ de germão ipſius. Cap. v. ¶ Hinc excitata Iudęoꝝ fere oium in Hero
dẽ odia & pœna accelerata. Cuius auctor Herodias uidens Agrippã plurimũ ꝑualuiſſe
apud Cæſarẽ:cõpulit eũ Romã pergeret. Quo ſibi impatoris gratiã conciliaret: obie
ctans deſidię contumeliã:q̧ fugitans laboris dũ morat᷑ domi idignos ſibi pateretur an
teferri. Nã cũ Agrippa ex priuato rex factus ſit:q̃to magis ipſi iamdudũ tetrarchę quo
regnũ cõferat Cęſarẽ nõ dubitaturũ. Itaq; mulieris opprobria neq̃q̃ ſuſtinẽs: Romã ꝑ
fectus:dũ Caii amicitiã petit:ab Agrippa accuſatus ẽt tetrarchiã amiſit:quã a Iulio Au

guſto acceperat:& fugitãs in Hiſpaniã una cũ uxore Herodia de mœrore aĩ cõſumptus
eſt. ¶ Mortuo quoq; Tiberio Caius ſucceſſit: q dñm ſe & deũ uiderit:atq; appellari uo
lens:cauſas dedit Iudęis grauiſſimę ſeditionis:ac niſi ꝓperato fine imperiũ clauſiſſet:Iu
dęoꝝ genti finẽ fecerat maturiorẽ.Non ſolũ enim ab illicitis nõ reuocabat eos:uerũctiã
miſſis in Iudæã:ultima ſupplicia minitabat᷑:niſi oĩa aduerſum ius & fas religiõis armis
patrarẽt.Plurimũ eius potuit ĩperio Agrippa : ſed dum uellet muro ambire maxĩo Hie
roſolymã:ut Romãis fieret inexpugnabilis(ꝓuidebat enim ĩminentẽ ruinã)morte pręue
uentus opus ĩperfectũ reliqt.Nec minorẽ potẽtiã exercuit ĩperitãte Claudio:ipſius quo
q; primitiis interfuit cũ qa Caio perẽpto ipſe a militibus aſſumptus in ĩperiũ reſiſtente
ſibi ſenatu regni tædio Agrippã legatũ direxit: quo interprete ꝓmiſſa moderationis im-
perii definita gratia pax cõuenit.in locũ Agrippæ patris Agrippa filius eius a Claudio
Cæſare rex ſubrogatus eſt. Cap. vi. ¶ Ipſe quoq; Claudius exactis tribus & de-
cem ãnis:cũ deficeret Neronẽ Romano impio principẽ dedit:captatus uxoris Agrip-
pinę pſuaſionibus:quæ tñ fraudibus ualuit:ut filiũ impatoris Britãnicũ deſignatũ ſuc
ceſſorẽ ipſo iure naturæ principatus exortẽ redderet.Cuius artis mox pœnituit eam: qa
dum ex ſe genito cõſuluit principi,ſuũ negauit ignara:q; elatus impio : nec matrẽ agno
ſceret:atq; in exitiũ eius beneficii mercedẽ inuerteret:idẽ tñ Octauiani Claudii filiã cõiu
gio tenebat:ꝓpoſtero ordine gener filio ꝓlatus:qa mala reipu.ꝓpõderabãt cui debebat᷑
pricida ſacrilegus:iceſtus:ut i eo crimina nõ ulla bonę artis merita regnarẽt.Tali ĩpera
tore ſeu morũ intuitu atq; ignauiæ cõtemptu:ſiue qa Iudęis ob grauia ſacrilegia auerſo
ꝓſidio dei ſummi ultimũ excidiũ ꝓparabat᷑:erupit in ſeditiones graues:latrocinia: diſceſ
ſiones eoꝝ inſolẽtia:quos p.XX.ãnos Eleazarus princeps latronũ grauiſſime depopu
latus:aliqñ tñ captus a Felice qui Iudææ ꝓerat: Romam directus graues pœnas dedit.
Nec ſic quidem graui cæſorum numero infractus eſt populus Iudęam inhabitantium:
ſed in ipſis Hieroſolymis aliud latronũ pullulauit genus:q uocabant᷑ ſicarii:nõ iã ſecre
tis abditi:nec tenebris nocturnis inſidiãtes ſine aliquo ꝓſidio cõmeantibus:ſed luce diei
atq; in medio urbis & turbę ſtipamine percutiebant quoſcunq; ꝓpius acceſſerant bre-
ues manu gladios gerentes conferto populo pmixti:ubi andarentẽ fixerant cadebat im
prudens cæco uulnere:ut querelã mors ꝓueniret funus in promptu : ſed pcuſſor latebat
& ſiqs cõmotus fuiſſet alieno uulnere propior ſuo factus erat cęſoꝝ portio.Ita uel pĩculi
metu:uel diſſimulatione facinoris:ſicarius nõ deprębendebat᷑. Tanta erat ĩſidiantũ ue
locitas & celandi ars.Occidit᷑ ſacerdos Ionathas:addebant᷑ multi quotidie : grauiorq;
metus uiuentiũ q̃ crimina interfectoꝝ.Quaſi ad pugnã ſic quotidie unuſquiſq; ꝓgredie
bat᷑:grauiore tñ conditione:quia hoſtis ꝓuidet᷑:ſicarius delitelcebat: mors in oculis : in
aĩs timor.Nemo ſe regreſſurũ credebat:nec amicis fides deferebat᷑:dum ſicarius metue
retur. Quo plaeriq; pterriti inſontes quidẽ a flagitio latrocinãdi uel ſicariorũ contuber-
nio & ſi manu ĩnoxii conſilio tñ infirmiores deſertũ petiere.Sed dũ ſibi cõſulunt:terrore
fecerunt diſceſſiones:ex quo belli aduerſus Romãos ſuſpicio primo: deinde ĩuidia exar-
ſit:quo metu ꝓuincię rector miſſo eqtatu:& pedeſtri agmine maxiæ multitudinis ſtra-
gem edidit. Cap. vii. ¶ Aegyptius quoq; pſeudo ꝓpheta adueniens:& magicis
imbutus artibus dum iactat ſe ꝓphetico ſpiritu cœleſtia annũciare oracula:triginta fe-
re milia Iudæorũ aſſociauit ſibi:eoſq; ad montẽ Oliueti cõgregans frequẽti irruptione
penetrabat Hieroſolymã:ita ut ẽt Romanas incurſaret cuſtodias: quę ne qd a populo
moueret᷑:Hieroſolymis ꝓtendebant.Vbi ẽt hæc compreſſa eſt inſolentia quaſi in ęgro
corpore alia pars grauius inflãmabat᷑.Plurimi.n.palã diſcedendũ a Romanis libertatẽ
ſeruitio ꝓferendã uociferabãtur : progreſſiſq; in agros quibus alimonia deerat:ui expe-

tebatur. Cap. viii. ¶Poſtremo in urbe Cęſarea grauis inter Iudęos & gētiles ſe
ditio inceſſit:uendicantibus ſibi Iudęis urbis totius quaſi ab Herode Iudęo conditæ poſ
ſeſſionē reuitentibus gentilibus:q̄ conditor quidē Iudęus fuerit:ſed Cæſaris eā noīe de
clarauerit. Deniq; & templa intra eā inſtruxerit:& ſtatuas appoſuerit:ee q; uideri genti
libus uſibus magis eā mancipatā:harū contentionū ſeditio in manus uenit:qa neq; pri
mi iudæoꝝ ſuos ſeditioni deditos cōprimere poterāt:& gentiles opprobrio ducebant:ſi
iudæi ſibi cedendū arbitrarent̄ .itaq; excitauerunt Felicē:ut dum utriuſq; ptis geſtit cō
primere multitudinē nō acquieſcentē:p̄ſertim armis qn̄ aliter nequibat conſuleret̄ . Cui
ſucceſſit Feſtus qui latronibus plurimis cōpręhenſis:haud exiguos ultimo exitio dedit.
Albinus quoq; eadem a Romanis poteſtate ſibi credita:nullū nequitiæ genus p̄termi
ſit:rapinarū improbus p̄do:ut qui nō dediſſet pecuniā:in uincula raperet̄ : q̄uis inoxius
qui dediſſet ēt reus abſolueret̄ : auaritia gignebat ſuperbiā : ut pauperioribus ſe tyrannū
p̄beret mancipiū ditioribus.idem tn̄ ut ſupergreſſus neqtias ſuperioꝝ: ita ſucceſſore Flo
ro quaſi deſes ac lentus in flagitiis longo:ſed ꝓximus: interuallo p̄teritus ac derelictus:
ut cōparatione deterioris integer ęſtimaret̄ . Et qui primo queſti fuerunt ut afflicti : po
ſtea Feſtū quaſi bonū iudicē deſiderabant. Hic.n.ſingulos exuerat Florus:urbes diripie
bat:inquinatiſſimus in obſcenitatibus:in ſæuitia crudeliſſimus:armis oīa cōturbans:&
p̄lia de præliis ſerens:q nec obſecratus ignoſceret:nec exſaturatus parceret: in cōſpectu
Beronices:quę ſoror Agrippæ regis ad templū religionis cauſa uenerat: acerbiſſima cę
de in populū deſęuiebat:nec obſecranti deferendū arbitratus cū inſeruientē religioni nu
dis pedibus aſtantē cerneret:& orantē faſtidio haberet : unde ad Agrippā regē & ipſa
ſcripſit:& populos iudæorū direxit precatū auxilia libertati . Cui egredienti ex ęgypto
occurrerūt plęriq; ultra ſexaginta ſtadia Hieroſolymitane urbis obuiā progredientes:
& circūducto per urbē cum fidē querelarū ꝓbaret:inſiſtere cœperunt ut legatos ad Ne
ronē mitterēt. Verū ille dolorē ut ciuiū:& ipſe miſeratus:tentamenta tn̄ belli aduerſum
Romanos alta prudentia cernens moueri:ne & ſibi inuidia populoq; ultimū gigneret̄
excidiū:coacto in unū populo:& loco qui tēplo ꝓximus & ponte diuiſus Sixtus appel
labat̄ huiuſmodi orationē habuit. Cap. viiii. ¶Etſi in plæriſq; improuidus con
ſulendi moderandiq; impatiens:dolor grauibus aliquos faciat ięſtuare querimoniis : tn̄
ubi conſiliū ſumit̄ :ſequeſtrat̄ affectus doloris:nā ſi ꝓmptos ad ulciſcendas iniurias &
ad inferendū romano bellū imperio:uniuerſos ex hoc populo cōperiſſem : ac nō melio
ris partis & trāquillioris ſententię:quod pacis eſt peroptare:& quod qetis p̄ferre:nec ad
uos uenire auſus forē:nec conſiliū dare. Superfluū eſt enim ſuadere qd fieri oporteat:cū
audientiū aſſenſus in deteriora ſit. Sed quia aliis inexptus bellicoꝝ uſus maloꝝ: aliis per
functoria ſpes libertatis p̄dulcis ad expetendū : ſed plęrūq; irrationabilis ad adipiſcen
dū:multis.n.dum libertas petit̄ :ſeruitus accumulatur:& frequenter totū eripitur qbus
uel nomen libertatis remanſerat:alios qbus p̄ſentia uilitate ſui diſplicent:rerū nouitas in
uitat:ac ſi turbētur negocia lucrū putatur. Ideo uobiſcū conſiliū ferendū putaui:ne aut
prudentioꝝ ſobrietas p̄ripiatur inſolentioꝝ audacia:aut qui rite ſapere neſciunt: noſtro
ſaltē admoniti ſermone cognoſcant acquieſcendū eſſe conſultioribus. Silentiū igitur de
ferendū cenſeo:ut & nos q̄ conducere uobis arbitramur aperiamus : & ueſtrū nemo per
turbetur:ſi aliqua p̄ter ſuā uoluntatē audiat. Nemo.n.poterit ęſtimare quale ſit qd dici
tur:niſi audierit prius cuius ipſe futurus arbiter ſit. Probetur aut reſpuat fruſtra contur
bat:ne audiat.licet.n.& poſt conſultationē unicuiq; ſentire qd ſentit . Et ſi diſceſſio pla
cet ēt poſt ſobrios monitus ſeruare incōſultę uoluntatis ſententiā. Sed dicet aliqs . Cur
fruſtra audiri uelim ſi nō acquieſcant qui audiūt . Quia ſi nolint acqeſcere eū audierint:

portio mihi cõciõis:nõ oīs populus periclitabit̃.Si aũt audire nolint:ẽt cũ pars audiri
conturbat uniuerſo populo eripiat̃ audiendi profectus.Itaq; apud eos mihi oret̃ ſermo
qui audire uoluerint:ſi uel ex parte aliqua mihi ſilentiũ nõ deferat̃ : intercipit̃ enim ſer-
mo oĩs: & quaſi totus decidit:ſi concionalis fragoris & inquieti ſtrepitus examinet̃ im
pedimento.Duo ſunt itaq; qbus reſpondendũ arbitror:primo quæ in maximo ſunt quę
reliq; pondere.Quod plęrumq; uociferant̃ de iniuriis p̃ſidũ:& q̧ plęrumq; periſſe ſibi liberta
tem gemant.Quaꝝ propoſitionũ ſperanda mihi complexio uidet̃ . Si enim p̃ſides im-
probi:qd opus eſt libertatẽ attolere? ne uideamini nõ coꝝ merito : ſed ſeruitutis faſtidio
accuſare p̃ſides:quaſi dominationis miniſtros.Aut ſi intolerabilis ſeruitus:ſuꝑflua ergo
de p̃ſidibus querimonia.Nã etſi in illis moderatior ſit:nihilominus tñ turpis ſeruitus ẽ.
Conſideremus ergo ne in utroq; coꝝ nõ perfunctoria belloꝝ materia ſit. Quid enim in
eptius q̃ de iniuriis queri:& bellũ ſubtexere:ac periculis mutare contumelias? Dũ iudi-
cem refugias:hoſtẽ inducas:cũ iudex iniquus plęrũq; iuris interpres ſit : hoſtis aũt ẽt iu
ſtus ſemꝑ ſit appetitor ſalutis.Temperari ergo nõ exaſperari iudicẽ decet:hoſtẽ caueri:
ne alterũ acerbes:alteꝝ arceſſas:cũ & ille delinimẽto mitior fiat:& iſte declinari debeat
ne poſſit nocere.Cauendũ igit̃ de iudicibus:ne maior querela q̃ iniuria ſit. Grauier quo
q; obiectionũ inuidia q̃ cõmiſſoꝝ precia . Sæpe etenim q primo uerecũdius deliquerint:
accuſati inſolẽtiores ſunt:& qui occulte ante furati ſunt:poſtea palã latrocinant̃ . Nihil
itaq; tã exaſperat feruorẽ uulneris q̃ ferendi impatientia.Deniq; impenſius in ipſis agre
ſtibus feris artiſſima uincula ſi ſe excitent imprimunt̃ :ſi quieſcant relaxant̃ :grauis quo
q; febriũ uis tolerando minuit̃ :inquietudine augetur.Quod ſi norint ſibi cõſulere agre
ſtia:ut naturę obliuiſcant̃ quo dolorẽ alleuent : quanto magis in hoibus frequens do-
cuit uſus:q̧ eoꝝ qui læſi ſunt tolerantiã lędentibus fuerit uerecundiæ ut ſine accuſatore
correxerint qᵈ accuſati nõ emẽdaſſent.Sed eſto fuerit itolerabilis romãorũ iudiciũ inſo
lentia:qd igitur tolerabiliꝰ uniuerſos an unũ ꝑpeti? Quæ aũt iuſtitia cũ unus lęſerit:bel
lum inferre oibus?Nunqd oẽs romani iniuriæ auctores?Nunqd ipſe Cęſar aut ſtudioſe
electus eſt iprobus qui ad uos mitteret̃ ?Sed neq; ſpeculari poſſunt trans maria : oculoſ
